IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
34 I
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
14-30-B-32

18
6
20
18-6-26

14 30 B-21

M. MANILI
ASTRONOMICON

A

IOSEPHO SCALIGERO
ex vetuſto codice Gemblacenſi infinitis mendis repurgatum.

EIVSDEM
IOSEPHI SCALIGERI
NOTÆ,

Quibus auctoris priſca aſtrologia explicatur, caſtigationum cauſſæ redduntur, portentoſæ tranſpoſitiones in eo auctore antiquitus commiſſæ indicantur.



BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV.
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex Officina Plantiniana,
APVD CHRISTOPHORVM RAPHELENGIVM,
Academiæ Lugduno-Batauæ Typographum.
cIↄ. Iↄ. c.
Cum Priuilegiis.

PROLEGOMENA
DE.
ASTROLOGIA
VETERVM GRÆCORVM.

QVVM multa ſint in omni genere diſciplinarum a Græcis prodita, omnes tamen Græciam bonarum artium magiſtram potius quam parentem agnoſcunt, quo non ſua, ſed Chaldæorum inuenta excoluerit. q quum ita iudicant, videntur mihi aut Græcorun vetuſtatis obliti eſſe, aut eorum illuſtria in litera merita ignorare. Si enim rem ab vltima origine repetamus, deprehendemus artes non ſolum antiquitus a Græcis inuentas, & perfectas fuiſſe, ſed etiam ab illis ad eas nationes deriuatas, a quibus Græcos hauſiſſe volunt iſti. Quum enim magnarum rerum tardi ſint progreſſus, & ad earum ſcrutationem vna ætas non ſufficiat, earum quædam primo rudimenta ſunt, nêque cum perfectione ſua ad nos tranſmittuntur: propterea accidit, vt ad maiorum inuenta aliquid procudendo poſteriores adiiciant, & poſteritati denique ſemper aliquid relinquatur a ſuperioribus, quod aut emendatore aut illuſtratore indigeat. Quod quum in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

omni diſciplina a Græcis factum ſit, qui inultum ſtudij in hoc collocarunt, vt maiorum inuenta illuſtrarent, emendarent, elaborarent: quis neget artes, quas Græci quotidie meliores fecerunt, nulli nationi acceptas referri debere, quam iis ipſis Græcis, qui eas gradatim & quaſi ex alto eruerunt? Nam Chaldæi, & Ægyptij, a quibus omnia Græcos didiciſſe volunt, quid, obſecro, habent hodie, quod non a Græcis acceperint? imo quos libros paulo vetuſtiores bonarum artium, quos non ad verbum ex Græcorum in ſuam linguam transfuderint? quorum alteri nihil antiquum retinent, præter characteres, qui nihil aliud ſunt, quam Phœnicum & Cananæorum literæ interpolatæ. Ægyptij vero ne ſuas quidem literas habent, ſed ab Arabibus emendicatas. At ſero Græci literas a Cadmo didicerunt, ſine quibus nulla diſciplinarum memoria conſeruari poteſt. Hoc quidem nemo negare poteſt. neque tamen propterea concedimus ab iiſdem Græcos neceſſario artes accipere debuiſſe, a quibus literas didicerunt: ſiquidem literæ omni diſciplina vetuſtiores ſunt. Neque enim eos medicinam aut Philoſophiam docuit vllus Phœnix, Chaldæus, aut Ægyptius: quorum altera minimum aberat a perfectione ſua tempore Hippocratis, ſcriptoris antiquiſſimi: alteram tot ſectæ Philoſophorum tam inter ſe diſcrepantes arguunt nō potuiſſe ab vllo Chaldæo aut Ægyptio profi-

proficiſci, quæ adhuc inter Græcos quæreretur. Reſtant Mathematica, in quibus Barbari aliquod ius vindicare poſſunt: quod ea tenus verum, vt figuras quidem Geometricas ab Ægyptiis accepiſſe Thaletem aut Pythagoram non negemus, Geometriam autẽ ab iis didiciſſe quo minus credamus, obſtant præclara Epichiremata Pythagoræ, quæ ſi ipſe ab Ægyptiis didiciſſet, Hecatomben non immolaſſet. Accedit Eudemus priſcus auctor, qui hiſtoriam Mathematicam contexuit, in qua quis Græcorum quid gradatim in Mathematicis inuenerit ab incunabulis ipſius diſciplinę, ad ſuum̃ ipſius ſæculum, diligenter annotauerat: arduum ſane opus, & quod rei literariæ intererat non periiſſe. In Aſtrologia vero Græcos Chaldæo aut Ægyptio magiſtro vſos, ita accipiendum, vt eam quidem ſero excoluerint inuitati partim ab Eudoxo, quem Ægyptij docuerunt Planetas contra mundi motum niti, partim ab obſeruationibus eclipticis Chaldæorum, quæ mediocrem tantum vetuſtatem præferebant, vt quæ a Nabonaſſari initio deducerentur, quod eſt poſterius prima Olympiade. Sed Geometriam ab Ægyptiis eos didiciſſe, quod ab illis figuras acceperint, aut Aſtrologiam, quod Chaldæi obſeruationes defectuum in annales ſuos relatas Græcis indicarint, perinde eſt, ac ſi quis ſe eloquentiam ab eo didiciſſe crederet, a quo rudimenta Grammatices; aut

 Philo-

Philoſophiam, à quo principia Logices edoctus fuiſſet. Quamobrem hiſtoriam defectuum barbari Græcos docuerũt. cauſſas defectionum Græci indagarunt, & ſero tandem repererunt, primum Conone Samio, qui defectiones Solis ab Ægyptiis obſeruatas collegit, deinde Hipparcho, viro, vt Plinius ait, naturæ conſiliario eis viam præeunte, qui primus vtriuſque ſideris deliquia a Chaldæis annotata ad menſes omnium Græciæ nationum accõmodauit, ex quo diuino opere omnem hiſtoriam defectuum Lunarium, hauſit Ptolemæus, qui in ſuo illo magno opere multa veteribus accepta refert, nulli plura, quam Hipparcho. Quod ſi rem propius putemus, etiam antequam vlla defectuum obſeruatio Chaldaica ad Græcos perueniſſet, iam prius Thales Mileſius ſine vllo magiſtro barbaro deliquia vtriuſque ſideris didicerat, & adeo in illis profecerat, vt defectus ipſos longe ante prædiceret. Et certe vt Aſtronomiam Græcos ſero attigiſſe fatemur: ita Chaldæos ὁλοσχερῆ tantum, non etiam ἀκριβῆ eius notitiam habuiſſe conſtanter affirmamus: cuius quum duas partes facerent, τὸ μετεωρολογικὸν, quod circa motus verſatur, & τὸ ἀποτελεσματικὸν, quod futurorum diuinationem promittit: in priore Græcos nihil pene a Chaldæis didiciſſe oſtendimus: alterius, quæ multis modis, a bonis moribus, a Philoſophia, ab ipſa Geometria reprehenſionem incurrit, auctores fuiſſe

fuiſſe Chaldæos adeo neceſſe eſt, vt omnes eius artis ſiue potius inſaniæ populares, cuiuſcunque nationis ij fuerint, ab vltima vetuſtate hactenus Chaldæi dicti ſint: vt taceam ſacra Biblia, in quibus nominis & artis Chaldæorũ luculenta extant argumenta. Neque tamen negare poſſunt Chaldæorum & Ægyptiorum fautores, Græcos etiam vetuſtiſſimos aliqua Aſtrologia vſos: idque ad tempeſtatum ſignificationes tantum, ad arandi, ad ſerendi tempora: eos Caniculæ ortum obſeruaſſe: ex eo frugum prouentum augurari ſolitos: quod a Ceis & Cilicibus factitatum fuiſſe a nobis alibi plene indicatum. Præterea vndequinquaginta formaturæ cæleſtes non ſolum Græcorum ſunt, ſed etiam vetuſtiſſimorum, quum aliæ Indorum fuerint, aliæ Perſarum, aliæ etiam ipſorum Chaldæorum. Apud Homerum ſiquidem habemus ἅμαξαν, quæ ſeptem ſtellis, Hyadas, & Pleiadas, quæ totidem ſingulæ conſtant, Orionem, qui pluribus. Apud Heſiodum, præter eaſdem, quas eodem, vt Homerus, verſiculo comprehendit, Arcturi ortum poſt ſexaginta dies a brumæ ſidere confecto: hoc eſt, ſexaginta gradus a principio Capricorni. At Euctemon poſuit eundem ortum in XIII Piſcium, ſeptuaginta tribus partibus a bruma. Igitur ab Heſiodo, ad Euctemona, XIII partium ϖροίλησις facta erat, anno CCCXLV Iphiti, quo Meton & Euctemon illas obſeruatio-

nes

nes ſuas publicarunt. Ea anticipatio non potuiſſet fieri, niſi in annis noningentis, vt minimum: quod interuallum excedit omnem antiquitatis Græcanicæ memoriam. Ideo Heſiodus antiquior eſſet, temporibus Troianis, annis circiter centum quinquaginta. quod ridiculum. Sed profecto brumam ſeu τροπὰς ἠελίοιο intelligit cum aliis omnibus Græcis VII diem Ianuarij, κέντρον nempe χειμερινὸν, de quo non ſemel in noſtris libris de emendatione. Et præterea a poëtis ortuum & occaſuum momenta exquiſita non ſunt exigenda. Nam vt brumam, ita etiam ortum Arcturi ὁλοσχερῶς ex populari vſu dixit: quale illud quoq., quadraginta dies occultari Vergilias poſt tempus arationis vernæ. Alioquin ex iſtis perſpicuum eſt, iam tum illis priſcis formationes imaginum cæleſtium cognitas fuiſſe, & eos ex illarum ortibus & occaſibus tempora notaſſe. cui accedit, quod idem priſcus poeta canit, in Bœotia, quando Orion & Sirius in culmen veniunt, tunc ab ortiuis partibus Arcturum ſupra finitorem attolli. quo quidem nihil verius eſt. Nam quod poſteriores Heſiodo poëtæ ſimiles obſeruationes Troiani heroibus attribuunt, non tam anticipatione poetica fictum videri dicimus, quam re ipſa potuiſſe contingere, quum cæli pictura omnium oculis pateat, & ex illis parabilis Aſtrologia petita omnibus ſui copiam faciat. Nam ecce auctor Rheſi Tragœdię vetuſtiſſimus, qui

qui ſine dubio non eſt Euripides, ſcribit Vergilias eminere ſupra finitorem Aquila culminante. Et præterea notationem temporis adiecit, vicinitatem diluculi: poſtremo etiam partis anni, quo illa geſta finguntur, pulcherrimum characterem Lunam ex orizonte ſe primum efferẽtem: vt neceſſario geſtus earũ rerum interceſſerit medio circiter Lunæ quadrante vltimo, hoc eſt pauxillis diebus a iugo: quod vt procliuius ex Tetraeteridos Atticę doctrina diſcere potuit Poeta, ita audacius ex eius fide hæc pronunciare. Nam ſcena illa agitur, vt ex Homero conſtat, eodem anno, quo Ilion captum, vt autem ex hoc auctore colligimus, menſibus vernis, paulo ante vrbis Troianæ caſum, nempe Thargelione: quia Munychione fere toto latebãt Virgiliæ. At annus Ilij capti incidit in tertium Tetraeteridos Atticæ, vt a nobis ſtudioſe diſputatum eſt. In Thargelione illius anni nouilunium incidit VIIII, aut X menſis, circiter V Iunij. Itaque tẽpus illud competit interuallo inter XXVII Mai, aut V Iunij, V, aut VI die Thargelionis, quo etiam menſe captum Ilion. In his intellige rationes ſæculi, quo Poeta ſcribebat, non autem Troiani, vt nos alibi monuimus. Ita non ſolum ad ruſticorum obſeruationes comparata erat illa Aſtrologia, ſed etiam ad notationem ſæculi fugacis. In libris enim de Emendatione declarauimus, quam præciſe veteres illi annum & diem excidij Troiæ

indagauerint ex rationibus Tetraeteridis Atticæ, inter quos Ephorus Eudoxi & Platonis familiaris: quod quum & iſte auctor fecerit, ſiue is Sophocles, ſiue alius, ſane non potuit niſi ſummus vir eſſe, qui præter rationes ciuilis Tetraeteridos, etiam ex Phænomenis, & ea aſtrologia, quæ tum inter nationes Græciæ locum habebat, rem propoſitam demonſtrarit. Ex quo accidit, vt propterea quod Euripides cum Eudoxo in Ægyptũ profectus inde quædam de Planetis in Græcia primus vulgauerit, vt produnt priſcæ hiſtoriæ, propterea veteres Critici Tragœdiam Rheſum illi attribuerint, ὅτι, inquiunt, ἡ περὶ τὰ μετάρσια ἐν αὐτῇ πολυπραγμοσύνη τὸν Εὐριπίδην ὁμολογεῖ, innuentes locum illum, qui a nobis iam explicatus eſt: quanquam character grandiloquentioris Poetæ fœtum arguit, puta Sophocliſ: & vereor, vt hæc tam vere Euripides referre potuerit. Id vt dubitem, facit locus ex Iphigenia in Aulide in re ſimillima: σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου πλειάδος ἀΐσσων. Quomodo non conſuluit oculos ſuos, vt poſſet videre, quantum interuallum ſit inter Sirium & Vrſam maiorem? Hæc ergo fuit rudiorum illorum rudior aſtrologia. Nam & Thaletis nomine priſcus liber extabat titulo ναυτικὴ ἀστρολογία. At ἡ ποιητικὴ ſiue ἀποτελεσματικὴ ſero ex partibus Euphratis in Græcorum vrbes immigrauit: & vix tandem quidem admiſſa diu in proceſſu fuit, nondum curioſitate huma-

humana totam ſe proferente, quæ progreſſu temporis in illa arte quotidie aliquid noui commenta eſt, in qua inſaniam ſuam potius homines, quam ſapientiam profiterentur. Quando primum hæc peregrina hoſpitio a Græcis excepta fuerit, haud temere dixerim: quandoquidem ante tempora Beroſi Babylonij, qui ſub primis Seleucidis floruit, eius nullum veſtigium apud Græcos ſcriptores reperiam, quod quidem in præſentia meminerim, niſi forte δωδεκαετηρίδες Onomacriti ſub nomine Orphei in hunc cenſum veniunt. Hoc vnum nobis conſtat, fere eodem tempore a Græcis ad Romanos tanquam morbum aliquem peruaſiſſe. Nam Plutarchus in Mario ſcribit, Chaldæos Octauium conſulem in vrbe detinuiſſe: in Sulla, Chaldæos Sullæ feliciſſimum exitum vitæ florentiſſimis rebus ſuis, magnis victoriis partis, promiſiſſe. Non dicam quoties, quam ſeuere, quibus modis Romani in hoc genus hominum animaduerterint: quæ Senatuſconſulta, quæ edicta principum in illos emiſſa. Nam poſteriorum temporum ſunt, & materia ab aliis occupata. Apud Græcos vero multi non ſolum artem profeſſi ſunt, ſed & artis libros reliquerunt, Beroſus, Antiochus, Teucer Babylonius, Dorotheus Sidonius poeta, & Thraſyllus ille Caprearum carceris obſes, Tiberij hoſpes. quorum de reſponſis, quæ ἀποτελέσματα dicuntur, dubitare, perinde erat ac fidem ocu-

lis abdicare. Ex hac fiducia, vel potius confidentia prodierunt genituræ Oedipi, Therſitæ, Paridis, Philoctetæ, &, ne parce inſanire viderentur, etiam Mundi ipſius natales cum themate eius: ne miraremur, quod poſteriorum Græcorum genituras ex euentibus indagare conati ſint. Nam Platonis thema ex veterum ſcriptis refert Firmicus, horoſcopante Aquario, Sole in Piſcibus, Luna in Geminis, hoc eſt quinto circiter die a nouilunio. Atqui Plato natus eſt Thargelionis ſeptima, referente Laertio, veteribus Academicis, anno primo Olympiadis LXXXVIII, & proinde anno ſeptimo periodi Atticæ, Mai XXI, feria quarta, cyclo Lunæ XII, Solis ſecundo, Sole in XXVII Tauri, Luna proxime ad iugum tranſitum faciente, hoc eſt paulo ante coitum. Vides quam boni vates fuerint; quibus ne temporum quidem ratio conſtabat. Romulus, inquiebat L. Tarrutius Firmanus, conceptus fuit XXIII Choeac, anno primo Olympiadis ſecundæ, hora tertia, Solis defectione. Nos putauimus menſes Actiacos deſignari, freti fide Plutarchi, quæ tamen in eiuſmodi non ſemel nobis impoſuit, quod putaremus Plutarchum ea retuliſſe ad vſum Actiacum Plutarcho ipſi notum, vt falſo credidimus. Nam ſunt menſes vagi: & ante formam anni Iuliani, nedum ante victoriam Actiacam, inuitatus a M. Terentio Varrone Tarrutius Romuli natalem ex eius geſtis &

aliis

aliis ſignis indagare, paruit, & eo tempore, quo diximus, conceptum reſpondit: quod quidem tempus conuenit viceſimæ quartæ Iunij Iuliani, in qua proculdubio coniunctio luminum fuit: ſed ſine vlla defectione Solis: quum tamen παντελῆ ἔκλειψιν fuiſſe dicat. Columē aſtrologiæ, quem tanti fecit togatorum doctiſſimus, quomodo hominis intra vterum maternum concluſi fata canere potuerit, qui rem triuialem ignorauerit, viderit Genethliace. Rurſus editus in lucē Romulus XXI Toth, eodem auctore, Sole oriente: hoc eſt, XXIIII Martij, cui diei XXVII pars Piſcium congruebat. Atqui veteres, quos ſequutus eſt Manilius, Libra horoſcopante natū prodiderunt. Pergamus. Idem Tarrutius conditam vrbem vaticinabatur anno primo Olymp. VII, die IX Toth, hoc eſt VII Martij, Sole in decimo gradū Piſcium, μεταξὺ δευτέρας καὶ τρίτης ὥρας. At ex eodem Tarrutio Solinus depromit thema natalis vrbis, XI Kal. Mai, in quam diem conueniebat XXV Arietis, quum ipſe Solem in Tauro ponat, Mercurium longiſſime a Sole, & alia præterea nugatoria, quæ tamen attribuit Tarrutio, de quo nihil retinuit, præter horam, quam cum eo recte inter ſecundam & tertiam pronunciauit. Sed hæc leuia. Apponam exemplum, quod fiduciam nationis Genethliacorum aperiat. Theagenes Mathematicus ex iis, quæ Octauiano adoleſcenti contigerant (quia verum tem-

pus natalis eius ignorabat) horoſcopante Capricorno natũ confidenter pronũtiauit: quem tamen natum proxime Solis ortum diligentiſſimus ſcriptor Suetonius, tradit, Septembri antiquo, qui tunc conueniebat in Quintilem Iulianum, Sole Cancrum obtinentę. Quid magis ioculare? Qui Cancro circiter Oriente natus eſt, quomodo ei horoſcopabat Capricornus? Et tamen vanus diuinaculus non veritus eſt pronunciare, quia horoſcopante Capricorno natus eſſet, vt ipſe ſomniabat, eum rerum potiturum. Sed in illis veteribus propter artis rudimenta, quæ nondum ad hodiernam perfectionem, vel potius περιεργίαν deducta erat, non omnia ad viuum reſecanda; & quædam prætere a ignoſcenda. Audi ſubtilitatem noſtri ſæculi. Extitit ante XLIIII annos Cymbalum Genethliacorum, qui Domini noſtri Ieſu Chriſti Thema edidit, & omnia, quæ illi acciderunt, ex poſitu ſtellarum neceſſario illi contigiſſe ratiocinatur. Impiam dicam magis, an iocularem audaciam, quæ & dominum ſtellarum ſtellis ſubiecerit, & natum eo tempore putarit, quod adhuc in lite poſitum eſt, vt vanitas cum impietate certaret. Idem Genethliacus in ſuis illuſtribus Genituris, multa præclara prædicebat cuidam & ſummĩ ordinis, & magnæ eruditionis viro tam ab ipſius, quam a liberorum fortuna: quo quidem homine poſt omnem memoriam, nihil fuit infelicius,

ſiue

ſiue ipſius, ſiue vxoris, ſiue liberorum, quos ex duobus matrimoniis ſuſceperat, exitum ſpectes: cuius quidem rei nos teſtes ſumus, οὐδ' ὀνειδίζομεν τύχας. Idem Genethliacus quum multis ante annis diem & horam mortis ſuæ determinaſſet, & appetente tépore nihilominus bene valeret, quanquam iam octogenario maior, ne artem contumeliæ exponeret, inedia conſtituit mori. quod neſcio ſerius, an citius ante conſtitutum ab eo tempus contigerit. Res nota eſt: neque noſtrum eſt mentiri. Omnino fecit, quod ille in Epigrammate, αἰσχυνθεὶς Πετόσιριν ἀπήγξατο. Lege totum epigramma. Nihil melius huius Genethliaci exitum expreſſerit. Nam idem mimus rei fuit. Et tamen iſte tantus in ea arte fuit, vt hodie eius decreta ſint κύριαι δόξαι. Sed, inquiunt, neque hominum errores artis ſunt, neque vnius omnium. Atquin ſi illi, qui familiam in hac arte ducunt, tam ridicule, tam pueriliter decipiuntur, quid certi ab illis expectandum, qui eos ſequuntur, illorum decretis tanquam firmiſſimis munimentis inſiſtunt? Quod ſi ſinguli errare poſſunt, non vniuerſi, age conuocemus Genethliacorum Comitia, qui de futuris decernãt. Vide quid accidit anno Chriſti MCLXXIX, quo quidem omnes Oriẽtales aſtrologi Chriſtiani, Iudæi, Sarraceni literas per totum orbem terrarum tanquam diplomata regia, aut apices imperiales emiſerunt, quibus anno ſeptimo poſt, qui

fuit

fuit Chriſti M C LXXXVI, tantum exitium a ventorum & tempeſtatum violentia imminere rebus humanis præcinebant, vt per totum illud ſeptennium homines, præ metu & periculorum expectatione vitam ſibi acerbam putarent. Omnes Planetas tam inferiores, quam ſuperiores in vnum coituros menſe Septembri denunciabant, quem conuentum ſtellarum anteueniret Solis defectio XI Kal. Mai. Denique tam exitiabilem Orbi terrarum illum annum promittebant, & tanta conſternatione mentes hominum percuſſerant Prophetæ illi, vt nemo dubitaret finem rerum imminere. Sed, vt ſcribit Rigordus, qui & illorum binas literas produxit, & multos poſt annos termino ab illis præſtituto ſuperfuit, vanitatem eiuſmodi oraculorum euentus coarguit. Atque hæc eſt fides artis, ſiue in vno ſummo artifice, ſiue in toto eorum Senatû eam pericliteris. Neque vero nos ſumus, qui ſtellas & illa luculenta cæli corpora otioſa eſſe exiſtimemus. Sed effectus illos his iocularibus argutiis & arbitrarijs ſectionibus contineri, id vero pernegamus. Tanta vero mutatio a poſterioribus artificibus in hac arte facta eſt, vt cum priorum methodis comparata non eadem ars videri poſſit, imo in permultis contraria. Et tamen illi priores vera prædixiſſe viſi ſunt, neque minus iſti poſteriores, qui contrariam viam inſiſtant, veraces eſſe perhibentur. Sed hæc omnia

con-

confutare multi temporis, multorumque librorum opus eſt. quod quum a Comite Pico Mirandula & ab aliis factum ſit, ſat erit ſtrenue ab illis hanc arcem oppugnatam, & tepide ab artificibus defenſam fuiſſe, qui pudentius tacuiſſent. Quæcunque igitur ea ars fuit, nunquam caruit amatoribus, vt nunquam deſunt leuia ingenia, quæ nouitate rerum & futilibus inuentis permouentur. Inferiora ſæcula omitto. vnum feliciſſimum Augusti occurrit, in quo flos ingeniorum fuit, & inter illuſtres artes hæc quoque auſa eſt verticem attollere, multis magiſtris clara, præſertim M. Manilio, qui non propter artem nobis carus eſſe debet, ſed quia in eo rudimenta illius priſcæ aſtrologiæ manifeſta extant, hactenus etiam a doctis ignorata: qualia ſunt Antiſcia, ἀζομηκώσεις ὁμαλαὶ ἀναφορικαὶ, duplex modus horoſcopi indagandi, thema Athlorum longe diuerſum a themate geneſeos, ratio Canonis horarij, Dodecaeteris genethliaca, Chronocratoriæ ſignorum, & alia perplurima, quorum in vulgatis præceptionibus nulla extant veſtigia: imo eiuſcemodi ſunt, vt ſi hodierni mathematici ea viderint, commenta noſtra eſſe dixerint, non veterum inſtituta; ſed puerilia, & ex Grammaticæ fæcibus hauſta. Idem nuper fecerunt, quum quæ in libris de emendatione de anno Iudaico, & Hipparchico diximus, tanta rei indignatio eorum mentes percuſſit, vt minimo mi-

nus inſanire ipſis viſi ſimus, qui adeo vetuſtatis omnis imperiti ſunt, vt artes cum ſua perfectione natas, & ab hominibus ita primum inſtitutas putent: omnes veteres nunquam erraſſe, nunquam potuiſſe decipi. Quid ſi legerint ſub æquinoctiali omnia ſigna recte oriri, nunquid illud negabunt potius, quam vt ab vllo priſco vel cogitatum quidem fateantur? Quum Auſonius alioqui ſuo ſæculo ſummus vir, ter tria cubum vocaret, nonne pædagogi, & laruæ literarum nobis illud attribuerunt, non Auſonio? Atqui ſerio triumphabant: quum potius ſcutica digni eſſent, quod neſcierunt ter tria eſſe nouem, & Eclogæ illius totum argumẽtum eſſe ternarium, aut nouenarium. Sed nihil iniquius inſcitia, præſertim pædagogica, & eorum inprimis, qui elementa mathematica docent: qui quum olim nobis lectione Manilij interdixerint, quod ſibi ſolis Epoptis ad illa adyta penetrare fas putent, vellem non illam priſcam aſtrologiam, quam ne in ſomnis quidem viderũt, ſed dictionem tantum Manilij interpretarentur: argumentum operis dicerent, mentem auctoris declararent, qui nihil magis in delitiis habeat, quam Latine neſcire. Hoc enim Grammaticorũ eſt. Sed bene eſt, quod noſter Manilius Grammaticis iſtis, quos vocant, opus habuit. Nam certe ab huiuſmodi Aſtrologis nulla ſpes ſalutis affulgebat tam male accepto poetæ & ab innumeris

mendis,

mendis,& a traiectione non ſolum vnius, ſed & plurimorum verſuum:quod tantam perturbationem toti operi attulerat, vt antea ne quid vellet quidem Manilius, ſatis conſtaret. Itaque ignoſcendum, ſi nemo illum ſcriptorem intelligebat, quem attingere menda non ſinebant:boni conſulendum,ſi nemo attingebat,quem non intelligebat.Iampridem commentarium in hunc ediderat Laurentius Bonincontrius oppido Mimiatenſi in Italia,vir doctus, vt tum captus erat ſæculi ad literas naſcentes caput attollentis. Sed ferendum erat, ab eius lectione lectorem doctiorem nõ diſcedere, ſi non etiam & poetæ ipſi aſtrologus nocuiſſet. Nam ſiquia in textu Bonincontrij variant a ſcriptis codicibus, eæ interpolationes ſunt a Bonincontrio,& præterea nunquam illi verum excidit in re paulo maioris momenti: quum alioquin peruetuſtum,vt ipſe ait,nactus codicem eſſet: qui tamen melior mihi,quantum coniectura aſſequi poſſumus,non videtur Gemblacenſi, quo nos vſi ſumus:qui neſcio quomodo reliquos omnes ſcriptos bonitate anteit,vel,vt verius loquamur,eo reliqui deteriores ſint.Nam nullus bonus eſt,quotquot extant hodie,Sed Bonincontrio nõ multum profuit vetuſtum codicem nãciſci,quo vti neſciit: quem miſerum interpretem ſi ſuum malum fatũ canibus hodiernis obieciſſet,peiore fato,quam

Actæon, deſungeretur. Adeo hodierna ingenia, quid reprehendant potius, quam quid diſcant, conſectantur. Atque adeo res eo rediit, vt ſi quis perditæ maledicentiæ quærendus ſit, ſiquis agreſtium morum, ſiquis petulans, is non in foro, aut circulo, ſed (Deum immortalem) in medio literarum inueniatur. Huiuſmodi hominibus quid boni contulerimus Manilio, neque per inſcitiam bonarum literarum ſentire, neque per inciuilitatem fateri licet. Itaque eos teſtes non imploramus; ſed ingenuas & generoſas mentes, bene natas, liberaliter educatas. Eæ non negabunt nos membra laceri poetæ in ſuos artus repoſuiſſe, quod iſti probi Philoſophi luxare vocant: qui ridebunt, quum ſigna recte oriri ſub æquinoctiali legent, quum progreſſum arithmeticum in rationibus anaphoricis, in ratione Antiſciorum quatuor ſigna pro vno momento haberi, & propterea illa ſigna eſſe μονόζωνα: quod item vt in aſcenſionibus, ratio maximæ diei, & minimæ noctis habetur, ita in doctrina βιωσίμων χρόνων eſſe quendam curſum vitæ humanæ CXII annorum quaſi diurnum & Solis, quendam nocturnum LXXVI annorum, qui Lunæ attribuatur? Hæc nos ſomniaſſe dicent ad lucernam Priſciani, quia illa in ſuis Theoriis Planetarum non viderunt: quia denique Cardanus Apollo Genethliacorum hæc non docuit: cui po-

tius

tius credent veteribus aſtrologis nullum vſum Ephemeridum fuiſſe, quam veteribus ipſis, Iuuenali, qui tanquam pinguia ſuccina tritas ephemeridas dixit, & Porphyrio, qui etiam Arabico nomine ἀλμενίχια vocauit, & Plutarchus πινάκων ἀστρονομικῶν mentionem facit. Miratur enim Cardanus, vt illud obiter annotemus, Aly Rodoan Arabem aſtrologum tam accurate vnius Cometæ thema potuiſſe condere, quum eo tempore, inquit, difficillimum fuerit Aſtrorum motus ſupputare, quod deeſſent Ephemerides: Macte virtute Genethliacorum columen. Apud illos veteres Iuuenalem, & Porphyrium ad interdictum venito. Ipſi litem tuam iudicabunt. Quomodo aſtrologi, qui quotidie a tot curioſis conſulebantur, reſpondere potuiſſent, ſi ſine Tabulis & Ephemeridibus motus Planetarum, eruendi, Thema conſtruendum, Chronocratores dirigẽdi eſſent? Vix ſex apoteleſmata reſpõdere potuiſſet Genethliacus anno vno. Sed quod adeo miretur thema illius Cometæ cur non deſignauit? Hoc certe glorioſius Cardano fuiſſet, quam ipſi Aly ex Tabulis Thema quodlibet conſtruere. Nos igitur dicimus illum Cometam viſum anno Chriſti M. VI, ſine Matt. Omnia conueniunt. Erat annus viceſimus ipſius Aly. At ipſe ait ſe notaſſe illud tempus, quum in ſcholis operam bonis literis daret. Præterea Luna cum

Sole coniuncta fuit in XV gradu Arietis eo anno, vt ipſe monuit. Denique locus Cometæ ab eodem notatus in XV Scorpij. Ergo eo tempore, quo Sol in Ariete, videbatur in Auſtrinis partibus, quod plane atteſtatur Sigebertus Monachus Gemblacenſis: Cometes, inquit, horribili ſpecie huc illucque iactans in auſtrali parte viſus eſt: quanquam fallitur Chronologus, vt ſemper fere ſolet, qui rem in annum M.V conferat, quum anno ſequente contigerit. Hoc ſane indagaſſe nobilius fuiſſet, quam Thema condere, inueniſſe, illuſtrius, quam tabulas conſtruere. Sed ad noſtrum Manilium redeo, quem ita a vetuſtiſſimis traiectionibus, & mendorum neſcio quot millibus vindicauimus, vt quantum obſoleta facies eius lectores a ſe deterrebat, tantum eos nouus nitor & cultus reſtitutus ad ſe amandum, legendum, & intelligendum inuitare poſſit. Certe eius liber primus ita vtilis adoleſcentibus futurus eſt, vt ad ſphærica elementa illis viam munire debeat. En illum damus ita a mendis purgatum, ita ſibi reſtitutum, vt vel a tironibus capi poſſit: ita notis illuſtratum, vt ex illis & doctrinam poetæ omnem ſtudioſus lector aſſequi, & ad commentarios vberiores edendos excitari poſſit. Quod vt faciant, eos vnice hortamur, conſcij imbecillium virium noſtrarum: qui fatemur nos viam lectori po-

ri po-

ri potius ad hæc aperuiſſe, quam lectorem ad ea introduxiſſe, digito rem indicaſſe, quam rem tetigiſſe. Accipite ergo, candida & elegantia ingenia, auctorem non ſolum vobis dignum, ſed etiam veſtram opem implorantem. Magnum ſpicilegium de noſtra meſſe vobis relinquimus. Tempus eſt, vt aliquem totius argumenti conſpectum vobis edam. Accipite ergo, & valete.

CON-

CONSPECTVS
TOTIVS OPERIS
MANILIANI.

ASTRONOMICON *Manilij in quinque libros tributum eſt. Primus liber duarum ſummarum Aſtrologiæ partium priorem tractat, quæ dicitur* μετεωρολογικὴ, *aut* περὶ οὐρανοῦ. *reliqui quatuor alteram partem, quam vocant* πρακτικὴν, *cuius prius membrum, hoc eſt* τὸ πραχικὸν, *ſecundus & tertius liber perſequitur: alterum, quod vocant* ἀποτελεσματικὸν, *duo poſtremi, quartus & quin-*
a 5,3. *tus. Hoc totum,* [a] *ſiue ſemper fuit, vt volunt Peri-*
b 5,5, ad 5,25. *patetici,* [b] *ſiue principium habet, vt ſciſcunt reliqui Philoſophi,* [c] *in medio ſui terram habet* [d] *rotundam,* [e] *quem-*
c 6,6, ad 7,15. e 7,20. d 7,16. *admodum & ipſum eſt abſolutæ rotunditatis. alioqui*
f 8,29. g 8,23. [f] *eadem phænomena in omni inclinatione apparerent,* [g] *oc-*
h 8,28. *caſus & ortus iidem eſſent.* [h] *Totam autem molem hanc*
k 8,18. *circa eius* [i] *axem* [h] *ſpiritus diuinus agitat, cuius ſuprema*
i 9,27. ad 10,8. l 9,4. *ſuperficies* [l] *lucentibus ſtellarũ flammis ornata eſt: quarum aliæ* [m] *in Zodiaco poſitæ ſunt,* [n] *aliæ in aquiloniis,* [o] *cæ-*
m 9,5. n 10,9. ad 13,22. *teræ in auſtrinis partibus: quanquam* [p] *auſtrinarum*
o 12,22, ad 14,20. p 14,20, ad 15,6. *quædam pars a noſtro conſpectu ſummota eſt.* [q] *Hæ ſtel-*
q 15,6. r 15,24. *læ in corpora & formas a veteribus digeſtæ,* [r] *vt me-*
s 15,25. *lius comprehendi poſſent,* [s] *diſpoſitis vicibus immutabili lege ſemper occaſus ſuos atque ortus peragunt:* [t] *quo nul-*
t 16,33.

lum

lum argumentum præſentius hoc totum ratione ac prouidentia, non autem ſorte moueri.[u] *aliter nunquam ad præſcriptos curſus & vadimonia motuum ſuorum redirent.* u 16. 12, ad 17, 15.
[x] *Itaque quum ab antiquis vſque temporibus exploratum ſit eaſdem motuum in ſtellis ac viciſſitudinum leges ſeruari, credendum vtique hos effectus diuinæ rationis, non autem fortuitos eſſe. Quamobrem quum hoc abſolutiſſimæ, vt diximus, rotunditatis in medio ſui terram inſtar centri habeat,*[y] *quãtum eſt a terra ad cæli ſuperficiem, tanta erit ſexta peripheriæ totius, adiecto modico diſcrimine, ex diffinitione Sphæræ, adiuuante Archimedis epichiremate: & proinde ſexta pars peripheriæ bina ſigna comprehendens æqualis eſt fere ſemidiametro τοῦ παντὸς, minimo diſcrimine.*[z] *Quinque autem Circulos parallelos in eius ſuperficie deſcriptos imaginamur, qui in quatuor quadrantes, quæ quatuor anni tempora efficiunt,*[a] *duobus Coluris*[b] *per polos Mundi ductis ſecantur.*[c] *Duo etiam maximi circuli*[f] *Orizon &*[g] *Meridianus ſeſe inuicem ſecant non vtique immobiles, ut*[d] *illi quinque,*[e] *ſed pro inclinatione cæli diuerſa alij atque alij.* [h] *Atque hi quidem omnes λόγῳ θεωρητοὶ,*[i] *oculis autem duo ſoli notari poſſunt*[m] *Zodiacus &*[n] *Galaxias, qui & ipſi ſunt duo maximi circuli. Sed in*[k] *Zodiaco duodecim ſigna ſiue ζώδια hærent,*[l] *ſeptem vero ſidera illum pererrant, qui ab eo πλανῆται dicuntur.*[o] *At in Galaxiam Heroum animas recipi pleraque omnis vetuſtas credidit.*[p] *Hæc eſt facies Mundi, cui abſoluendæ adiicienda ſeptem planetarum, & Cometarum aliorumque quæ in-*

x 17, 15. y 17, 31, ad 18, 23. z 18, 12, ad 19, 18. a 19, 19, ad 20, 14. b 19, 19. c 20, 14. f 20, 16. g 20, 31. d 20, 24. e 20, 26, 21, 15. h 21, 28. i 21, 29, 22, 18. m 21, 16, ad 22, 11. n 221, ad 25, 23. k 21, 27. l 21, 18. o 24, 9. p 25, 24, ad 29, 22.

δ *fra*

ſra Lunam generantur, conſideratio, vt tota μετεωρολογικὴ abſoluatur, quam partem priorem Aſtronomiæ conſtituimus. Alterius vero partis, hoc eſt τῆς ποιητικῆς, duo membra ſunt, τὸ πινακικὸν, καὶ τὸ ἀποτελεσματικόν. Iam τοῦ πινακικοῦ ſiue εἰσαγωγικοῦ ſubiectum eſt Zodiacus, a cuius
q 12, 7. duodecim Signis [q] cauſſæ generationis & corruptionis defluunt: quæquidem Signa dupliciter conſiderantur, aut καθ᾽ αὑτὰ, aut πρὸς ἄλληλα. Sed καθ᾽ αὑτὰ multis modis
r 34, 9, ad 37, 27. diuiſionem recipiunt, [r] κατὰ τὴν φύσιν, κατὰ τὸ εἶδος, κατὰ τὰ ἤθη &c. πρὸς ἄλληλα dupliciter, ἢ κατὰ τὸ οὐσιῶδες, ἢ κατὰ τὸ συμβεβηκός: & quidem κατὰ τὸ οὐσιῶδες, quatenus in Zodiaco, idque quadrupliciter, κατὰ σχηματισμὸν, καθ᾽ ὁμοιότητα, ἤτοι ἰσοδυναμίαν, κατὰ συμπάθειαν, κατὰ μονο-
s 39, 29, ad 26, 27. μοιρίαν. [s] Ac κατὰ σχηματισμὸν ex Trigono, Tetragono, He-
t 43, 27, ad 45, 15. xagono, Diametro, ἄβλεπτα, μοναχὰ, ſexta quæque [t]. κα-
u 45, 15, ad 50, 23. τὰ ἰσοδυναμίαν, Videntia, Audientia, Amica, Inimica. [u] κατὰ συμπάθειαν, Quadrata Quadratis, Trigona Trigonis, Dia-
x 50, 23, ad 53, 19. metra Diametris. [x] κατὰ μονομοιρίαν, vt Dodecatemoria in partibus Signorum, & Dodecatemoria Dodecate-
y 42, 27. moriorum. κατὰ συμβεβηκὸς, aut κατά τι, [y] quatenus vel
z 42, 14. Dij Signorum tutelæ ſunt, [z] vel Signa membrorum corporis humani: aut κατὰ τὸ μεταβατικὸν, quatenus ipſa variant ſecundum Meridianorum & Finitorum diuerſi-
a 53, 19. tates, [a] vnde pro ratione locorum variæ δωδεκάτοποι inſtituuntur, eaque ſemper duplices in quacunque genitu-
b 53, 22. ra. Altera enim, [b] cuius prima ſedes datur Horoſcopo, eſt genituræ, in qua τὰ σύμφυτα, id eſt τὰ ψυχικὰ καὶ
c 63, 12. τὰ σωματικὰ conſiderantur: [c] altera, in qua Sors Fortunæ

næ familiam ducit, [d] *eſt Athlorum, ſiue actionum homi-* d 64.11.
nis, & τὰ ἐπίκτητα indicat. Sed [e] *inueſtigatio ipſius Sor-* e 6.20.
tis Fortunæ pendet ab Horoſcopo, [f] *vt Horoſcopi ab ana-* f 65.26.
phoricis temporibus, id eſt horis aſcenſionum. [g] *Mendo-* g 66.1.
ſe enim aſcenſionibus Signorum binas horas vulgus at-
tribuit, [h] *quum inæquales ſint Signorum aſcenſiones.* h 66.8.
Quod ſi concederemus æquales eſſe: [i] *at horæ menſura in-* i 66.21.
certa: quia hora eſt duodecima pars lucis, aut noctis [k]*: lu-* k 66.26.
ces vero & noctes in omni inclinatione variant. [z] *va-* z 67.32.
riant igitur & horæ. [l] *Quo enim propius polum accedi-* l 67.19.
tur, eo maiores dies æſtiui, minores hiberni: & conſe-
quenter maiores horæ æſtiuæ, & minores nocturnæ.
Quomodo igitur omni tempore; omni loco, binæ horæ
Signis aſcendentibus attribui poſſunt? Quod quum ita
ſit, primum docendum, [m] *quot horis quæque ſigna in* m 59. 11. ad 70. 14.
quacunque data cæli inclinatione ſurgant, quum oſtende-
rimus binas horas ea non aſcendere. [n] *Deinde hæc tempo-* n 70. 14. ad 71. 1.
ra anaphorica eadem methodo in ſtadiaſmum conferen-
da. [o] *Sed ante omnia, incrementa & decrementa hora-* o 71. 7. ad 72. 14.
rum inueſtiganda, initio facto [a] *ab obſeruatione minimæ* a 71. 13.
diei, quam quidem exploratam habere non potes, niſi
prius [p] *die æquinoctij exactiſſime indagato per horologia* p 72. 14. ad 73. 9.
ſciotherica, & gnomonicas rationes. Cuius vniuerſæ di-
ſputationis de anaphoricis tam temporibus quam ſtadia-
ſmis [q] *eñ exemplũ tibi damus, in quo maxima dies ad mi-* q 73. 9. ad 75. 29.
nimam eſt, vt tria ad duo. Quibus omnibus diligenter
expenſis, [r] *dato loco Solis, & hora, ad Horoſcopũ eruen-* r 75. 30.
dum facile erit horas æquinoctiales de Signorum ana-

 phoricis

phoricis temporibus deducere, non autem binas horas Si-
f 74. 2. ad 74. 29. gnis attribuere, [f] aut, quod idem eſt, horis datis per XV
multiplicatis aggregatum a loco Solis abiicere, quod vul-
t 74. 30. ad 76, 10. gus ſolet facere. Horoſcopo deprehenſo, ab eo [t] tempora
u 25, 23. vitæ, ſiue βιωσίμους χρόνους deduces: [u] quanquam alij non
a Signo horoſcopante, ſed ab eo, in quo Sol fuerit tem-
pore genituræ, anni, menſis, diei, atque horæ tempora
deducunt. Vtrouis modo hæc ratiocinia poſt duodeci-
mum annum in orbem redeunt, quæ dicitur a veteribus
x 75. 31. [x] Dodecaeteris genethliaca, a recẽtioribus profectio Signi-
ficatoris, in qua omnis progreſſus vitæ conſideratur: finis
y 76, 13. ad 77. 2. autem [y] primum ex aſcenſionibus Signorum, [z] deinde ex
z 77. 15. ad 78, 5. duodecim ſedibus τῆς δωδεκατόπου: in qua methodo notan-
a 78. 5. da [a] φωσφορία, id eſt locus Lunæ in Tropicis ſignis: quod
eſt vltimũ examen τοῦ πιναχικοῦ μέρους. Sequitur τὸ ἀποτε-
λεσματικὸν, quod verſatur præcipue κατὰ τὰς Signorum
ἰδιοτροπίας, eaſque aut vniuerſales, aut particulares, quæ
dicuntur εἰδικαὶ ἰδιοτροπίαι, quæ ſunt circa indiuidua: &
b 84. 5. ad 89, 10. conſiderantur aut [b] κατὰ ὁλότητας τῶν ζωδίων, aut κατὰ
μονομοιρίας, aut κατὰ ἀνατολικὴν σχέσιν, aut κατὰ συναν-
τολὰς καὶ συγκαταδύσεις ἀστέρων. Sed μονομοιρίαι ſpectan-
d 89. 12. ad 91, 15. tur aut κατ᾽ ἀλλήλας [d] per Decanos, aut καθ᾽ αὑτὰς, qua-
e 92, 30. & 93. 30. ad 95. 23. tenus [e] ſteriles, noxiæ, & eiuſmodi. ἰδιοτροπίαι κατ᾽ ἀνα-
τολικὴν σχέσιν, [f] quæ ad ſolum tempus ortiuum ſpectãt: At
f 95, 23. ad 98. 7. h 102. 25. ἰδιοτροπίαι καθ᾽ ὅλου, quatenus quædam [h] quaſi corporis
k 101, 19. ad 103, 9. humani, ſic orbis terrarum μελοθεσία eſt, [k] quando hoc
Signum illi regioni, illud illi præſidet, cuius doctrinæ εἰσα-
g 98. 7. ad 103, 19. γωγή eſt ipſa [g] Geographia. Atque adeo hæc omnia vni-
uerſalia

uerſalia ſunt, neque ad induidua pertinent, niſi quando vniuerſalia particularibus nocere poſſunt; quod accidit, quando in genituris præcipua loca, nempe luminarium, aut cardinum, [m] *qui* φωσφοροῦντες τόποι *vocantur, eadem fuerint cum illis, a quibus vniuerſalium caſuum cauſſæ veniunt, id eſt,* [p] *eclipticis aut oppoſitis. Quæ* κατὰ συνανατολὰς καὶ συγκαταδύσεις *ſpectantur* ἰδιοτροπίαι, [n] *eæ erutæ ſunt ex obſeruationibus Ægyptiacis, quæ dicitur ratio barbarica. Huius* συνόψεως *accipe ſingularia capita, quæ infra coniecimus.*

m 105, 32.

p 106, 6, 7.

n 109, ad finem libri.

INDEX
CAPITVM LIBRORVM
M. MANILI.
PRIMVS LIBER
Sphæra Mundi aut de vniuerſitate.

PROOEMIVM, 1, ad 4, 31
Mundi origo. variæ veterum de ea re opiniones. 4, 31
Terram in medio Vniuerſi, eiuſque formam rotundam eſſe. 6, 14, ad 8, 28
Duodecim Signa Zodiaci. 9, 11
Axis Mundi. 9, 25
Phænomena in parte Septentrionali. 10, 9
Phænomena in parte Auſtrina. 12, 22.
Phænomena in parte nobis inconſpicua. 14, 20
De formis ſiue imaginibus ſiderũ, & earũ ſtatis ortibus. 15, 8
Parecbaſis, Mundum prouidentia gubernari. 15, 31
Totius Vniuerſi diměſio. 17, 23
Circulorum in Sphæra deſcriptio, ac primo Parallelorum. 18, 12.
Colurorum. 19, 19
Meridiani & Orizontis. 20, 16
Zodiaci & Galaxiæ. 21, 16
Galaxias ſedes Heroum. 24, 9
Septem Planetæ. 25, 26
Corollariũ de Cometis. 26, 30

 SECVN-

qui & prima inſtitutio.

PROOEMIVM. 29, 22, ad 34, 7
Signorum partitio in
Maſculina, Feminina. 34, 10
Humana, Ferina. 34, 13
Ἰσώπτροντα. 34, 15
Gemina. 34, 18
Biformia. 34, 27
Dupla. 34, 32
Auerſa, Directa. 35, 22
Diurna, Nocturna. 35, 28
Terreſtria, Aquatica. 36, 16
Ambigua. 36, 22
Fecunda. 36, 29
Sterilia. 36, 30
Communia. 36, 23
Currentia, Stantia. 37, 3
Feſſa. 37, 8
Iacentia. 37, 12
Debilia. 37, 15
Καιεικά. 37, 24.
Signorũ configurationes. 37, 29
Signa Trigona. 38, 3
Signa Dextra, Siniſtra. 38, 10
Signa Tetragona. 38, 13
Configurationes vnde numerandæ. 38, 24
Partiliter non Signiliter numerandæ. 40, 7
Signa Hexagona. 40, 18
Signa Singularia. 41, 12
Signa Diſparia. 41, 15
Signa Aſynheta. 41, 21
Signa Diametrunta & Contraria. 41, 22, 29
Signa Diuerſa. 42, 11
Quorum Deorum vnumquodque ſignum tutela. 42, 27
Quorũ Signorum vnumquodque membrum humanum tutela. 43, 14
Signa Audientia, Vidẽtia, Amãtia, Inimica. 43, 27
Signorum cõfigurationes contrariæ. 45, 15
Configurationes amicantes. 48, 4, ad 50, 23
Dodecatemoria Signorũ. 50, 23
Dodecatemorion Lunæ. 51, 19
Dodecatemoriorum Dodecatemorion. 52, 2 (13
Ephodus ad Dodecatopon. 52,
Quatuor Cardines genituratum. 53, 19 (54, 6
Quatuor Cardinũ dignitates.
Quatuor Cardinum interualla, tituli, dignitates. 55, 6
Octo toporum tituli, dignitates. 55, 22

TERTIVS LIBER,

qui & ſecunda inſtitutio.

PROOEMIVM. 59, 14, ad 60, 24
Ephodus ad xii Athla. 60, 24, ad 62, 8

Duo-

Duodecim Athla. 62, 8
Sortem Fortunæ indagare. 64, 9, 25.
Ephodus ad Horoſcopum indagandum. 65,19
Confutatio attribuentium binas horas aſcenſionibus Signorum, & vulgaris methodi Horoſcopi. 66, 1
Ab obliquitate Signiferi. 66, 8
A diuerſitate dierum. 66, 12
A diuerſitate horarum. 66, 21
A diuerſitate Climatum. 66, 30, ad 69, 15
Methodus anaphoricorũ temporum. 69, 25
Methodus ſtadiaſmi anaphorici. 70, 14
Methodus Canonis horarij. 71, 7
Indagandum Æquinoctium ad methodum Canonis horarij. 72, 14.
Exemplum anaphoricorũ temporum & ſtadiaſmi. 73, 9
Data hora Horoſcopum inuenire ſecũdum traditam formam. 73, 31
Data hora Horoſcopum inuenire ſecundũ vulgatum modum æui Maniliani. 74, 2
Dodecaeteris genethliace. 74, 33, ad 76, 13.
Signorũ Chronocratoriæ. 76,13
Dodecatopi Chronocratoriæ. 77, 1
Tropicorum Signorum deſcriptio. 78,5

QVARTVS LIBER,

qui & primus Apoteleſmaticus.

PROOEMIVM. 80, 14, ad 84, 5.
Signorum per ſe platica apoteleſmata. 84,5, ad 89,10.
Signorum Decani. 89, 10, ad 92, 27.
Monomœriæ ſteriles ac noxiæ. 92,27, ad 95, 23.
Signorũ apoteleſmata ſecundũ ortus ſuos. 95,23, ad 98,7
Orbis totius platica deſcriptio. 98,7, ad 101,19
Hominũ formaturæ & mores, ſiue ἰδιοπροσωπίαι. 101,19
Quæ regiones cuius Signi tutelæ ſunt. 103,1, ad 105,9
Signorum Eclipticorum conſideratio. 105,9
Epilogus Protrepticus. 106, 24

LIBER QVINTVS,

qui & ſecundus Apoteleſmaticus ſiue Sphæra Barbarica.

PROOEMIVM. 109, 10, ad 110, 10
Cum Ariete oritur
Nauis. 110, 14
Orion.

Orion. 111, 3
Heniochus. 111, 12
Hœdi. 112, 15
Hyades. 112, 31
Capella. 113, 7
Cum Tauro oritur
Pleiadum ſidus. 113, 19
Cum Geminis oritur
Lepus. 114, 3
Cum Cancro oriuntur
Iugulæ, ſiue Aſelli. 114, 20
Procyon. 115, 10
Cum Leone oritur
Canis. 115, 19
Crater. 116, 14
Cum Virgine oritur
Corona. 116, 30
Spica Virginis. 117, 17
Cum Libra oritur
Sagitta. 118, 2
Hœdus. 118, 20
Lyra. 118, 33
Cum Scorpio oritur
Ara. 119, 14
Centaurus. 119, 24
Cum Sagittario oritur
Arcturus. 119, 33
Cycnus. 120, 7
Cum Capricorno oritur
Ophiuchus. 120, 32
Piſcis Notios. 121, 4
Fidicula. 121, 19
Delphinus. 121, 26
Cum Aquario oritur
Cepheus. 122, 26
Aquila. 123, 30
Caſſiope. 124, 15
Cum Piſcibus oritur
Andrómeda 125, 21
Equus. 128, 15
Ingeniculus. 128, 29
Cetum. 129, 7
Vrſa. 130, 11
Siderum magnitudo, & multitudo. 130, 32

Errata Typographica in Textv Manili.

37, 8. Aut quæ feſſa ſedent.
39, 10—numeruſque ſequentes.
122, 15. Ad numeros etiam ille ciet—
vbique Phrixus per i, non per y ſcribendum.

M. MANILI

ASTRONOMICON

LIBER PRIMVS.

CARMINE *diuinas artes, & conſcia fati*
Sidera diuerſos hominum variantia caſus,
Cæleſtis rationis opus, deducere mundo
Aggredior, primuſque nouis Helicona mouere
Cantibus, & viridi nutantes vertice ſiluas,
Hoſpita ſacra ferens nulli memorata priorum.
Hunc mihi tu Cæſar patriæ princepſque paterque,
Qui regis Auguſtis parentem legibus orbem,
Conceſſumque patri mundum Deus ipſe mereris,
Das animum, vireſque facis ad tanta canenda.
Iam propiuſque fauet mundus ſcrutantibus ipſum,
Et rapit æthereos per carmina pandere cenſus.
Hoc ſub pace vacat tantum. iuuat ire per ipſum
Aera, & immenſo ſpatiantem viuere cælo,
Signaque & aduerſos Stellarum noſcere curſus.
Quod ſolum nouiſſe, parum eſt. impenſius ipſa
Scire iuuat magni penitus præcordia mundi:
Quaque regat generetque ſuis animalia ſignis
Cernere, & in numerum Phœbo modulante referre.
Bina mihi poſitis lucent altaria flammis.
Ad duo templa precor duplici circundatus æſtu,

Carminis & rerum: certa tum lege canentem
Mundus & immenſo vatem circunſtrepit orbe,
Vixque ſoluta ſuis immittit verba figuris.
Quem primum infernis licuit cognoſcere terris
Munera cæleſtum? quis enim condentibus illis
Clepſiſſet furto mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diis cuperet Deus ipſe videri,
Sublimes aperire vias: imumque ſub orbem,
Et per inane ſuis parentia finibus aſtra,
Mominaque, & curſus ſignorum, pondera, vires?
Tu princeps autorque ſacri Cyllenie tanti.
Per te iam cælum interius, iam ſidera nota,
Maior vti facies mundi foret, & veneranda
Non ſpecies tantum, ſed & ipſa potentia rerum:
Sentirentque Deum gentes, quam maximus eſſet,
Quis ſua diſpoſuit per tempora, cognita vt eſſent
Omnibus & mundi facies, cælumque ſupernum.
Et Natura dedit vires, ſeque ipſa recluſit
Regales animos primum dignata mouere,
Proxima tangentes rerum faſtigia cælo:
Qui domuere feras gentes oriente ſub ipſo,
Quas ſecat Euphrates, in quas & Nilus inundat,
Qua Mundus redit, & nigras ſuper euolat vrbes.
Tum qui templa ſacris coluerunt omne per æuum,
Delectique ſacerdotes in publica vota
Officio vinxere Deum, quibus ipſa potentis
Numinis accendit caſtam præſentia mentem,
Inque Deum Deus ipſe tulit, patuitque miniſtris.
Hi tantum mouere decus, primique per artem
Sideribus videre vagis pendentia fata.
Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu
Longa per aſſiduas complexi ſecula curas.

Naſcendi

Naſcendi quæ cuique dies, quæ vita fuiſſet:
In quas Fortunæ leges quæque hora valeret:
Quantaque quam parui facerent diſcrimina motus.
Poſtquam omnis cæli ſpecies redeuntibus aſtris
Percepta in proprias ſedes, & reddita certis
Fatorum ordinibus ſua cuique potentia formæ
Per varios vſus, artem experientia fecit
Exemplo monſtrante viam, ſpeculataque longe
Deprendit tacitis dominantia legibus aſtra,
Et totum alterna mundum ratione moueri,
Fatorumque vices certis diſcurrere ſignis.
Nam rudis ante illos nullo diſcrimine vita
In ſpeciem conuerſa operum ratione carebat,
Et ſtupefacta nouo pendebat lumine mundi.
Tum velut amiſſis mærens, tum læta renatis
Sideribus, varioſque dies, incertaque noctis
Tempora, nec ſimiles vmbras, iam Sole regreſſo
Iam propiore ſuis poterat diſcernere cauſſis.
Necdum etiam doctas ſolertia fecerat artes,
Terraque ſub rudibus ceſſabat vaſta colonis.
Tuncque in deſertis habitabat montibus aurum,
Immotuſque nouos pontus ſubduxerat orbes.
Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant, ſed quiſque ſatis ſe noſſe putabat.
Sed quum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemque
Aduigilare ſibi iuſſit Fortuna premendo:
Seducta in varias certarunt pectora curas,
Et quodcunque ſagax tentando repperit vſus,
In commune bonum commentum læta dedere.
Tunc & lingua ſuas accepit barbara leges,
Et fera diuerſis exercita frugibus arua,
Et vagus in cæcum penetrauit nauita pontum,

Fecit & ignotis itiner commercia terris.
Tam belli pacisque artes commenta vetuſtas.
Semper enim ex aliis alias proſeminat vſus.
Nec vulgata canam: linguas didicere volucrum
Conſultare fibras, & rumpere vocibus angues,
Sollicitare vmbras, imumque Acheronta mouere,
In noctemque dies, in lucem vertere noctes.
Omnia conando docilis ſolertia vicit.
Nec prius impoſuit rebus finemque modumque,
Quam cælum aſcendit ratio, cœpitque profundam
Naturam rerum cauſsis, viditque quod vſquam eſt:
Nubila cur tanto quaterentur pulſa fragore,
Hiberna æſtiua nix grandine mollior eſſet:
Arderent terræ, ſolidusque tremiſceret orbis:
Cur imbres ruerent, ventos quæ cauſſa moueret
Peruidit, ſoluitque animis miracula rerum:
Eripuitque Ioui fulmen, vireſque Tonantis,
Et ſonitum ventis conceſsit, nubibus ignem.
Quæ poſtquam in proprias deduxit ſingula cauſſas,
Vicinam ex alto mundi cognoſcere molem
Intendit, totumque animo comprendere cælum,
Attribuitque ſuas formas, ſua nomina ſignis,
Quaſque vices agerent certa ſub ſorte notauit.
Omniaque ad numen mundi faciemque moueri,
Sideribus vario mutantibus ordine fata.
Hoc mihi ſurgit opus non vllis ante ſacratum
Carminibus. Faueat magno Fortuna labori,
Annoſa & molli contingat vita ſenecta,
Vt poſsim rerum tantas emergere moles,
Magnaque cum paruis ſimili percurrere cura.
Et quoniam cælo carmen deſcendit ab alto,
Et venit in terras fatorum conditus ordo,
Ipſa mihi primum Naturæ forma canenda eſt,

Ponen-

Ponenduſque ſua totus ſub imagine mundus:
Quem ſiue ex nullis repetentem ſemina rebus
Natali quoque egere placet, ſemperque fuiſſe,
Et fore, principio pariter fatoque carentem:
Seu permixta Chaos rerum primordia quondam
Diſcreuit partu, mundumque enixa nitentem
Fugit in infernas caligo pulſa tenebras:
Siue indiuiduis, in idem reditura, ſoluta
Principiis natura manet poſt ſecula mille,
Et pæne ex nihilo ſumtum eſt nihilumque futurum,
Cæcaque materies cælum perfecit & orbem:
Siue ignis fabricauit opus, flammæque micantes,
Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne
Corpus, & in cælo vibrantia fulmina fingunt:
Seu liquor hoc peperit, ſine quo riget arida rerum
Materies, ipſumque vorat, quo ſoluitur, ignem:
Aut neque Terra patrem nouit, nec Flamma, nec Aer,
Aut Humor, faciuntque Deum per quatuor artus,
Et mundi ſtruxere globum, prohibentque requiri
Vltra ſe quicquam: tum per ſe cuncta creantur,
Frigida ne calidis deſint, aut humida ſiccis,
Spiritus aut ſolidis, ſitque hæc diſcordia concors,
Quæ nexus habiles & opus generabile fingit,
Atque omnis partus Elementa capacia reddit:
Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit;
Quod latet, & tantum ſupra eſt hominemque Deumque.
Sed facies quacunque tamen ſub origine rerum
Conuenit, & certo digeſtum eſt ordine corpus.
Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras,
Summaque complexus ſtellantis culmina cæli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.
Proximus in tenues deſcendit ſpiritus auras,
Aeraque extendit medium per inania mundi.

Mundus natal[illegible] caret. ergo aeternu[illegible] ergo non Christia[illegible] ni Manlij senten[illegible] tia.

Ignem flatus alit vicinis ſubditus aſtris.
Tertia ſors vndas ſtrauit, fluctuſque natantes
Æquora perfudit toto naſcentia ponto,
Vt liquor exhalet tenuis, atque euomat auras,
Aeraque ex ipſo ducentem ſemina paſcat.
Vltima ſubſedit glomerato pondere Tellus,
Conuenitque vagis limus permixtus arenis
Paulatim ad ſummum tenui fugiente liquore.
Quoque magis puras humor ſeceſſit in vndas,
Et ſiccata magis ſtrinxerunt æquora terras,
Adiacuitque cauis fluidum conuallibus æquor.
Emerſere fretis montes, orbiſque per vndas
Exiliit, vaſto clauſus tamen vndique ponto.
Imaque de cunctis mediam tenet vndique ſedem.
Idcircoque manet ſtabilis, quia totus ab illa
Tantundem refugit mundus, fecitque cadendo
Vndique ne caderet. medium totius & imum eſt.
Ictaque contractis conſiſtunt corpora plagis,
Et concurrendo prohibent in longius ire.
Quod niſi librato penderet pondere Tellus,
Non ageret curſus mundi ſubeuntibus aſtris
Phœbus ad occaſum, & nunquam remearet ad ortus:
Lunaue ſubmerſos regeret per inania curſus:
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Heſperos immerſo dederat qui lumen Olympo.
Nunc quia non imo Tellus deiecta profundo,
Sed medio ſuſpenſa manet, ſunt peruia cuncta.
Nam neque fortuitos ortus ſurgentibus aſtris
Nec totiens poſſum naſcentem credere Mundum,
Soliſue aſſiduos partus, & fata diurna,
Quum facies eadem ſignis per ſecula conſtet,
Qua caderet, ſubeat cælum, rurſuſque reſurgat
Idem Phœbus eat cæli de partibus iiſdem;

Lunaque per totidem luces mutetur, & orbes;
Et natura vias ſeruet, quas fecerat ipſa,
Nec tirocinio peccet, circumque feratur
Æterna cum luce dies, quod tempora monſtrant
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis:
Semper & vlterius vadentibus ortus ad ortum
Occaſumque obitus cælo & cum Sole perennet.
Nec vero tibi natura admiranda videri
Pendentis Terræ debet, quum pendeat ipſe
Mundus & in nullo ponat veſtigia fundo:
Quod patet ex ipſo motu, curſuque volantis:
Quum ſuſpenſus eat Phœbus, curſumque reflectat
Huc illuc, agiles & ſeruet in æthere metas:
Quum Luna & ſtellæ volitent per inania mundi.
Terra quoque aerias leges imitata pependit.
Eſt igitur Tellus mediam ſortita cauernam
Aeris, & toto pariter ſuſpenſa profundo,
Nec patulas diſtenta plagas, ſed condita in orbem
Vndique ſurgentem pariter pariterque cadentem.
Hæc eſt naturæ facies. ſic mundus & ipſe
In conuexa volans teretes facit eſſe figuras
Stellarum, Soliſque orbem, Lunæque rotundum
Aſpicimus tumido quærentis corpore lumen,
Quod globus obliquos totus non accipit ignes.
Hæc æterna manet Diuiſque ſimillima forma,
Cui neque principium eſt vſquam, nec finis, in ipſo,
Sed ſimilis toto remanet, perque omnia par eſt.
Sic ſtellis glomerata manet mundoque figura.
Idcirco terris non omnibus omnia ſigna
Conſpicimus. nuſquam inuenies fulgere Canopum,
Donec Niliacas per Pontum veneris oras.
Sed quærent Helicen, quibus ille ſuperuenit ignis,
Qui laterum tractus habitant, mediique tumores

Mundus principio caret, et fine. Non hæc a fide Christiana Manlius, sed a Magistro Idolorum cultore docetur.

Eripiunt

Eripiunt terræ cælum, viſuſque cohercent.
Te teſtem dat, Luna, ſui glomerabilis orbis:
Quæ quum merſa nigris per noctem deficis vmbris,
Non omnes pariter confundis ſidere gentes,
Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes.
Poſt, medio ſubiecta polo quæcunque coluntur.
Vltima ad Heſperios infectis volueris alis:
Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.
Quod ſi plana foret Tellus, ſimul icta per omnes
Deficeret pariter toti miſerabilis orbi.
Sed quia per teretem deducta eſt terra tumorem,
His modo, poſt illis apparet Delia terris
Exoriens ſimul atque cadens. quia fertur in orbem
Ventris, & accliuis pariter decliuia iungit,
Atque alios ſuperat gyros, alioſque relinquit.
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.
Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,
Aëriæque colunt volucres. pars eius ad Arctos
Eminet, auſtrinis pars eſt habitabilis oris,
Sub pedibuſque iacet noſtris, ſupraque videtur
Ipſa ſibi fallente ſolo decliuia longa,
Et pariter ſurgente via, pariterque cadente.
Hinc vbi ab occaſu noſtros Sol aſpicit ortus,
Illic orta dies ſopitas excitat vrbeis,
Et cum luce refert operum vadimonia terris.
Nos in nocte ſumus, ſomno ſic membra locamus.
Pontus vtroſque ſuis diſtinguit & alligat vndis.
Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membraque naturæ diuerſa condita forma
Aëris, atque Ignis, Terræ, Pelagique iacentis
Vis animæ diuina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,

Alter vt alterius vires faciatque, feratque,
Summaque per varias maneat cognata figuras.
Nunc tibi ſignorum lucentes vndique flammas
Ordinibus certis referam. primumque canentur
Quæ media obliquo præcingunt ordine mundum,
Solemque alternis vicibus per tempora portant,
Atque alia aduerſo luctantia ſidera mundo.
Omnia quæ poſſis cælo numerare ſereno.
E quibus & ratio fatorum ducitur omnis:
Vt ſit idem mundi primum, quod continet arcem.
Aurato princeps Aries in vellere fulgens,
Reſpicit admirans auerſum ſurgere Taurum
Summiſſo vultu Geminos, & fronte, vocantem.
Quos ſequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem.
Æquato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion aſtro.
In cuius caudam contento dirigit arcu
Mixtus equo volucrem miſſurus iamque ſagittam.
Tum venit anguſto Capricornus ſidere flexus. Defundit.
Poſt hunc inflexam defundit Aquarius vrnam
Piſcibus aſſuetas auide ſubeuntibus vndas.
Quos Aries tangit claudentes vltima ſigna.
At qui fulgentes cælo conſurgit ad Arctos,
Omnia quæ ſummo deſpectant ſidera mundo,
Nec norunt obitus, vnoque in vertice tantum
In diuerſa ſitæ cælumque & ſidera torquent,
Aera per gelidum tenuis deducitur Axis,
Libratumque gerit diuerſo cardine mundum,
Sidereus circa medium quem voluitur orbis,
Æthereoſque rotat curſus, immotus at ille
In binas Arctos magni per inania mundi,
Perque ipſum terræ directus conſtitit orbem.
Nec vero e ſolido ſtat robur corporis eius,

Nec graue pondus habet, quod onus ferat ætheris alti.
Sed quum Aer omnis ſemper voluatur in orbem,
Quoque ſemel cœpit, totus volet vndique in ipſum:
Quodcunque in medio eſt, circa quod cuncta mouentur,
Vſque adeo tenue, vt verti non poſsit id ipſum,
Nec iam inclinari, nec ſe conuertere in orbem,
Hoc dixere Axem, quia motum non habet vllum:
Ipſe videt circa volitantia cuncta moueri.
Summa tenent eius miſeris notiſsima nautis
Signa per immenſum cupidos ducentia pontum:
Maioremque Helice maior decircinat arcum.
Decircinat.
Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant:
Qua duce per fluctus Graiæ dant vela carinæ.
Anguſto Cynoſura breuis torquetur in orbe,
Tam ſpatio, quam luce, minor, ſed iudice vincit
Maiorem Tyrio. Pœnis hæc certior auctor
Non apparentem pelago quærentibus orbem.
Nec paribus poſitæ ſunt frontibus. vtraque caudam
Vergit in alterius roſtro, ſequiturque ſequentem.
His interfuſus, circumque amplexus vtrumque
Diuidit, & cingit ſtellis ardentibus Anguis,
Ne coeant, abeantque ſuis a ſedibus vnquam.
Hunc inter mediumque orbem, quo ſidera ſeptem
Per biſſena volant contra nitentia ſigna,
Mixta ex diuerſis conſurgunt viribus aſtra
Hinc vicina Polis, cælique hinc proxima flammis.
Quæ quia diſsimilis, qua pugnat, temperat Aer,
Frugiferum ſub ſe reddunt mortalibus orbem.
Proxima frigentes Arctos, Boreamque rigentem
Nixa venit ſpecies genibus ſibi conſcia cauſſæ.
A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,
Quod ſimilis iunctis inſtat de more iuuencis,
Arcturumque rapit medio ſub pectore ſecum.

At

At parte ex alia claro volat orbe Corona
Luce micans varia. nam ſtella vincitur vna
Circulus, in media radians quæ proxima fronte,
Candidaque ardenti diſtinguit lumina flamma:
Gnoſſia deſertæ & fulgent monimenta puellæ.
At Lyra diductis per cælum cornibus inter
Sidera conſpicitur, qua quondam cœperat Orpheus.
Omne quod attigerat cantu, maneſque per ipſos
Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.
Huic cæleſtis honos, ſimiliſque potentia cauſſæ
Tunc ſiluas & ſaxa trahens, nunc ſidera ducit,
Et rapit immenſum mundi reuolubilis orbem.
Serpentem magnis Ophiuchus nomine ſignis
Diuidit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, & nodos, ſinuataque terga per orbes
Expedit, effuſis per laxa volumina palmis.
Reſpicit ille tamen molli ceruice reflexus.
Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.
Proxima ſors Cygni, quem cælo Iuppiter ipſe
Impoſuit, formæ precium, qua cœpit amantem,
Quum Deus in niueum deſcendit verſus olorem,
Tergaque fidenti ſubiecit plumea Ledæ.
Nunc quoque diductas volitat ſtellatus in alas.
Hinc imitata nitent curſumque, habitumque ſagittæ
Sidera. tum magni Iouis ales fertur in altum
Aſſueto volitans, geſtet ceu fulmina mundi
Digna Ioue & cælo, quod ſacris inſtruit armis.
Tum quoque de ponto ſurgit Delphinus ad aſtra,
Oceani, Cælique decus, per vtrunque ſacratus.
Quem rapido conatus Equus comprendere curſu
Feſtinat, pectus fulgenti ſidere clarus,
Et finitur in Andromeda. quam Perſeos armus
Excipit, & ſociat ſibi. cui ſuccedit iniquo

ac lampada.

Diuiſum ſpatio, quoi tertia lampada diſpar
Conſpicitur paribus, Deltoton nomine ſidus,
Ex ſimili dictum. Cepheuſque & Caſiepea
In pœnas ſignata ſuas: iuxtaquè relictam
Andromedam vaſtos metuentem Piſcis hiatus
Expoſitam ponto deflet, ſcopuliſque reuinctam,
Ne veterem Perſeus cælo quoque ſeruet amorem,
Auxilioque iuuet, fugiendaque Gorgonis ora
Subſtineat ſpoliumque ſibi, teſtemque videnti.
Tum vicina ferens nixo veſtigia Tauro
Heniochus ſtudio mundumque & nomen adeptus,
Quem primum curru volitantem Iuppiter alto
Quadriiugis conſpexit equis, cæloque ſacrauit.
Tum ſubeunt Hædi claudentes ſidere pontum,
Nobilis & mundi nutrito rege Capella:
Cuius ab vberibus magnum ille aſcendit Olympum,
Lacte fero creſcens ad fulmina, vimque tonandi.
Hanc ergo æternis merito ſacrauit in aſtris
Iuppiter, & cæli cælum mercede rependit.
Pleiades Hyadeſque, feri pars vtraque Tauri
In Boream ſcandunt. Hæc ſunt aquilonia ſigna.
Aſpice nunc infra Solis ſurgentia curſus,
Quæ ſuper exuſtas labuntur ſidera terras,
Quæque intra gelidum Capricorni ſidus & axe
Imo ſubnixum vertuntur ſidera mundum.
Cernere vicinum Geminis licet Oriona
In magnam cæli tendentem brachia partem,
Nec minus extento ſurgentem ad ſidera paſſu:
Singula fulgentes humeros cui lumina ſignant,
Et tribus obliquis demiſſus ducitur enſis.
At caput Orion excelſo immenſus Olympo
Per tria ſubductos ſignatur lumina vultus:
Non quod clara minus, ſed quod magis altà recedant.

Hoc

Hoc duce per totum decurrunt ſidera mundum.
Subſequitur rapido contenta Canicula curſu,
Qua nullum terris violentius aduenit aſtrum,
Nec grauius cedit, nec horrens frigore ſurgit.
Sic in vtrumque mouet mundum, & contraria reddit.
Nec vacuum Solis fulgentem deſerit orbem.
Hanc qui ſurgentem, primo quum redditur ortu,
Montis ab excelſo ſpeculantur vertice Tauri,
Euentus frugum varios, & tempora dicunt,
Quaque valetudo veniat, concordia quanta.
Bella facit, pacemque refert, varieque reuertens
Sic mouet, vt vidit, mundum, vultuque gubernat.
Magna fides hoc poſſe color, curſuſque micantis
In radios vix Sole minor, niſi quod procul hærens
Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.
Cætera vincuntur ſpecie, nec clarius aſtrum
Tingitur Oceano, cælumue reuiſit ab vndis.
Tum Procyon, veloxque Lepus, tum nobilis Argo
In cælum ſubducta mari, quod prima cucurrit,
Emeritum magnis mundum tenet acta procellis,
Seruando Dea facta Deos, cui proximus Anguis
Squammea diſpoſitis imitatur lumina flammis.
Et Phœbo ſacer Ales, & vna gratus Iaccho
Crater, & duplici Centaurus imagine fulget,
Pars hominis tergo pectus commiſſus equino.
Ipſius hinc mundi templum eſt, victrixque ſolutis
Ara nitet ſacris, vaſtos quum terra Gigantes
In cælum furibunda tulit. tum Di quoque magnos
Quæſiuere Deos. dubitauit Iuppiter ipſe,
Quod poterat non poſſe timens, quum ſurgere terram
Cerneret, & verti naturam crederet omnem,
Montibus atque aliis aggeſtos creſcere monteis,
Et tam vicinos fugientia ſidera colles

Arma importantes & rupta matre creatos,
Diſcordes vultu, permixtaque corpora, partus.
Hoſtiferum necdum ſibi quemquam numina norant,
Si qua forent maiora ſuis. tunc Iuppiter Aræ
Sidera conſtituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.
Quam propter Cetus conuoluens ſquammea terga
Orbibus inſurgit tortis, & fluctuat aluo,
Intentans morſum, ſimilis iam iamque tenenti,
Qualis ad expoſitæ fatum Cepheidos vndis
Expulit adueniens vltra ſua littora pontum.
Tum Notius piſcis venti de nomine dictus
Exurgit de parte Noti, cui iuncta feruntur
Flexa per ingenteis ſtellarum flumina gyros.
Alterius capitis coniungit Aquarius vndas
Amnis, & in medium coeunt, & ſidera miſcent.
His inter Soliſque vias, Arctoſque latentes,
Axem quæ mundi ſtridentem pondere torquent,
Orbe peregrino cælum depingitur aſtris,
Quæ Notia antiqui dixerunt ſidera vates.
Altera pars Orbis ſub aquis iacet inuia nobis,
Ignotæque hominum gentes, nec tranſita regna,
Commune ex vno lumen ducentia Sole,
Diuerſaſque vmbras, læuaque cadentia ſigna,
Et dextros ortus cælo ſpectantia verſo.
Nec minor eſt illis mundus, nec lumine peior,
Nec numeroſa minus naſcuntur ſidera in Orbe.
Cætera non cedunt: vno vincuntur in aſtro
Auguſto, ſidus noſtro quod contigit orbi
Cæſar nunc terris, poſt Cælo maximus autor.
Vltima quæ mundo ſemper voluuntur in imo,
Quis innexa manent cæli fulgentia ſigna
Nuſquam in conſpectum redeuntia cardine verſo,
Sublimis ſpeciem mundi, ſimileſque figuras

Aſtro-

Aſtrorum referunt: & verſas frontibus Arctos
Vno diſtingui medias, claudique Dracone
Credimus exemplo: quia vis fulgentia viſus
Hunc orbem cæli vertentis ſidera curſu
Cardine tam ſimili fultum, quam vertice fingit.
Has igitur magno diuiſas æthere ſedes
Signa tenent mundi totum deducta per orbem.
Tu modo corporeis ſimiles ne quære figuras,
Omniaque æquali fulgentia membra colore,
Deficiat nihil vt, vacuumque a lumine ceſſet.
Non poterit mundus ſufferre incendia tanta,
Omnia ſi plenis ardebunt ſidera membris.
Quicquid ſubduxit flammis natura, pepercit
Succubitura oneri, formas diſtinguere tantum
Contenta, & ſtellis oſtendere ſidera certis.
Ignea deſignat ſpecies, atque ignibus ignes
Reſpondent, media extremis, atque vltima ſummis
Redduntur. ſatis eſt, ſi ſe non omnia celant:
Præcipue, medio quum Luna implebitur orbe,
Certa nitent mundo. cum Luna conditur omne
Stellarum vulgus. fugiunt ſine nomine ſigna.
Plura licet vacuo tum cedere ſidera cælo.
Nec fallunt numero, nec paruis mixta feruntur.
Et, quo clara magis poſſis cognoſcere ſigna,
Non varios obitus norunt, varioſque recurſus,
Certa ſed in proprias oriuntur ſidera luces,
Nataleſque ſuos, occaſumque ordine ſeruant.
Nec quicquam in tanta magis eſt mirabile mole,
Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.
Nuſquam turba nocet, nihil vllis partibus errat
Laxius & leuius, mutatoue ordine fertur.
Quid tam confuſum ſpecie, quid tam vice certum eſt?
Ac mihi tam præſens ratio non vlla videtur,

Qua

Qua pateat Mundum diuino numine verti,
Atque ipſum eſſe Deum, nec Forte coiſſe magiſtra,
Vt voluit credi, qui primus mœnia mundi
Seminibus ſtruxit minimis, inque illa reſoluit:
E quis & maria, & terras, & ſidera cæli,
Ætheraque immenſos fabricantem finibus orbes,
Soluentemque alios conſtare, & cuncta reuerti
In ſua principia, & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum ſine numine moles
Ex minimis cæcoque creatum fœdere mundum?
Si Fors iſta dedit nobis, Fors ipſa gubernat,
At cur diſpoſitis vicibus conſurgere ſigna,
Et velut imperio præſcriptos reddere curſus
Cernimus, ac nullis properantibus vlla relinqui?
Cur eadem æſtiuas exornant ſidera noctes
Semper, & hibernas eadem: certamque figuram
Quiſque dies reddit mundo, certamque relinquit.
Iam tum, quum Graiæ verterunt Pergama gentes,
Arctos & Orion aduerſis frontibus ibant,
Hæc contenta ſuos in vertice flectere gyros,
Ille ex diuerſo vertentem ſurgere contra
Obuius, & toto ſemper decurrere mundo.
Temporaque obſcuræ noctis deprendere ſignis
Iam poterant, cælumque ſuas diſtinxerat horas.
Quot poſt excidium Troiæ ſunt eruta regna?
Quot capti populi? quoties Fortuna per orbem
Seruitium, imperiumque tulit, varieque reuertit?
Troianos cineres in quantum oblita refouit
Imperium? Fatis Aſiæ iam Græcia preſſa eſt.
Secula denumerare piget, quotieſque recurrens
Luſtrarit mundum vario ſol igneus orbe.
Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis.

Exutæ

Exutæ variant faciem per ſecula gentes.
At manet incolumis mundus, ſuaque omnia ſeruat,
Quæ nec longa dies auget, minuitque ſenectus.
Nec motus puncto currit, curſuſque fatigat.
Idem ſemper erit, quoniam ſemper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumue nepotes
Aſpicient. Deus eſt, qui non mutatur in æuo.
Nunquam tranſuerſas Solem decurrere ad Arctos,
Nec mutare vias, & in ortum vertere curſus,
Auroramque nouis naſcentem oſtendere terris:
Nec Lunam certos excedere luminis orbes,
Sed ſeruare modum, quo creſcat, quoue recedat,
Nec cadere in terram pendentia ſidera Cælo.
Sed dimenſa ſuis conſumere tempora ſignis
Non caſus opus eſt, magni ſed numinis ordo.
Hæc igitur texunt æquali ſidera tractu
Ignibus in varias Cælum laqueantia formas.
Altius his nihil eſt. hæc ſunt faſtigia mundi.
Publica naturæ domus his contenta tenetur
Finibus, amplectens pontum terraſque iacentes.
Omnia concordi tractu veniuntque, caduntque,
Qua ſemel incubuit cælum, verſumque reſurgit.
Ipſe autem quantum conuexo mundus Olympo
Obtineat ſpatium, quantis bis ſena ferantur
Finibus aſtra, docet ratio, cui nulla reſiſtunt
Clauſtra, nec immenſæ moles, ceduntque receſſus.
Omnia ſuccumbunt, ipſum eſt penetrabile Cælum.
Nam quantum a terris, atque æquore ſigna recedunt,
Tantum bina patent. quantumque inciditur orbis
Per medium, pars efficitur tum tertia gyri
Exiguo dirimens ſolidam diſcrimine ſummam.
Summum igitur cælum bis bina reſurgit ab imo,
Altera biſſenis vt ſit pars tertia ſignis.

Mundus semper fuit et Deus semper

Sed quia per medium eſt tellus ſuſpenſa profundum,
Binis a ſummo ſignis diſcedit, & imo.
Hoc igitur, quodcunque ſupra te ſuſpicis ipſe,
Qua per inane meant oculi, quaque ire recuſant,
Binis æquandum eſt ſignis. ſex tanta rotundæ
Efficiunt orbem Zonæ, qua ſigna feruntur,
Bis ſex æquali ſpatio texentia Cælum.
Nec mirere vagos partus eadem eſſe per aſtra,
Et mixtum ingenti generis diſcrimine fatum,
Singula quum tantum teneant, tantoque ferantur
Tempore ſex tota ſurgentia ſidera luce.
Reſtat vt æthereos fines tibi reddere coner,
Filaque diſpoſitis vicibus comitantia Cælum,
Per quæ dirigitur ſignorum flammeus ordo.
Circulus ad Boream fulgentem ſuſtinet Arcton,
Sexque fugit ſolidas a cæli vertice partes.
Alter ad extremi decurrens ſidera Cancri,
In quo conſummat Phœbus lucemque, moramque,
Tardaque per longos circunfert lumina flexus,
Æſtiuum medio nomen ſibi ſumit ab æſtu,
Temporis & titulo potitur, metaque volantis
Solis, & extremos deſignat feruidus actus,
Et quinque in partes Aquilonis diſtat ab orbe.
Tertius in media mundi regione locatus
Ingenti ſpira totum præcingit Olympum,
Parte ab vtraque videns axem, quo limine Phœbus
Componit paribus numeris noctemque diemque,
Veris & Autumni currens per tempora mixta,
Quum medium æquali diſtinguit limite cælum:
Quattuor & gradibus ſua fila reducit ab æſtu.
Proximus hunc vltra brumalis nomine tangens
Vltima deſignat fugientis limina Solis,
Inuidaque obliqua radiorum munera flamma

Dat per iter minimum nobis: ſed finibus illis,
Quos ſuperincubuit, longa ſtant tempora luce,
Vixque dies tranſit candentem extenta per æſtum.
Biſque iacet, binis ſummotus partibus orbis.
Vnus ab his ſupereſt extremo proximus axi
Circulus, auſtrinas qui ſtringit, & obſidet Arctos.
Hic quoque brumalem per partes quinque relinquit:
Et quantum a noſtro ſublimis cardine gyrus
Diſtat, ab aduerſo tantundem proximus illi.
Sic tibi per binas vertex a vertice partes
Diuiſus, duplici ſumma circundat Olympum.
Et per quinque notat ſignantes tempora fines.
His eadem eſt via, quæ mundo, pariterque rotantur
Inclines, ſocioſque ortus occaſibus æquant:
Quandoquidem texto, quo totus voluitur orbis,
Fila trahunt alti curſum comitantia cæli,
Interualla pari ſeruantes limite ſemper,
Diuiſoſque ſemel fines, ſortemque dicatam.
Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,
Inter ſe aduerſi, qui cunctos ante relatos,
Seque ſecant gemino coeuntes cardine mundi,
Tranſuerſoque polo rectum ducuntur in axem,
Tempora ſignantes anni cælumque per aſtra
Quatuor in partes diuiſum menſibus æquis.
Alter ab excelſo decurrens limes Olympo
Serpentis caudam, ſiccas & diuidit Arctos,
Et iuga Chelarum medio volitantia gyro:
Extremamque ſecans Hydram, mediumque ſub auſtris
Centaurum, aduerſum concurrit rurſus in axem,
Et redit in Cetum, ſquammoſaque tergora Ceti,
Lanigerique notat fines, clarumque Trigonum,
Andromedæque ſinus imos, faſtigia matris,
Principiumque ſuum repetito cardine claudit.

Alter in hunc medium ſummumque incumbit in axem,
Perque pedes primos, ceruicem tranſit & Vrſæ:
Quam ſeptem ſtellæ primam, iam Sole remoto,
Producunt nigræ præbentem lumina nocti.
Et Geminis Cancrum dirimit, ſtringitque flagrantem
Ore Canem, clauumque Ratis, quæ vicerat æquor.
Inde axem occultum per gyri ſigna prioris
Tranſuerſa; atque illo rurſus de limite tangit
Te, Capricorne, ſuiſque Aquilam deſignat ab aſtris.
Perque Lyram inuerſam currens, ſpiraſque Draconis
Poſteriora pedum Cynoſuræ proterit aſtra,
Tranſuerſamque ſecat vicino cardine caudam.
Hic iterum coit ipſe ſibi, memor vnde profectus.
Atque hæc æternam fixerunt tempora ſedem,
Immotis per ſigna modis ſtatione perenni.
Hos volucres fecere duos. nanque alter ab ipſa
Conſurgens Helice, medium præcidit Olympum,
Diſcernitque diem, ſextamque examinat horam,
Et paribus ſpatiis occaſus cernit & ortus.
Hic mutans per ſigna vices, ſeu ſi quis Eoos,
Seu petit Heſperios, ſupra ſe circinat orbem
Verticibus ſuperaſtantem, mediumque ſecantem
Cælum, & diuiſo ſignantem culmine mundum,
Cumque loco Terræ Cælumque ac tempora mutat.
Quando aliis aliud medium eſt, volat hora per orbem.
Atque vbi ſe primis extollit Phœbus ab vndis,
Illis ſexta manet, quos tum premit aureus orbis.
Rurſus ad Heſperios ſexta eſt, vbi cedit in vmbras,
Nos primam ac ſummam ſextam numeramus vtranque,
Et gelidum extremo lumen ſentimus ab igne.
Alterius fines ſi vis cognoſcere gyri,
Circunfer faciles oculos, vultumque per orbem.
Quicquid erit cælique imum, terræque ſupremum,

Qua

Qua coit ipſe ſibi nullo diſcrimine mundus,
Redditque, aut recipit fulgentia ſidera ponto,
Præcingit tenui tranſuerſum limite mundum.
Hæc quoque per totum volitabit linea cælum,
Nunc tantum ad medium vergens, mediumque repente
Orbem, nunc ſeptem ad ſtellas, nunc mota ſub aſtra.
Sed quocunque vagæ tulerint veſtigia plantæ
Has modo terrarum, nunc has gradientis in oras,
Semper erit nouus, & terris mutabitur arcus.
Quippe aliud cælum oſtendens, aliudque relinquens
Dimidium teget, & referet, varioque notabit
Fini cum viſu pariter ſua fila mouentem.
Hic terreſtris erit, quia terram amplectitur, orbis,
Et mundum plano præcingit limite gyrus;
Atque a fine trahens titulum, memoratur Orizon.
His adice obliquos diuerſaque fila trahentes
Inter ſe gyros, quorum fulgentia ſigna
Alter habet, per quæ Phœbus moderatur habenas,
Subſequiturque ſuo Solem vaga Delia curru,
Et quinque aduerſo luctantia ſidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.
Hunc tenet a ſummo Cancer, Capricornus ab imo:
Bis recipit, lucem qui circulus æquat & vmbras,
Lanigeri & Libræ ſigno ſua fila ſecantem.
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis,
Rectaque deuexo fallit veſtigia cliuo.
Nec viſus aciemque fugit, tantumque notari
Mente poteſt, ſicut cernuntur mente priores:
Sed nitet ingenti ſtellatus Balteus orbe,
Inſignemque facit cælato lumine mundum,
Et ter vicenas partes patet, atque trecentas
In longum: bis ſex lateſcit faſcia partes,
Quæ cohibet vario labentia ſidera curſu.

Alter in aduerſum poſitus ſuccedit ad Arctos,
Et paulum a Boreæ gyro ſua fila reducit,
Tranſitque inuerſæ per ſidera Caſſiepeæ.
Inde per obliquum deſcendens tangit Olorem,
Æſtiuoſque ſecat fines, Aquilamque ſupinam,
Temporaque æquantem gyrum, zonamque ferentem
Solis equos, intra caudam, qua Scorpius ardet,
Extremamque Sagittarij læuam, atque Sagittam.
Inde ſuos ſinuat flexus per crura pedeſque
Centauri alterius, rurſuſque aſcendere cælum
Incipit, Argiuamque ratem per apluſtria ſumma,
Et medium mundi gyrum, Geminoſque per ima
Signa ſecans ſubit Heniochum, teque inde profectus
Caſſiepea petens ſuper ipſum Perſea tranſit,
Orbemque ex illa cœptum concludit in illa,
Triſque ſecat medios gyros, & ſigna ferentem
Partibus e binis, quotiens præciditur ipſe.
Nec quærendus erit. viſus incurrit in ipſos
Sponte ſua, ſeque ipſe docet, cogitque notari.
Namque in cæruleo candens nitet orbita mundo,
Ceu miſſura diem ſubito, cælumque recludens.
Ac veluti virides diſcernit ſemita campos,
Quam terit aſſiduo renouans iter orbita tractu,
Inter diuiſas æquabilis eſt via parteis:
Vt freta caneſcunt ſulcum ducente carina,
Accipiuntque viam fluctus ſpumantibus vndis,
Quam tortus verſo mouit de gurgite vortex,
Candidus in nigro lucet ſic limes Olympo,
Cæruleum findens ingenti lumine mundum.
Vtque ſuos arcus per nubila circinat Iris,
Sic ſuperincumbit ſignato culmine limes
Candidus, & reſupina facit mortalibus ora,
Dum noua per cæcam vibrantur lumina noctem,

Inqui-

Inquiruntque ſacras humano pectore cauſſas,
Num ſe diductis conetur ſoluere moles
Segminibus, raraque labent compagine rimæ,
Admittantque nouum laxato tegmine lumen.
Quid? quaſi non timeant, magni quum vulnera cæli
Conſpiciant, feriatque oculos iniuria mundi.
An coeat mundus, duplicíſque extrema cauernæ
Conueniant, cælique oras & ſidera iungant,
Perque ipſos fiat nexus manifeſta cicatrix,
Fiſſuram faciens mundi, ſtipatus & orbis
Aeriam in nebulam clara compagine verſus
In cuneos alti cogat fundamina cæli.
An melius manet illa fides per ſecula priſca,
Illac Solis equos diuerſis curribus iſſe,
Atque aliam triuiſſe viam, longumque per æuum
Exuſtas ſedes, incoctaque ſidera flammis,
Cæruleam verſo ſpeciem mutaſſe colore,
Infuſumque loco cinerem, mundumque ſepultum.
Fama etiam antiquis ad nos deſcendit ab annis,
Phæthontem patrio curru per ſigna volantem,
Dum noua miratur propius ſpectacula mundi,
Et puer in cælo ludit, curruque ſuperbus
Luxuriat, mundo cupit & maiora parente,
Monſtratas liquiſſe vias, orbemque rigentem
Impoſuiſſe polo, nec ſigna inſueta tuliſſe.
Errantes nutu flammas, currumque ſolutum
Deflexum ſolito curſu, curuiſque quadrigis,
Quod querimur, flammas totum ſeuiſſe per orbem,
Terrarumque rogum cunctas arſiſſe per vrbeis:
Cum vaga diſperſi fluitarunt lumina currus,
Et cælum exuſtum eſt. luit ipſe incendia mundus,
Et noua vicinis flagrarunt ſidera flammis,
Nunc quoque præteriti faciem ſeruantia caſus.

Nec

Nec mihi celanda eſt fama vulgata vetuſtas
Mollior: e niueo lactis fluxiſſe liquorem
Pectore Reginæ Diuum, cælumque colore
Infeciſſe ſuo. quapropter Lacteus orbis
Dicitur, & nomen cauſſa deſcendit ab ipſa.
An maior denſa ſtellarum turba corona
Contexit flammas, & craſſo lumine candet,
Et fulgore nitet collato clarior orbis?
An fortes animæ dignataque nomina cælo,
Corporibus reſoluta ſuis, terræque remiſſa
Huc migrant ex orbe, ſuumque habitantia cælum
Æthereos viuunt annos, mundoque fruuntur?
Atque hic Æacidas, hic & veneramur Atridas,
Tydidemque ferum, terræque mariſque triumphis
Naturæ victorem Ithacum, Pyliumque ſenecta
Inſignem triplici, Danaumque ad Pergama reges,
Auroræque nigrum partum, ſtirpemque tonantis
Rectorem Lyciæ. nec te, Mauortia virgo,
Præteream, regeſque alios, quos Græcia miſit,
Atque Aſiæ gentes, & Magno maxima Pella;
Quique animi vires, & ſtrictas pondere mentes
Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipſis
Cenſus erat, iuſtuſque Solon, fortiſque Lycurgus,
Æthereuſque Platon, & qui fabricauerat illum,
Damnatuſque ſuas melius damnauit Athenas:
Perſidis & victor, ſtrarat qui claſſibus æquor:
Romanique viri, quorum iam maxima turba eſt:
Tarquinioque minus Reges, & Horatia proles;
Tota acies partis: necnon & Scæuola trunco
Nobilior, maiorque viris & Clœlia virgo,
Et Romana ferens quæ texit mœnia Cocles.
Et commilitio volucris Coruinus adeptus
Et ſpolia, & nomen, qui geſtat in alite Phœbum:

Et

Et Ioue qui meruit cælum, Romamque Camillus
Seruando poſuit, Brutuſque a rege receptæ
Conditor, & Pyrrhi per bella Papirius vltor,
Fabricius, Curiuſque pares, & tertia palma
Marcellus, Coſſuſque prior de rege necato:
Certanteſque Deci votis, ſimileſque triumphis:
Inuictuſque mora Fabius, victorque necati
Liuius Haſdrubalis ſocio per bella Nerone:
Scipiadæque duces, fatum Carthaginis vnum:
Pompeiuſque orbis domitor, per treiſque triumphos
Ante Deum princeps, & cenſu Tullius oris
Emeritus cælum, & Claudi magna propago,
Æmiliæque domus proceres, clarique Metelli,
Et Cato Fortunæ victor, matriſque ſub armis
Miles Agrippa ſuæ: Veneriſque ab origine proles
Iulia deſcendit cælo, cælumque repleuit,
Quod regit Auguſtus ſocio per ſigna Tonante,
Cernit & in cœtu Diuum, magnumque Quirinum.
Altius ætherei qua candet circulus orbis,
Illa Deum ſedes: hæc illis proxima, Diuum
Qui virtute ſua ſimiles veſtigia tangunt.
Ac prius, incipiam ſtellis quam reddere vires,
Signorumque canam fatalia carmine iura,
Implenda eſt mundi facies, corpuſque per omne
Quicquid vbique nitet, vigeat quandoque, notandum eſt.
Sunt alia aduerſo pugnantia ſidera mundo,
Quæ cælum terramque inter volitantia pendent,
Saturni, Iouis, & Martis, Soliſque: ſub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.
Sunt etiam raræ ſortis natalis euntes
Aera per liquidum, tractoſque perire Cometas
Protenus, & raptim ſubitas candeſcere flammas
Rara per ingenteis viderunt ſecula motus,

∪ — ∪.
Agrippa.
Catalogus, et census Heroum in Galaxia degentium desinit in Augusto, nec ultra. Cur? quia non ultra vixit Manilius. non ergo is est Manlius Theodorus Christianus et quem d. Augustinus fidei Christianae Magistrum vocat.

D

Siue

Siue quod, ingenitum terra ſpirante vaporem,
Humidior ſicca ſuperatur ſpiritus aura,
Nubila quum longo ceſſant depulſa ſereno,
Et Solis radiis areſcit torridus aer,
Apta alimenta ſibi dimiſſus corripit ignis,
Materiamque ſui deprendit flamma rapacem.
Et quia non ſolidum eſt corpus, ſed rara vagantur
Principia aurarum, volucrique ſimillima fumo,
In breue viuit opus, cœptoque incendia fine
Subſiſtunt, pariterque cadunt fulgente cometa.
Quod niſi vicinos agerent occaſibus ortus,
Et tam parua forent accenſis tempora flammis,
Alter nocte dies eſſet, cælumque rediret
Immerſum, & ſomno totum deprenderet orbem.
Tum quia non vna ſpecie diſpergitur omnis
Aridior terræque vapor comprenditur igni,
Diuerſas quoque per facies accenſa feruntur
Lumina, quæ ſubitis exiſtunt nata tenebris.
Nam modo ceu longi fluitent de vertice crines,
Flamma comas imitata volat, tenuiſque capillus
Diffuſos radiis ardentibus explicat ignes.
Nunc prior hæc ſpecies diſperſis crinibus exit,
Et globus ardentis ſequitur ſub imagine barbæ.
Interdum æquali laterum compagine ductus
Quadratamue trabem fingit, teretemue columnam.
Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero diſtenta vtero, paruoſque capillos
Mentitur paruos ignis glomeratus in orbes.
Hirta figuratur tremulo ſub lumine meſſis.
Lampadias fiſſus ramoſos fundit in ignes.
Præcipites ſtellæ paſſimque volare videntur,
Quum vaga per liquidum ſcintillant lumina mundum:
Et tenues longis iaculantur crinibus ignes,

Exur-

Exurguntque procul volucres imitata ſagittas,
Arida quum gracili tenuatur ſemita filo.
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes,
Et penetrant terras, Ætnamque imitantur Olympo,
Et calidas reddunt ipſis in fontibus vndas,
Ac ſilice in dura, viridique in cortice ſedem
Inueniunt, quum ſilua ſibi colliſa crematur.
Ignibus vſque adeo natura eſt omnis abundans:
Ne mirere faces ſubitas erumpere cælo,
Aeraque accenſum flammis lucere coruſcis,
Arida complexum ſpirantis ſemina terræ,
Quæ volucer paſcens ignis ſequiturque, fugitque:
Fulgura quum videas tremulum vibrantia lumen
Imbribus in mediis, & cælum fulmine ruptum.
Siue igitur ratio præbentis ſemina terræ
Inuoluens ignes potuit generare Cometas:
Siue illas natura faces ſub iuncta creauit
Sidera, per tenueis cælo lucentia flammas:
Seu trahit ad ſemet rapido Titanius æſtu,
Inuoluitque ſuo flammantes igne Cometas,
Ac modo dimittit, ſicut Cyllenius orbis,
Et Venus, accenſo quum ducit veſpere noctem,
Sæpe nitent, falluntque oculos, rurſuſque reuiſunt:
Seu Deus inſtantis fati miſeratus, in orbem
Signa per affectus cælique incendia mittit:
Nunquam futilibus excanduit ignibus æther,
Squallidaque eluſi deplorant arua coloni,
Et ſteriles inter ſulcos defeſſus arator
Ad iuga mœrentes cogit fruſtrata iuuencos.
Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe
Corripit exuſtis letalis flamma medullis,
Tabenteſque rapit populos, totaſque per vrbes

Publica ſuccenſis peraguntur fata ſepulchris:
Qualis Erechtheos peſtis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens quum fata ruebant.
Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant.
Ceſſerat officium morbis, & funera deerant
Mortibus, & lacrimæ. feſſus defecerat ignis,
Et coaceruatis ardebant corpora membris:
Ac tanto quondam populo vix contigit heres.
Talia ſignificant lucentes ſæpe Cometæ.
Funera cum facibus veniunt, terriſque minantur
Ardentes ſine fine rogos, quum mundus & ipſa
Ægrotet natura nouum ſortita ſepulchrum.
Quin & bella canunt ignes, ſubitoſque tumultus,
Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma:
Extremas modo per gentes vt fœdere rupto
Quum fera ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum ſanguine campos,
Arſerunt toto paſſim minitantia mundo
Lumina, & ipſa tulit bellum natura per igneis,
Oppoſuitque ſuas vires, finemque minata eſt.
Nec mirere graues rerumque hominumque ruinas.
Sæpe domi culpa eſt. neſcimus credere cælo.
Ciuiles etiam motus, cognataque bella
Significant. nec plura alias incendia mundus
Subſtinuit, quam quum ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.
Vix etiam ſicca miles Romanus arena
Oſſa virum, laceroſque prius ſuperaſtitit artus.
Imperiumque ſuis conflixit viribus ipſum,
Perque patris pater Auguſtus veſtigia vicit.
Necdum finis erat: reſtabant Actia bella
Dotali commiſſa acie, repetitaque rerum

Alea

Modo, dicere ſcribimus (inquit) Manilius; Varus cum legionibus in Germania caeſus eſt: Non ergo Theodoſio nos Manilius haec ſcribit non Auguſto ſed Auguſtino coaevus.

Alea, & in ponto quæſitus rector Olympi,
Fæmineum ſortita iugum quum pompa pependit,
Atque ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro.
Reſtabant profugo ſeruilia milite bella,
Quum patrios armis imitatus filius hoſtes
Æquora Pompeius cœpit defenſa parenti.
Sed ſatis hoc fatis fuerit. iam bella quieſcant.
Atque adamanteis Diſcordia vincta catenis
Æternos habeat frenos in carcere clauſa:
Sit pater inuictus patriæ, ſit Roma ſub illo:
Quumque Deum cælo dederit, non quærat in orbe.

M. MANILI
ASTRONOMICON
LIBER SECVNDVS.

MAXIMVS *Iliacæ gentis certamina vates,*
Et quinquaginta regum regemque, patremque,
Hectoreamque facem, tutamque ſub Hectore Troiam,
Erroremque ducis totidem, quot vicerat, annis
Inſtantem, belli geminata per agmina, ponto,
Vltimaque in patria, captiſque penatibus arma
Ore ſacro cecinit, patriam qui & iura petenti,
Dum dabat, eripuit: cuiuſque ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenueis auſa eſt deducere riuos,

Vnius fœcunda bonis. ſed proximus illi
Heſiodus memorat Diuos, Diuumque parenteis,
Et Chaos enixum terras, orbemque ſub illo
Infantem, & primum titubantia ſidera corpus:
Titanaſque ſenes, Iouis & cunabula magni:
Et ſub fratre viri nomen, ſine fratre parentis,
Atque iterum patrio naſcentem corpore Bacchum,
Omniaque immenſo volitantia numina mundo.
Quinetiam ruris cultus, legeſque rogauit,
Militiamque ſoli: quod colles Bacchus amaret;
Quod fœcunda Ceres campos, quod Bacchus vtrumque,
Atque arbuſta vagis eſſent quod adultera pomis:
Siluarumque Deos, ſacrataque numina nymphas,
Pacis opus, magnos naturæ condit in vſus.
Aſtrorum varias quidam dixere figuras,
Signaque diffuſo paſſim labentia cælo
In proprium cuiuſque genus, cauſſaſque tulere:
Perſea, & Andromedæ pœnas, matremque dolentem,
Soluentemque patrem, raptamque Lycaone natam,
Officioque Iouis Cynoſuram, lacte Capellam,
Et furto Cycnum, pietate ad ſidera ductam
Erigonen, ictuque Nepam, ſpolioque Leonem,
Et morſu Cancrum, Piſces Cythereide verſa,
Lanigerum victo ducentem ſidera ponto,
Cæteraque ex variis pendentia caſibus aſtra
Æthera per ſummum voluerunt fixa reuolui.
Quorum carminibus nihil eſt niſi fabula cælum,
Terraque compoſuit cælum, quæ pendet ab illo.
Quinetiam pecorum ritus, & Pana ſonantem
In calamos Sicula memorat tellure creatus:
Nec ſiluis ſilueſtre canit, perque horrida motus
Rura ſerit dulces, Muſaſque inducit in arua.
Ecce aliis pictas volucreis, & bella ferarum,

Ille venenatos angueis, hic nata per herbas
Fata refert, vitamque ſua radice ferentes.
Quinetiam tenebris immerſum Tartaron atrum
In lucem de nocte vocant, orbemque reuoluunt
Interius verſum naturæ fœderę rupto.
Omne genus rerum doctæ cecinere ſorores.
Omnis ad acceſſus Heliconis ſemita trita eſt.
Et iam confuſi manant de fontibus amnes,
Nec capiunt hauſtum, turbamque ad nota ruentem.
Integra quæramus rorantes prata per herbas,
Vndamque occultis meditantem murmur in antris,
Quam neque durato guſtarint ore volucres,
Ipſe nec æthereo Phœbus libauerit igni.
Noſtra loquar: nulli vatum debebimus orſa.
Nec furtum, ſed opus veniet, ſoloque volamus
In cælum curru: priua rate pellimus vndas.
Nanque canam tacita Naturæ mente potentem,
Infuſumque Deum cælo, terriſque, fretoque,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem:
Totumque alterno conſenſu viuere mundum,
Et rationis agi motu, quum ſpiritus vnus
Per cunctas habitet parteis, atque irriget orbem
Omnia peruolitans, corpuſque animale figuret.
Quod niſi cognatis membris contexta maneret
Machina, & impoſito pareret tota magiſtro,
Ac tantum mundi regeret prudentia cenſum,
Non eſſet ſtatio terris, non ambitus aſtris,
Hæreretque vagus mundus, ſtandoque rigeret,
Nec ſua diſpoſitos ſeruarent ſidera curſus,
Noxque alterna diem fugeret, rurſumque fugaret:
Non imbres alerent terras, non æthera venti,
Nec pontus grauidas nubes, nec flumina pontum,
Nec pelagus fonteis: nec ſtaret ſumma per omnes

Par

Par ſemper partes æquo digeſta parente,
Vt neque deficerent vndæ, nec ſidera nobis,
Nec cælum iuſto maiuſue minuſue volaret.
Motus alit non mutat opus. ſic omnia toto
Diſpenſata manent mundo, dominumque ſequuntur.
Hic igitur Deus, & Ratio, quæ cuncta gubernat,
Ducit ab æthereis terrena animalia ſignis.
Quæ quanquam longo cogit. ſummota receſſu,
Sentiri tamen vt vitas ac fata miniſtret
Gentibus, ac proprios per ſingula corpora mores.
Nec minus eſt quærenda fides. ſic temperat arua
Cælum, ſic varius fruges redditque, rapitque.
Sic pontum mouet, & terris immittis & aufert.
Atque hæc ſeditio pelagi, nunc ſidera Lunæ
Mota tenent, nunc diuerſo ſtimulata receſſu,
Nunc anni ſpatio Phœbum comitata volantem.
Sic ſubmerſa fretis, concharum & carcere clauſa
Ad Lunæ motum variant animalia corpus.
Et quum damna tuas imitantur, Delia, vires,
Tu quoque fraternis ſic reddis curribus ora,
Atque iterum ex iiſdem repetis: quantumque relinquit
Aut dedit ille, refers: & ſidus ſidere conſtas.
Denique ſic pecudes & muta animalia terris,
Quum maneant ignara ſui, legiſque per æuum,
Natura tamen ad mundum reuocante parentem
Attollunt animos, cælumque ac ſidera ſeruant,
Corporaque ad Lunæ naſcentis cornua luſtrant,
Venturaſque vident hiemes, reditura ſerena.
Quis dubitet poſt hæc hominem coniungere cælo,
Eximiam natura dedit linguamque capaxque
Ingenium, volucremque animum? quem denique in vnum
Deſcendit Deus atque habitat, ſeque ipſe requirit?
Mitto alias arteis, quarum eſt permiſſa facultas,

Infidas

Inſidas adeo, nec noſtri munera cenſus.
Mitto, quod æquali nihil eſt ſub lege tributum,
Quo patet auctoris ſummam, non corporis eſſe.
Mitto, quod & certum eſt, & ineuitabile fatum,
Materiæque ſat eſt cogi, ſed cogere mundo.
Quis cælum poſſit, niſi cæli munera noſſet,
Et reperire Deum, niſi qui pars ipſe Deorum eſt?
Atque hanc conuexi molem ſine fine patentis,
Signorumque choros, ac mundi flammea tecta,
Æternum & ſtellis aduerſus ſidera bellum,
Ac terras cæloque fretum, ſubiectaque vtriſque
Cernere, & anguſto ſub pectore claudere poſſit,
Ni tantos animis oculos natura dediſſet,
Cognatamque ſui mentem vertiſſet ad ipſam,
Et tantum dictaſſet opus, cæloque veniret,
Quod vocat in cælum, ſacra ad commercia rerum,
Et primas quas dant leges naſcentibus aſtra?
Quis neget eſſe nefas inuitum prendere mundum,
Et velut in ſemet captum deducere in orbem?
Sed ne circuitu longo manifeſta probentur,
Ipſi res operi faciet ponduſque, fidemque.
Nam neque decipitur ratio, nec decipit vnquam.
Rite ſecunda via eſt, ac veris credita cauſis:
Euentuſque datur, qualis prædicitur ante.
Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falſum
Audeat, & tantæ ſuffragia vincere ſortis?
Hæc ego diuino cupiam quum ad ſidera flatu
Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam:
Sed ſolus vacuo veluti vectatus in orbe
Verbere agam currus non occurſantibus vllis,
Nec per iter ſocios commune regentibus actus,
Sed cælo noſcenda canam mirantibus aſtris,
Et gaudente ſui mundo per carmina vatis:

Vel quibus illa ſacros non inuidere meatus,
Notitiamque ſui, minima eſt quæ turba per orbem.
Illa fluit, quæ diuitias, quæ diligit aurum,
Imperia, & faſces, mollemque per otia luxum,
Et blandis diuerſa ſonis, dulcemque per aures
Affectum, vt modico noſcenda ad fata labore.
Hoc quoque fatorum eſt legem prædiſcere fati.
At primum aſtrorum varia eſt natura notanda
Carminibus, per vtrumque genus. nam maſcula ſex ſunt,
Diuerſi totidem generis ſub principe Tauro
Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.
Cernis, vt auerſus redeundo ſurgat in arcum?
Humanas etiam ſpecies in parte videbis:
Nec mores diſtant. Pecudum pars, atque ferarum
Ingenium facient. Etiam ſignanda ſagaci
Singula ſunt animo, propria quæ ſorte feruntur.
Nunc Binis inſiſte. dabunt geminata potentes
Per ſocium effectus. multum comes addit, & aufert,
Ambiguiſque, valent, quis ſunt collegia fatis
Ad meritum, noxamque. duos per ſidera Piſces,
Et totidem Geminos nudatis aſpice membris.
His coniuncta manent alterno brachia nexu.
Diſſimile eſt illis iter in contraria verſis.
Par numerus, ſed enim diſpar natura notanda eſt.
Atque hæc ex Paribus toto gaudentia cenſu
Signa meant. nihil exterius mirantur in ipſis,
Amiſſumue dolent. quædam quoque parte reciſa,
Atque ex diuerſo commiſſis corpore membris,
Vt Capricornus, & hic, qui tentum dirigit arcum
Iunctus equo. pars huic oris ſed nulla prioris.
Hoc quoque ſeruandum eſt alta diſcrimen in arte.
Diſtat enim, gemina duo ſint, duplane figura.
Quin etiam Erigone binis numeratur in aſtris.

Nec

Nec facie ratio duplex. nam deſinit æſtas,
Incipit autumnus media ſub Virgine vtrinque.
Idcirco Tropicis præcedunt omnibus aſtra
Bina, vt Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,
Quod duplices retinent connexo tempore vires.
Vt quos ſubſequitur Cancer per ſidera Fratres,
Ex Geminis alter florentia tempora veris
Sufficit, æſtatem ſitientem prouehit alter.
Nudus vterque tamen, ſentit quia vterque calorem:
Ille ſeneſcentis veris, ſubeuntis at ille
Æſtatis pars eſt, primæ ſors vltima parti.
Mitior autumnus molles ſibi vindicat artus,
Materiamque oris. Fera tergo membra rigentem
Excipiunt hiemem: mittunt in tempora ſignum.
Necnon Arcitenens, qui te, Capricorne, ſub ipſo
Præmittit, duplici formatus imagine fertur.
Quoſque Aries præ ſe mittit duo, tempora Piſces
Bina dicant. hiemem claudit, ver inchoat alter.
Quum Sol æquoreis reuolans decurrit in aſtris.
Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres.
Vtraque ſors humoris habet fluitantia ſigna.
Quin tria ſigna nouem ſignis coniuncta repugnant,
Et quaſi ſeditio cælum tenet. aſpice Taurum
Clunibus, & Geminos pedibus, teſtudine Cancrum
Surgere, quum rectis oriantur cætera membris.
Nec mirere moras, quum Sol aduerſa per aſtra
Æſtiuum tardis attollat menſibus annum.
Nec te prætereat, nocturna diurnaque ſigna
Quæ ſint, perſpicere, & propria deducere lege,
Non tenebris aut luce ſuam peragentia ſortem,
(Nam commune foret nullo diſcrimine nomen,
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,
Et nunc illa dies, nunc noctes illa ſequuntur)

Seditio Caelum tenet

Sed quibus illa parens mundi natura ſacratas
Temporis attribuit partes ſtatione perenni.
Nanque Sagittarij ſignum, rabidique Leonis,
Et ſua reſpiciens aurato vellere terga,
Nunc Piſces, nunc Cancer, & acri Scorpios ictu,
Aut vicina loco, diuiſa aut partibus æquis
Omnia dicuntur ſimili ſub ſorte diurna.
Cætera nec numero conſortia, nec vice ſedis
Interiecta locis totidem, nocturna feruntur.
Quinetiam ſex continuis dixere diurnas
Caſtris eſſe vices, quæ ſunt a principe ſigno
Lanigeri, ſex a Libra nocturna videri.
Sunt quibus eſſe diurna placet, quæ maſcula ſurgunt:
Fœmineam noctem tutis gaudere tenebris.
Quin nonnulla ſibi nullo monſtrante loquuntur,
Neptuno debere genus ſcopuloſus in vndis
Cancer, & effuſo gaudentes æquore Piſces.
Vt quæ terrena cenſentur ſidera ſorte,
Princeps armenti Taurus, regnoque ſuperbus
Lanigeri gregis eſt Aries, hoſtiſque duorum
Prædatorque Leo, dumoſis Scorpius aruis.
Sunt etiam mediæ legis communia ſigna,
Humida terrenis æquali fœdere mixta:
Ambiguus terræ Capricornus, & æquoris vndis,
Parſque mari nitens fundentis ſemper Aquari.
Non licet a minimis animum deflectere curis:
Nec quicquam rationis eget, fruſtraue creatum.
Fœcundum eſt proprie Cancri genus, acer & ictu
Scorpios, & partu complentes æquora Piſces.
Sed ſterilis Virgo eſt ſimili coniuncta Leoni.
Nec capit aut captos effundit Aquarius ortus.
Inter vtrumque manet Capricornus corpore mixto,
Et qui Cretæo fulget Centaurus in arcu.

Com-

Communiſque Aries æquantem tempora Libram,
Et Geminos, Taurumque pari ſub ſorte recenſet.
Nec tu nulla putes in eo commenta notaſſe
Naturam rerum, quod ſunt currentia quædam,
Vt Leo & Arcitenens, Arieſque in cornua tortus:
Aut quæ recta ſuis librantur ſtantia membris,
Vt Virgo & Gemini, fundens & Aquarius vndas:
Vt quæ feſſa ſedent pigras referentia menteis:
Taurus depoſitis collo ſopitus aratris,
Libra ſub emerito conſidens orbe laborum,
Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in aſtris.
Contra iacet Cancer patulam diſtentus in aluum.
Scorpios incumbens plano ſub corpore terræ.
In latus obliqui Piſces ſemperque iacentes.
Quod ſi ſolerti circumſpicis omnia cura,
Fraudata inuenies amiſsis ſidera membris.
Scorpios in Libra conſumit brachia. Taurus
Succidit incuruo claudus pede. lumina Cancro
Deſunt. Centauro ſupereſt, & quæritur vnum.
Sic noſtros caſus ſolatur mundus in aſtris,
Exemploque docet patienter damna ſubire,
Omnis quum cælo Fortunæ pendeat ordo,
Ipſaque debilibus formentur ſidera membris.
Temporibus quoque ſunt propriis pollentia ſigna.
Æſtas a Geminis, autumnus Virgine ſurgit,
Bruma Sagittifero, ver Piſcibus incipit eſſe.
Quattuor in partes ſcribuntur ſidera terræ:
Hiberna æſtiuis, autumnis verna repugnant.
Nec ſatis eſt proprias ſignorum noſcere formas.
Conſenſu quoque fata mouent, & fœdere gaudent,
Atque aliis aliæ ſuccedunt ſorte locoque.
Circulus vt dextro ſignorum clauditur orbe,
In tres æquales diſcurrit linea ductus,

Inque vicem extremis iungit ſe finibus ipſa.
Et quæcunque ferit, dicuntur ſigna trigona,
In tria partitus quod ter cadit angulus aſtra:
Quæ diuiſa manent ternis diſtantia ſignis.
Laniger e paribus ſpatiis duo ſigna, Leonis,
Atque Sagittari diuerſo conſpicit ortu.
Virginis, & Tauri Capricorno conſonat aſtrum.
Cætera ſunt ſimili ratione triangula ſigna,
Per totidem ſortis deſunt quæ condita mundo.
Sed diſcrimen erit dextris, ſeu cauſſa ſiniſtra
Quæ ſubeunt: quæ præcedunt, dextra eſſe feruntur.
Dexter erit Tauro Capricornus, Virgo ſiniſtra.
Hoc ſatis exemplo eſt. At quæ diuerſa quaternis
Partibus æquali laterum ſunt condita ductu,
Quorum deſignat normalis virgula ſedes,
Dextra fert Libram Cancer, Capricornus & illam.
Conſpicit hunc Aries, atque ipſum partibus æquis
Cancer, & hunc læua ſubeuntis ſidera Libræ.
Semper enim dextris cenſentur ſigna priora.
Sic licet in totidem parteis deducere cuncta,
Ternaque biſſenis quadrate fingere ſignis,
Quorum propoſito redduntur in ordine vires.
Sed ſi quis contentus erit numeraſſe quadrata,
Diuiſum vt ſignis mundum putet eſſe quaternis,
Aut tria ſub quinis ſignis ornare trigonum,
Vt ſocias vires & amicos exigat ortus,
Fœderaque inueniat mundi cognata per aſtra,
Falſus erit. nam quina licet ſint vndique ſigna,
Qui tamen ex ſignis, quæ quinto quoque feruntur
Aſtra loco, fuerint nati, ſentire trigoni
Non poterunt vires, licet illud nomine ſeruent.
Amiſere loco dotes, numeriſque repugnant.
Nam quum ſint partes orbis per ſigna trecentæ,

Et

Et ter vicenæ, quas Phœbi circuit ardor,
Tertia pars eius numeri latus efficit vnum
In tres perducti partes per ſigna trigoni.
Hanc autem numeri non reddit linea ſummam,
Si ſignum a ſigno, non pars a parte notetur.
Quod quum bis duo ſint hæc a dirimentibus aſtra,
Si tamen extremum læui, primumue prioris
Inter ſe conferre voles, numerumque notare,
Ter quinquagenas implebunt ordine partes.
Tranſibit numerus formam fineſque ſequenteis
Conſumet ductus. licet ergo ſigna trigona
Dicantur, parteis non ſeruant illa trigonas.
Hæc eadem ſpecies fallet per ſigna quadrata:
Quod quum totius numeri, qui conſtruit orbem,
Ter triginta quadrum partes per ſidera reddant,
Euenit, vt, prima ſigni de parte prioris
Si partem ad ſummam ducatur virga ſequentis,
Bis ſexagenas faciat. Sin ſumma prioris,
Et pars confertur ſubiuncti prima: duorum
Signorum medium numerus tranſitque refertque.
Triginta duplicat parteis, pars tertia deerit.
Et quamuis quartum a quarto quis computet aſtrum,
Naufragium facient partes vnius. In ipſis
Non igitur ſatis eſt ſignis numeraſſe trigona,
Quadratiue fidem cæli per ſigna quaterna,
Quadrati ſi forte voles effingere formam,
Aut trinis paribus, facies quum membra trigoni.
Hic poſcit quintam partem centeſima ſumma.
Illic amittit decimam. ſic conuenit ordo.
Et quiſcunque quater iunctis fauet angulus vſque,
Quæque loca triplici ſignarit linea ductu,
Quum ſignata via linquet diſpendia recta,
His natura dedit communi fœdera lege,

Inque

Inque vicem affectus, & mutua iura fauoris.
Quocirca non omnis habet genitura, trigonos
Conſumet ductus. Licet ergo ſigna trigona
Dicantur partis, non ſeruant illa trigonis
Conſenſum ſignis, nec, quum ſint ſorte quadrata,
Continuo inter ſe ſeruant commercia rerum.
Diſtat enim, an parteis conſumat linea iuſtas,
Detractetue modum numeri, quem circulus ambit,
Nunc tres efficiat, nunc quattuor vndique ductus,
Quos in plura iubet ratio procedere ſigna
Interdum, quam ſunt numeris memorata per orbem.
Sed longe maior vis eſt per ſigna trigoni,
Quam quibus eſt titulus ſub quarto quoque quadratus.
Altior eſt horum ſummoto linea templo.
Illa magis vicina meat, cæloque recedit,
Et propius terras accedit viſus eorum,
Aeraque infectum noſtras dimittit ad auras.
Deniaque alternis data ſunt commercia ſignis,
Mutua nec magno conſenſu fœdera ſeruant,
Inuita anguſto quod linea flectitur orbe.
Nam quum per tales formantur ſingula limas
Sidera, & alterno diuertitur angulus aſtro,
Sexque per anfractus curuatur virgula in orbem,
A Tauro venit in Cancrum: tum Virgine tacta
Scorpion ingreditur, quo te, Capricorne, rigentem,
Et Geminos a te Piſcis, aduerſaque Tauro
Sidera contingens finit, qua cœperat, orbem.
Alterius ductus locus eſt per tranſita ſigna,
Vtque ea prætereas quæ ſunt mihi ſingula dicta,
Flexibus & totidem ſimilis fit circulus illis.
Tranſuerſos igitur fugiunt ſubeuntia viſus,
Quod nimis inclinant, ac ne limiſque videntur,
Vicinoque latent. ex recto certior ictus.

Tertia

Tertia conuexo conduntur ſigna receſſu.
At quæ ſuccedit, connexa eſt linea cœlo,
Singula circuitu quæ tantum tranſmeat aſtra.
Vis eius procul eſt, altoque vagatur Olympo,
Et tenues vires ex longo mittit in orbem.
Sed tamen eſt illis fœdus ſub lege propinqua,
Quod non diuerſum genus eſt, quod euntibus aſtris
Maſcula ſex maribus reſpondent: cætera ſexus
Fœminei. Sic coniungunt commercia mundi,
Sic, inquam, alternis paret natura figuris;
Et cognata iacent generis ſub legibus aſtra.
Iam vero nulla eſt hærentibus addita ſignis
Gratia. nam conſenſus hebet, quia viſus ademptus.
In ſe ducta ferunt animos, quæ cernere poſſunt.
Sunt & diuerſi generis connexa per orbem
Maſcula fœmineis, ſemperque obſeſſa viciſſim.
Diſparibus non vlla datur concordia ſignis.
Sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,
Virgula per totum quod par non ducitur orbem:
Sed duo ſigna facit mediis ſubmota quaternis.
Tertius abſumpto ductus non ſufficit orbe.
At quæ diuerſis ex partibus aſtra refulgent
Per medium aduerſo mundum pendentia vultu,
Et toto diuiſa manent contraria cælo
Septima quæque, loco quamuis ſubmota ferantur,
Ex longo tamen illa valent, vireſque miniſtrant
Vel bello, vel pace ſuas, vt tempora poſcunt,
Nunc Phœbo, ſtellis nunc & dictantibus iras.
Quod ſi forte libet, quæ ſunt contraria ſigna
Per titulos celebrare ſuos, ſedeſque, memento
Solſtitium brumæ, Capricornum opponere Cancro,
Lanigerum Libræ. par nox in vtroque dieſque.
Piſcibus Erigonen, Iuuenique, Vrnæque Leonem.

Scorpios e ſummo quum fulget, Taurus in imo eſt.
Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus orbe.
Obſeruant inter ſeſe contraria curſus.
Sed quamquam aduerſis fulgent contraria ſignis,
Natura tamen interdum ſociata feruntur,
Et genere. exemplis concordia mutua ſurgit,
Maſcula ſi paribus, vel ſi diuerſa ſuorum
Reſpondent generi. Piſces & Virginis aſtrum
Aduerſi volitant, ſed amant communia iura,
Et vincit natura locum, ſed vincitur ipſa
Temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat
Fœmina fœmineo, quia bruma diſsidet æſtas.
Hinc rigor & glacies, niuibuſque albentia rura:
Hinc ſitis & ſudor, nuduſque in collibus orbis,
Æſtiuoſque dies æquat nox frigida brumæ.
Sic bellum natura gerit, diſcordat & annus.
Nec mirere in ea pugnantia ſidera parte.
At non Lanigeri ſignum Libræque repugnat
In totum, quia ver autumno tempore differt:
Fructibus hoc implet maturis, floribus illud.
Sed ratione par eſt æquatis nocte diebus,
Temporaque efficiunt ſimili concordia textu,
Permixtoſque dies mediis hiemem inter & æſtum
Articulis vno ſeruantia tempore vtrinque,
Quo minus infeſto decertent ſidera bello.
Talis erit ratio diuerſis addita ſignis.
His animaduerſis rebus, quæ proxima cura,
Noſcere tutelas, adiectaque numina ſignis,
Et quæ cuique Deo rerum natura dicauit,
Quum diuina dedit magnis Virtutibus ora,
Condidit & varias ſacro ſub nomine vires,
Pondus vti rebus perſona imponere poſsit.
Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,

Formoſos

Formoſos Phœbus Geminos, Cyllene, Cancrum,
Iuppiter & cum Matre Deum regis ipſe Leonem.
Spicifera eſt Virgo Cereris, fabricataque Libra
Vulcani. pugnax Mauorti Scorpios hæret.
Venantem Diana virum, ſed partis equinæ:
Atque anguſta fouet Capricorni ſidera Veſta.
E Iouis aduerſo Iunonis Aquarius aſtrum eſt.
Agnoſcitque ſuos Neptunus in æquore Piſces.
Hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.
Quum Ratio variet ſtellas, & ſidera curet,
Argumenta petes omni de parte, viaſque
Artis, vt ingenio diuiſa potentia ſurgat,
Exæquentque fidem cæli mortalia corda.

Partes humani corporis sideribus suis assignatae

Accipe diuiſas hominis per ſidera parteis,
Singulaque propriis parentia membra figuris,
In queis præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries caput eſt ante omnia princeps
Sortitus, cenſuſque ſui pulcherrima colla
Taurus. at in Geminis æquali brachia ſorte
Scribuntur connexa humeris, pectuſque locatum
Sub Cancro eſt. laterum regnum, ſcapulæque Leonis.
Virginis in propriam deſcendunt ilia ſortem.
Libra regit cluneis. at Scorpios inguine gaudet.
Centauro femina accedunt. Capricornus vtriſque
Imperat in genibus. crurum fundentis Aquari
Arbitrium eſt. Piſceſque pedum ſibi iura repoſcunt.
Quinetiam propriis inter ſe legibus aſtra
Conueniunt, vt certa gerant commercia rerum,
Inque vicem præſtant viſus, atque auribus hærent,
Aut odium fœduſque gerunt, conuerſaque quædam
In ſemet proprio ducuntur plena fauore.
Iccirco aduerſis nonnunquam gratia ſignis,
Et bellum ſociata gerunt, alienaque ſede

Inter ſe generant coniunctos omne per æuum,
Vtrique & ſorti pugnant, fugiuntque viciſſim:
Quod Deus, in leges mundum quum conderet omnem,
Affectus quoque diuiſit variantibus aſtris,
Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures,
Iunxit amicitias horum ſub fœdere certo,
Cernere vt inter ſe poſſint, audireque quædam:
Diligerent alia, & noxas bellumque mouerent:
His etiam propriæ foret indulgentia ſortis,
Vt ſe diligerent ſemper, ſibique ipſa placerent.
Sicut naturas hominum pleraſque videmus,
Qui genus ex ſignis ducunt formantibus artus.
Conſilium ipſe ſuum eſt Aries, vt principe dignum eſt.
Audit ſe, Libramque videt: fruſtratur amando.
Taurus, Lanigero qui fraudem nectit, & vltra
Fulgentes videt, atque audit per ſidera Piſces,
Virgine amans capitur. ſic quondam geſſerat ante
Europam dorſo retinentem cornua læua,
Indutuſque Ioui. Geminorum ducitur auris
Ad Iuuenem æternas fundentem Piſcibus vndas,
Inque ipſos animus Piſces, oculique Leonem.
Cancer, & aduerſo Capricornus conditus aſtro
Vertitur in ſemet oculis, in mutua tendit
Auribus: at Cancri captatur Aquarius aſtro.
At Leo cum Geminis aciem coniungit, & aurem
Centauro. Geminos Capricorni diligit aſtrum.
Erigone Taurum ſpectat, ſed Scorpion audit,
Atque Sagittifero conatur nectere fraudem.
Libra ſuos ſequitur ſenſus, ſolumque videndo
Lanigerum, atque animo complexa eſt Scorpion intra.
Ille videt Piſces, auditque per omnia Libram.
Necnon Arcitenens magno parere Leoni
Auribus, atque oculis ſinum fundentis Aquari

Conſpicere

Conſpicere aſſueuit, ſolamque ex omnibus aſtris
Diligit Erigonen. contra Capricornus in ipſum
Conuertit viſus. quid enim mirabitur ille
Maius, in Auguſti felix quum fulſerit ortum?
Auribus & ſummi captat faſtigia Cancri.
At nudus Geminus intendit Aquarius aurem,
Sublimemque colit Cancrum, ſpectatque reducta
Tela Sagittiferi. Piſces ad Scorpion acrem
Direxere aciem, cupiuntque attendere Taurum.
Has natura vices tribuit, quum ſidera fixit.
His orti ſimiles referunt per mutua ſenſus,
Audire vt cupiant alios, alioſque videre:
Horum odio, nunc horum iidem ducantur amore:
Illis inſidias tendant, captentur ab illis.
Quin aduerſa meant etiamque trigona trigonis.
Alteraque in bellum diuerſo limite ducit
Linea. ſic veri per totum conſonat ordo.
Nanque Aries, Leo, & Arcitenens, ſociata trigono
Signa negant Chelis fœdus, totique trigono,
Quod Gemini excipiunt, fundens & Aquarius vndas.
Idque duplex ratio cogit verum eſſe fateri,
Quod tria ſigna tribus ſignis contraria fulgent,
Quodque æterna manent hominum bella, atque ferarum,
Humana eſt facies Libræ, diuerſa Leonis.
Iccirco & cedunt pecudes: quod viribus amplis
Conſilium eſt maius. victus Leo fulget in aſtris.
Aurea Lanigeri conceſſit ſidere pellis.
Ipſe ſuæ partis Centaurus tergore cedit.
Vſque adeo eſt hominis virtus. quo mirer ab illis
Naſcentis Libræ ſuperari poſſe trigonum.
Quinetiam breuior ratio eſt per ſigna ſequenda.
Nam quacunque nitent humana condita forma
Aſtra, manent illis inimica & victa ferarum.

Sed tamen in proprias ſecedunt ſingula mentes,
Et priuata gerunt ſecretis hoſtibus arma.
Lanigero genitis bellum eſt cum Virgine natis,
Et Libra, gemini Piſcis quos protulit vnda.
In partes Tauri ſub Cancro nata feruntur
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpios acer,
Et Piſces. at quos Geminorum ſidera formant,
His cum Lanigero bellum eſt, eiuſque trigono.
In Cancro genitos Capricorni ſemina lædunt.
Et Libræ partus, & quos dat Virginis aſtrum,
Quique ſub aduerſi numeratur ſidere Tauri,
Lanigeri communis erit, rabidique Leonis
Hoſtis. Sed totidem bellum ſubſcribitur aſtris.
Erigone, Taurumque timet, geminumque ſub arcu
Centaurum, & Piſces. At te, Capricorne, rigentem
Maxima turba petit: Libram Capricornus, & illi
Aduerſus Cancer, Chelis quod vtrumque quadratum eſt.
Quæque in Lanigeri numerantur ſigna trigonum,
Scorpios in totidem fœcundus creditur hoſtis.
Æquoreum Iuuenem, Geminos, Taurum, atque Leonem,
Erigonen, Libramque fugit, metuendus & ipſe.
Quique Sagittari veniunt de ſidere partus,
Hos Geminis nati Libraque & Virgine & Vrna
Depreſſiſſe volunt, natura lege iubente.
Hæc eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.
At quos æternis perfundit Aquarius vndis,
Ad pugnam veniens agitat, totumque trigonum
Turba, ſub vnius Iuuenis virtute, ferarum.
Piſcibus exortos vicinus Aquarius vrget,
Et Gemini fratres, & quos dat Virginis aſtrum,
Quique Sagittari deſcendunt ſidere nati.
Nec ſola eſt ratio, quæ dat naſcentibus arma,
Inque odium generat partus, & mutua velle.

Sed

Sed plerunque manent inimica tertia quæque
Lege, in tranſuerſum vultu defixa maligno,
Quoque manent quæcunque loco contraria ſigna,
Aduerſoſque gerunt inter ſe ſeptima viſus,
Tertia quæque illis vtriſque trigona feruntur.
Ne ſit mirandum ſi fœdus non datur aſtris,
Quæ ſunt aduerſi ſignis cognata trigoni.
Per tot ſignorum ſpecies contraria ſurgunt
Corpora, totque modis, quotiens inimica creantur:
Perque tot ætates hominum, tot tempora, & annos,
Tot bella, & varios etiam ſub pace labores
Quum Fortuna fidem quærat, vix inuenit vſquam.
Ah quanta eſt ſcelerum moles per ſecula cuncta!
Quamque onus inuidiæ non excuſſabile terris!
Venales ad fata patres, matrumque ſepulchra.
Impoſuit Phœbus noctem, terraſque reliquit.
Quid loquar euerſas vrbeis, & prodita templa?
Et varias pacis clades, & mixta venena?
Inſidiaſque fori, cædes in mœnibus ipſis,
Et ſub amicitiæ graſſantem nomine turbam?
In populo ſcelus eſt, & abundant cuncta furore.
Et fas atque nefas mixtum, legeſque per ipſas
Sæuit nequities. pœnas iam noxia vincit:
Scilicet in multis quoniam diſcordia ſignis
Copora naſcuntur. pax eſt ſublata per orbem,
Et fidei rarum fœdus, paciſque tributum.
Vtque ſibi cælum, ſic Tellus diſsidet ipſa,
Atque hominum gentes inimica ſorte feruntur.
Iccirco nihil ex ſemet natura creauit
Pectore amicitiæ maius, nec rarius vnquam.
Vnus erit Pylades, vnus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, lis vna fuit per ſecula mortis,
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.

Et

Et duo qui potuere ſequi vadimonia ſponſi:
Optauitque reum ſponſor non poſſe reuerti,
Sponſoremque reus timuit, ne ſolueret ipſum.
Si tamen & cognata cupis dignoſcere ſigna,
Quæ iungant animos, & amica ſorte ferantur,
Lanigeri partus cum toto iunge trigono.
Simplicior tamen eſt Aries, meliuſque Leone
Proſequitur genitos, & te, Centaure, creatos.
Qua colitur, nanque eſt natura mitius aſtrum:
Expoſitumque ſuæ noxæ, ſine fraudibus vllis:
Nec minus ingenio molli, quam corpore conſtat.
Illis eſt feritas ſignis, prædæque cupido,
Venaliſque animus nonnumquam excedere cogit
Commoditate fidem, nec longa eſt gratia facti.
At cum Lanigeri partu ſub vtroque trigono
Non partis: ſed rara gerit pro tempore bella,
Quod feritas vtriuſque magis pro tempore cogit.
Plus tamen in duplici numerandum eſt roboris eſſe,
Quoi commixtus homo eſt, quam te, Nemeee, ſub vno.
Iccirco pax eſt ſignis, & mixta querela.
Quinetiam Tauri Capricorno iungitur aſtrum.
Et magis illorum coeunt ad fœdera mentes.
Virgineos etiam partus, quicunque creantur
Tauro, complecti cupiunt: ſed ſæpe queruntur.
Quoſque dabunt Chelæ, & quos dat Aquarius ortus,
Vnum pectus habent, fideique immobile vinclum.
Magnus erit Geminis amor, & concordia duplex.
Magnus & in multos veniet ſucceſſus amicos.
Scorpios & Cancer fraterna in nomina ducunt
Ex ſemet genitos. necnon & Piſcibus orti
Concordant. illis (ſæpe eſt nam ſubdolus actus)
Scorpios aſpergit noxas ſub nomine amici.
At quibus in lucem Piſces venientibus adſunt,

His

His non vna manet ſemper ſententia cordi.
Commutant animos interdum, & fœdera rumpunt,
Ac repetunt. tectæque lues ſub fronte vagantur.
Sic erit ex ſignis odium tibi paxque notanda:
In terris geniti tali ſub lege creantur.
Nec ſatis eſt tantum ſolis inſiſtere ſignis.
Contemplare locum cæli, ſedemque vagarum.
Parte genus variant, & vires linea mutat.
Nam ſua quadratis veniunt, ſua iura trigonis,
Et quæ per ſenos decurrit virgula tractus,
Quæque ſecat medium tranſuerſo limite cælum.
Hinc modo dat mundus vires, modo deterit idem.
Quæque illic ſumunt iras, hic acta reponunt.
Diſtat enim, ſurgantne eadem, ſubeantue, cadantue.
Crebrius aduerſis odium eſt. cognata quadratis
Corpora cenſentur ſignis, & amica trigonis.
Nec ratio obſcura eſt. nam quartum quodque locauit
Eiuſdem generis ſignum natura per orbem.
Quattuor æquali cælum diſcrimine ſignant,
In quibus articulos anni Deus ipſe creauit,
Ver Aries, Cererem Cancer, Bacchumque miniſtrans
Libra, Caper brumam, genituſque ad frigora Piſcis.
Necnon & duplici quæ ſunt connexa figura,
Quartum quemque locum retinent. duo cernere Piſces,
Et Geminos iuuenes, duplicemque in Virgine formam,
Et duo Centauri licet vno corpore textos.
Sic & ſimplicibus ſignis ſtat forma quadrata.
Nam neque Taurus habet comitem, nec iungitur vlli
Horrendus Leo, nec metuit ſine corpore quenquam.
Scorpios atque vno cenſentur Aquarius aſtro.
Sic quæcunque manent quadrato condita templo
Signa, parem referunt numeris, aut tempore ſortem.
Ac veluti cognata manent ſub fœdere tali.

Iccirco affines ſignant, gradibuſque propinquis
Accedunt, vnaque tenent ſub imagine natos.
Longior in ſpatium porrecta eſt linea maius,
Quæ tribus emenſis ſignis facit aſtra trigona.
Hæc ad amicitias imitantes iura, gradumque
Sanguinis, atque animis hærentia pectora ducunt.
Vtque ipſa ex longo coeunt ſummota receſſu,
Sic nos coniungunt maioribus interuallis.
Hæc meliora putant, mentes quæ iungere poſſunt,
Quam quæ nonnunquam fœdus ſub ſanguine fallunt.
Quotquot cardinibus proprio quadrante mouentur,
Proxima vicinis ſubſcribunt, tertia quæque
Hoſpitibus. ſic aſtrorum ſeruabitur ordo:
Quæ quanquam in partes diuiſi quatuor orbis
Sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati
Cenſentur. minor eſt numeri, quam cardinis vſus.
Nam nihil in totum ſeruit ſibi. mixta feruntur.
Ipſis dant fines aſtris capiantque viciſſim.
Quæ mihi mox certo digeſta ſub ordine ſurgent.
Adde ſuas partes ſignis, ſua partibus aſtra.
Omnibus ex iſtis ratio eſt repetenda per artem,
Pacata infeſtis ſigna vt perdiſcere poſſis.
Perſpice nunc tenuem viſu rem, pondere magnam,
Et tantum Graio ſignari nomine paſſam
Dodecatemoria in titulo ſignantia cauſſas.
Nam quum tricenas per parteis ſidera conſtent,
Rurſus biſſenis numerus diducitur omnis.
Ipſa igitur ratio binas in partibus eſſe,
Dimidiaſque docet partes. his finibus eſſe
Dodecatemorium conſtat, biſſenaque cuncta
Omnibus in ſignis: quæ mundi conditor ille
Attribuit totidem numero fulgentibus aſtris,
Vt ſociata forent alterna ſidera ſorte,

Et ſimilis

Et ſimilis ſibi mundus, & omnia in omnibus aſtra,
Quorum mixturis regeret concordia corpus,
Et tutela foret communi mutua cauſſa.
Iccirco quanquam ſignis naſcuntur eiſdem,
Diuerſos referunt mores, inimicaque vota.
Et ſæpe in pecudes errat natura, maremque
Fœmina ſubſequitur. miſcentur ſidere partus,
Singula diuiſis variant quot partibus aſtra
Dodecatemoriis, proprias mutantia vires.
Nunc quid ſit, cuiaſue, canam, quoue ordine conſtet, Cuias.
Ne vagus ignotis ſignorum partibus erres.
Ipſa ſuo retinent primas in corpore partes
Sidera. vicinis ſubeuntes attribuuntur.
Cætera pro numero ducunt ex ordine partes.
Vltima & extremis ratio conceditur aſtris.
Singula ſic retinent binas in ſidera quæque,
Dimidiaſque ſui partes, & ſumma repletur
Sortibus exactis triginta ſidere in omni.

Nec genus eſt vnum, ratio nec prodita ſimplex,
Pluribus inque modis verum natura locauit,
Diduxitque vias, voluitque per omnia quæri.
Hæc quoque comperta eſt ratio ſub nomine eodem.
Quacumque in parti naſcentum tempore Luna
Conſtiterit, numeris hanc ter diſpone quaternis,
Sublimi totidem quia fulgent ſidera mundo.
Inde ſuas illi ſigno, quo Luna refulſit,
Et quæ dehinc fuerint, partes numerare memento.
Proxima tricenas partes ſententia ducit.
Hic vbi deficiet numerus, tunc ſumma relicta
In binas ſortes adiecta parte locetur
Dimidia, reliquis tribuatur vt ordine ſignis. Dodecatemorium
In qua deſtituent te, iuſtum Luna tenebit
Dodecatemorium ſigni. poſt cætera duces

Ordine quæque ſuo, ſicut ſtant aſtra locata.
Hæc quoque te ratio ne fallat, perſpice paucis.
Maior in effectu, minor eſt: quod partibus ipſis
Dodecatemorij quid ſit, quod dicitur eſſe
Dodecatemorium. namque id per quinque notatur
Partes. nam totidem præfulgent ſidera cælo,
Quæ vaga dicuntur. ducunt & ſingula ſortes
Dimidias, vireſque in eis & iura capeſſunt.
In quocunque igitur ſtellæ quandoque locatæ
Dodecatemorio fuerint, ſpectare decebit.
Cuius enim ſtellæ fines in ſidere quoque
Inciderint, dabit effectus in viribus eius.
Vndique miſcenda eſt ratio, per quam omnia conſtant.
Verum hæc poſterius proprio cuncta ordine reddam.
Nunc ſatis eſt, docuiſſe ſuos ignota per vſus:
Vt quum perceptis ſteterit fiducia membris,
Sic totum corpus facili ratione notetur,
Et bene de ſumma veniat poſt ſingula carmen.
Vt rudibus pueris monſtratur littera primum
Per faciem, nomenque ſuum: tum ponitur vſus,
Tum coniuncta ſuis formatur ſyllaba nodis.
Hinc verbis ſtructura venit per membra legendi.
Tum rerum vires, atque artis traditur vſus,
Perque pedes proprios naſcentia carmina ſurgunt,
Singulaque in ſumma prodeſt didiciſſe priora.
Quæ niſi conſtiterint primis fundata elementis,
Verſis, quæ propere dederint præcepta magiſtri,
Effluat in vanum rerum præpoſterus ordo.
Sic mihi per totum volitanti carmine mundum,
Erutaque abſtruſa penitus caligine fata,
Pieridum numeris etiam modulata canenti,
Quaque Deus regnat reuocanti numen ab arce,
Per partes ducenda fides, & ſingula rerum

Sunt

Sunt gradibus tradenda ſuis: vt quum omnia certa
Notitia ſteterint, proprios reuocentur ad vſus.
Ac veluti, nudis quum ſurgunt mœnibus vrbes,
Conditor & vacuos muris circumdare colles
Deſtinat, ante, manu quam tentet ſcindere foſſas,
Vertit opus, ruit ecce nemus, ſaltuſque vetuſti
Procumbunt, Solemque nouum, noua ſidera cernunt:
Pellitur omne loco volucrum genus, atque ferarum,
Antiquaſque domos & nota cubilia linquunt.
Aſt alij ſilicem in muros, & marmora templis
Rimantur, ferrique rigor per tempora nota
Quæritur: huc artes, huc omnis conuenit vſus.
Tunc demum conſurgit opus, quum cuncta ſuperſunt,
Ne medios rumpat curſus præpoſtera cura:
Sic mihi cunctanti tantæ ſuccedere moli
Materies primum, rerum ratione remota,
Tradenda eſt, ratio ſit ne poſt irrita, neue
Argumenta nouis ſtupeant naſcentia rebus.
Ergo age noſcendis animum compone ſagacem
Cardinibus, qui per mundum ſunt quattuor omnes
Diſpoſiti ſemper, mutantque volantia ſigna.
Vnus ab exortu cæli naſcentis in orbem,
Qui primum terras æquali limite cernit.
Alter ab aduerſa reſpondens ætheris ora,
Vnde fugit mundus, præcepſque in tartara tendit.
Tertius excelſi ſignat faſtigia cæli,
Quo defeſſus equis Phœbus ſubſiſtit anhelis,
Declinatque diem, mediaſque examinat vmbras.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
In quo principium eſt reditus, finiſque cadendi
Sideribus, pariterque occaſus cernit, & ortus.
Hæc loca præcipuas vires, ſummoſque per artem
Fatorum effectus referunt: quod totus in illis

Nititur æthereis veluti compagibus orbis.
Quæ niſi perpetuis alterna ſorte volantem
Curſibus excipiant, nectantque in vincula bina
Per latera, atque imum templi, ſummumque cacumen,
Diſſociata fluat reſoluto machina mundo.
Sed diuerſa tamen vis eſt in cardine quoque,
Et pro ſorte loci variant, atque ordine diſtant.
Primus erit, ſummi qui regnat culmine cæli,
Et medium tenui partitur limite mundum,
Quem capit excelſa ſublimem gloria ſede.
Scilicet hæc tutela decet faſtigia ſumma,
Quicquid vt emineat ſibi vindicet, & decus omne
Adſerat, & varios tribuendo regnet honores.
Hinc fauor, & ſpecies, atque omnis gratia vulgi:
Reddere iura foro, componere legibus orbem:
Fœderibuſque ſuis externas iungere genteis,
Et pro ſorte ſua cuiuſque extollere nomen.
Proximus aſt, ima quanquam ſtatione locatus
Suſtinet alternus nixum radicibus orbem.
Effectu minor in ſpecie, ſed maior in vſu
Fundamenta tenet rerum, cenſuſque gubernat.
Quam rata ſint foßis, ſcrutatur, vota metallis,
Atque ex occulto quantum contingere poßit.
Tertius æque illi pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum ſidera ſurgunt,
Vnde dies redit, & tempus deſcribit in horas:
Hinc inter Graias Horoſcopos editur vrbes:
Nec capit externum, proprio quia nomine gaudet:
Hic tenet arbitrium vitæ, atque hic regula morum eſt.
Fortunamque dabit rebus, ducetque per arteis.
Qualiaque excipiant naſcentes tempora prima,
Quos capiant cultus, quali ſint ſede creati,
Vtcunque admixtis ſubſcribent viribus aſtra.

Templi cacumen et imum.

Vltimus

Vltimus, emenſo qui condit ſidera mundo,
Occaſumque tenens ſubmerſum reſpicit orbem,
Pertinet ad rerum ſummas, ſinemque laborum,
Coniungitque epulas, extremaque tempora vitæ,
Otiaque, & cœtus hominum, cultuſque Deorum.
Nec contentus eris percepto cardine quoquam.
Interualla etiam memori ſunt mente notanda,
Per maius dimenſa, ſuas reddentia vires.
Quicquid ab exortu ſummum curuatur in orbem,
Ætatis primæ, naſcentiſque aſſerit annos.
Quod ſummo premitur deuexum culmine mundi,
Donec ad occaſus veniat, puerilibus annis
Succedit, teneramque gerit ſub ſede iuuentam.
Quæ pars occaſus inter, imumque ſub orbem
Deſcendit, regit hæc maturæ tempora vitæ,
Et propria ſerie, varioque exercita curſu.
At quà perficitur curſus redeunte ſub imo,
Tarda ſupinatum laſſatis viribus arcum
Aſcendens, ſeros demum complectitur annos,
Labenteſque dies vitæ, tremulamque ſenectam.
Omne quidem ſignum ſub qualicunque figura
Partibus inficitur. mundi locus imperat aſtris,
Et dotes noxamque facit. Vertuntur in orbem
Singula, & accipiunt vires, cæloque remittunt.
Vincit enim natura genus, legeſque miniſtrat
Finibus in propriis, & prætereuntia cogit
Eſſe ſui moris, vario nunc diues honore,
Nunc ſterilis; pœnamque ferentia ſidera ſeclis.
Quæ ſuper exortum eſt a ſummo tertia cælo,
Infelix regio, rebuſque inimica futuris,
Et vitio fœcunda nimis, nec ſola: ſed illi
Par erit, aduerſo quæ fulget ſidere ſedes,
Iuncta ſub occaſu. neu præſtet cardine mundi;

Vt quæ præterita fertur deiecta ruina,
Porta laboris erit. ſcandendum eſt, atque cadendum.
Nec melior ſuper occaſum, contraque ſub ortu
Sors agitur mundi. præceps hæc, illa ſuperne
Pendens aut metuit vicino cardine finem,
Aut fraudata cadet. merito Typhonis habentur
Horrendæ ſedes, quem Tellus ſæua profudit,
Quum bellum cælo peperit: nec matre minores
Extiterunt partus. ſed fulmine rurſus in altum
Compulſi: monteſque ſuper rediere cadentes.
Ceßit & in tumulum belli, vitaque Typhœo.
Ipſa tremit mater flagrantem monte ſub Ætna.
At quæ fulgenti ſequitur faſtigia cælo
Proxima, neue ipſi cedat, qui fungitur aſtro,
Spe melior; palmamque petens, victrixque priorum,
Altius inſurgit ſumma comes addita fini:
Imperiiſque manent curſus, nec vota ſuperſunt.
Quocirca minime eſt mirum, ſi proxima ſummo,
Atque eadem interior veneranda ſorte dicatur,
Quoi titulus Felix; *cenſum ſi proxima Graiæ*
Noſtra ſubit lingua, vertitque a nomine nomen.
Iuppiter hoc habitat. Fortunæ *crede regenti.*
Huic in peruerſum ſimilis deiecta ſub orbe,
Imaque ſummerſi contingens fulmina mundi,
Aduerſa quæ parte nitet, defeſſa peracta
Militia, rurſuſque nouo deuota labori,
Cardinis & ſubitura iugum, ſortemque potentem,
Nondum ſentit onus mundi. iam ſperat honorem.
Dæmonien memorant Grai. Romana per ora
Quæritur inuerſo titulus. ſub corde ſagaci
Conde locum, numenque Dei, nomenque potentis.
Quæ tibi poſterius magnos reuocantur ad vſus.
Hic momenta manent noſtræ plerumque ſalutis,

Bellaque

fulmina Mundi
fulmen a fulcio sic, non a fulgeo.
Dæmonie dæmoniel.
numen.

Bellaque morborum cæcis pugnantia telis,
Viribus ambiguum geminis cauſſaque diei
Nunc huc, nunc illuc ſortem mutantis vtramque.
Sed medij poſt aſtra die, curuataque primum
Culmina nutantis ſummo de vertice mundi,
Æthera Phœbus amat. ſub quo quoque corpora noſtra
Decernunt vitia, & Fortunam ex viribus eius
Concipiunt. Deus ille locus ſub nomine Graio
Dicitur. huic aduerſa nitens, quæ prima reſurgit
Sedibus ex imis, iterum reducit Olympum
Pars mundi, fuluumque nitet, noctemque gubernat,
Et dominam agnoſcit Phœben fraterna videntem
Regna, per aduerſas cæli fulgentia parteis,
Fataque damnoſis imitantem finibus oris.
Huic parti Dea nomen erit Romana per ora.
Græcia voce ſua titulum deſignat eundem.
Arce ſed in cæli, qua ſumma accliuia finem
Inueniunt, qua principium decliuia ſumunt,
Culminaque inſurgunt occaſus inter & ortus,
Suſpenduntque ſuo libratum examine mundum,
Aſſerit hanc Cytherea ſibi per ſidera ſedem,
Et veluti faciem mundi ſua collocat ora.
Per quæ humana regit. Propria eſt hæc reddita parti
Vis, vt connubia, ac thalamos, tedaſque gubernet.
Hæc tutela decet Venerem, ſua tela mouere.
Nomen erit Fortuna loco. quod percipe mente,
Vt breuia in longo compendia carmine præſtem.
At qua ſubſidit conuerſo cardine mundus
Fundamenta tenens, aduerſum & ſuſpicit orbem,
Ac media ſub nocte iacet, Saturnus in illa
Parte ſuas agitat vires, deiectus & ipſe
Imperio quondam mundi, ſolioque Deorum,
Et pater in patrios exercet numina caſus,

Fortunamque ſenum. prima eſt tutela duorum
Naſcentum atque patrum, quæ tali condita parte eſt.
Aſper, & attentus, titulum cui Græcia fecit
Dæmonium, ſignatque ſuas pro nomine vires.
Nunc age ſurgentem primo de cardine mundum
Reſpice, qua ſolido naſcentia ſigna recurſu
Incipiunt. vdus gelidis vt Phœbus ab vndis
Enatat, & fuluo paulatim accenditur igne,
Te tua templa ferunt Maia Cyllenie nate.
O facies ſignata nota. quod nomen & ipſi
Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum:
In qua fortunam natorum condidit omnem
Natura, eque illa ſuſpendit vota parentum.
Vnus in occaſu locus eſt ſuper. ille ruentem
Præcipitat mundum terris, & ſidera merſat,
Tergaque proſpectat Phœbi, qui videtat ora.
Ne mirere, nigri ſi Ditis ianua fertur,
Et finem vitæ retinet, mortique locatur.
Hinc etiam ipſe dies moritur, terræque per orbem
Subripit, & noctis captum ſub carcere claudit.
Nec non & fidei tutelam vindicat ipſam,
Pectoris & pondus. tanta eſt in ſede poteſtas,
Quæ vocat, & condit Phœbum, recipitque, refertque,
Conſumitque diem. Tali ſub lege notandæ
Templorum tibi ſunt vires, quas peruolat omnis
Aſtrorum ſeries, ducitque & commodat illis
Ipſe ſuas leges, ſtellæque ex ordine certo,
Vt natura ſinit, luſtrant, variaſque locorum
Efficiunt vires, vtcunque aliena capeſſunt
Regna, & in externis ſubſidunt hoſpita caſtris.
Hæc mihi ſub certa ſtellarum parte canentur,
Nunc ſatis eſt cœli partes tituloſque notaſſe,
Effectuſque loci per ſe cuiuſque, Deoſque,

Cui

Cui parti nomen poſuit, qui condidit artem,
Octo topos: per quos ſtellæ diuerſa volentes
Quos reddent motus, proprio venit ordine rerum.

M. MANILI
ASTRONOMICON
LIBER TERTIVS.

IN *noua ſurgentem, maioraque viribus auſum,*
Nec per inacceſſos metuẽtem vadere ſaltus
Ducite Pierides. veſtros extendere fineis
Conor & inriguos in carmina ducere cãtus.
Non ego in excidium cæli naſcentia bella,
Fulminis & flammas, partuſque in matre ſepultos,
Hectora venalem cineri Priamumque ferentem,
Colchida nec referam vendentem regna parentis,
Et lacerum fratrem ſtupro, ſegeteſque virorum,
Taurorumque truces flammas, vigilemque Draconem,
Et reduces annos, auroque incendia facta,
Et male conceptos partus, peiuſque necatos.
Non annoſa canam Meſſanæ bella nocentis,
Septenoſque duces, ereptaque fulmine flammis
Mœnia Thebarum, & victam, quæ vicerat, vrbem:
Germanoſque patris referam, matriſque nepotes,
Natorumque epulas, conuerſaque ſidera retro,
Ereptumque diem: nec Perſica bella profundo
Indicta, & magna pontum ſub claſſe latentem,

Immiſſumque fretum terris, iter æquoris vndis:
Non reges magnos. ſpatio maiore canenda,
Quam ſi tacta loquar; Romanæ gentis origo,
Totque duces orbis, tot bella, tot otia, & omnis
In populi vnius leges vt ceſſerit orbis,
Differtur. facile eſt ventis dare vela ſecundis,
Fœcundumque ſolum varias agitare per arteis,
Auroque atque ebori decus addere, quum rudis ipſa
Materies niteat. ſpecioſis condere rebus
Carmina, vulgatum eſt opus, & componere ſimplex.
At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum,
Temporaque, & varios caſus, momentaque mundi,
Quorum quæque vices, parteſque in partibus ipſis,
Luctandum eſt: quæ noſſe nimis. quid? dicere, quantum eſt?
Carmine quid proprio? pedibus quid iungere certis?
Huc ades o quicunque meis aduertere cœptis
Aurem oculoſque potes, veras & percipe voces.
Non ad iuratos reges, Troiaque cadentes,
Res contenta doceri. *Impendas animum, nec dulcia carmina quæras.*
Ornari res ipſa negat, contenta doceri.
Et ſi qua externa referentur nomina lingua,
Hoc operis, non vatis erit. non omnia flecti
Poſſunt, & propria melius ſub voce notantur.
Nunc age ſubtili rem ſummam perſpice cura,
Quæ tibi præcipuos vſus monſtrata miniſtrat,
Et certas dat in arte vias ad fata videnda,
Si bene conſtiterit vigilanti condita ſenſu.
Principium rerum & cuſtos naturæ latentum,
Quum tantas ſtrueret moles per mœnia mundi,
Et circumfuſis orbem concluderet aſtris
Vndique pendentem in medium, diuerſaque membra
Ordinibus certis ſociaret corpus in vnum,
Aeraque, & Terras, Flammamque, Vndamque natantem

Mutua

Mutua in alternum præbere alimenta iuberet,
Vt tot pugnantes regeret concordia cauſſas,
Staretque alterno religatus fœdere mundus,
Exceptum a ſumma ne quid ratione maneret,
Et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipſo:
Fata quoque & vitas hominum ſuſpendit ab aſtris,
Quæ ſummas operum parteis, quæ lucis honorem,
Quæ famam aſſererent, quæ numquam feſſa volarent:
Quæ quaſi per mediam mundi præcordia partem
Diſpoſita obtineant Phœbum, Lunamque, vagaſque
Euincant ſtellas, nec non vincantur & ipſa.
His regimen natura dedit, propriaſque ſacrauit
Vnicuique vices, ſanxitque per omnia ſummam
Vndique vti fati ratio traheretur in vnam.
Nam quodcunque genus rerum, quodcunque laborum,
Quæque opera, atque artes, quicunque per omnia caſus
Humana in vita poterant contingere ſorte,
Complexa eſt: tot & in parteis, quot & aſtra notarat,
Res poſuit, certaſque vices: ſua nomina cuique
Attribuit, totumque hominis per ſidera cenſum
Ordine ſub certo duxit, pars ſemper vt eidem
Confinus parti vicinus ſtaret in aruis.
Horum operum ſortes ad ſingula ſigna locauit,
Non vt in æterna cæli ſtatione manerent,
Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
Ex iiſdem repetita locis; ſed tempore ſedes
Naſcentum acciperent proprias, ſigniſque migrarent,
Atque aliis alio ſors quæque accederet aſtra,
Vt caperet genitura nouam per ſidera formam,
Nec tamen incerto confunderet omnia motu:
Sed quum pars operum, quæ prima condita parte eſt,
Accepit propriam naſcentis tempore ſedem,
Cætera ſuccedunt, ſigniſque ſequentibus hærent.

Ordo ducem ſequitur, donec venit orbis in orbem:
Has autem facies rerum per ſigna locatas,
In quibus omnis erit fortuna condita ſumma,
(Vt ſit) quum Stellæ ſeptem læduntue iuuantue,
Cardinibuſue mouet diuina potentia mundi:
Sic felix aut triſte venit per ſingula fatum;
Talis & illius ſors eſt ſperanda negoti.
Hæc mihi ſolenni ſunt ordine cuncta canenda,
Et titulis ſignanda ſuis rerumque figuris:
Vt pateat poſitura operum, nomenque, genuſque.
Fortunæ ſors prima data eſt. hoc illa per artem
Cenſetur titulo, quia proxima continet in ſe
Fundamenta domus, domuique hærentia cuncta:
Qui modus in ſeruis, qui ſit conceſſus in aruis,
Quaque datum magnas operum componere moles,
Vt vaga fulgentis concordant ſidera cæli.
Poſt hanc militiæ locus eſt, qua quicquid in armis,
Quodque peregrinas inter verſantibus vrbeis
Accidere aſſueuit, titulo comprenditur vno.
Tertia ad vrbanos ſtatio eſt numeranda labores.
Hoc quoque militiæ genus eſt ciuilibus actis
Compoſitum, fideique tenet parentia vincla:
Format amicitias, & ſæpe cadentia fruſtra
Officia, & cultus. contingant præmia quanta
Edocet, appoſitis quum mundus conſonat aſtris.
Iudiciorum opus in quarto natura locauit,
Fortunamque fori, fundentem verba patronum,
Pendentemque reum lingua, roſtriſque loquentem
In poſita, & populo nudantem condita iura,
Atque expenſa ſua ſoluentem iurgia fronte,
Quum iudex veri nihil amplius aduocat ipſo.
Quicquid propoſitas inter facundia leges
Efficit, hoc totum partem conceſſit in vnam,

Atque vtcunque regunt dominantia ſidera, parent.
Quintus coniugio gradus eſt per ſigna dicatus,
Et ſocios tenet & comites, atque hoſpitium vna
Iungitur, & ſimileis coniungens fœdus amicos.
In ſexta diues numeratur copia ſede,
Atque adiuncta ſalus rerum, quarum altera quanti
Contingant vſus, monet: altera quam diuturni,
Sidera vt inclinant vires, & templa gubernant.
Septima cenſetur ſæuis horrenda periclis,
Si male ſubſcribunt ſtellæ per ſigna locatæ.
Nobilitas tenet octauam, qua conſtat honoris
Conditio, & famæ modus, & genus, & ſpecioſo
Gratia prætextu. Nonus locus occupat omnem
Natorum ſortem dubiam, patrioſque timores,
Omniaque infantum mixta nutricia turba.
Huic vicinus erit, vitæ qui continet actum,
In quo ſortimur mores, & qualibus omnis
Formetur domus exemplis, quoque ordine certo
Ad ſua compoſiti diſcedant munera ſerui.
Præcipua vndecima pars eſt in ſorte locata,
Quæ ſummam noſtri ſemper, vireſque gubernat,
Quaque valetudo conſtat nunc libera morbis,
Nunc oppreſſa, mouent vt mundum ſidera cunque.
Non alia eſt ſedes, tempuſue genuſue medendi
Quæ ſibi depoſcat, vel cuius tempore præſtet
Auxilium, & vitæ ſuccos miſcere ſalubreis.
Vltimus & totam concludens ordine ſummam
Rebus apiſcendis labor eſt, qui continet omneis
Votorum effectus, & quæ ſibi quiſque, ſuiſque
Proponit ſtudia, atque artes, hæc irrita ne ſint:
Seu ferat officium, nixus blanditus in omneis:
Aſpera ſiue foro per litem iurgia tentet,
Fortunamue petat pelago, ventiſque ſequatur.

Seu

Seu Cererem plena vincentem credita meſſe,
Aut repetat Bacchum per pinguia muſta fluentem.
Hac in parte dies, atque hæc momenta dabuntur,
Si bene conuenient ſtellæ per ſigna ſequentes,
Quarum ego poſterius vires in vtrunque valenteis
Ordine ſub certo reddam, quum pandere earum
Incipiam effectus. nunc ne permixta legentem
Confundant, nudis ſatis eſt inſiſtere membris.

Athla quid ſint.

Et quoniam toto digeſtos orbe labores,
Nominaque in numerum, vireſque exegimus omnes,
(Athla vocant Grai) quæ cuncta negotia rerum
In genera, & partes bis ſex diuiſa cohærent:
Nunc quibus aſcendant ſignis, quandoque canendum eſt.
Perpetuas neque enim ſedes, eademque per omnes
Sidera naſcentes retinent: ſed tempore mutant,
Nunc huc, nunc illuc ſignorum mota per orbem:
Incolumis tamen vt maneat, qui conditus ordo eſt.
Ergo age, ne falſa variet genitura figura,
Si ſua quemque voles reuocare ad fata laborem,
Fortunæ perquire locum per ſidera cuncta,
Quæ primo pars eſt numero ſic dicta ſub Athlis.

Athlis.

Qui tibi quum fuerit certa ratione repertus,
Cætera prædicto ſubeuntibus ordine ſignis
Coniunges, teneant proprias vt ſingula ſedes.
Et ne forte vagus Fortunæ quærere ſedem
Incipias, duplicem certa ratione capeſſe.
Quum tibi naſcentis percepto tempore forma
Conſtiterit, cæli ſtellis ad ſigna locatis,
Tranſuerſo Phœbus ſi cardine celſior ibit,
Qui tenet exortum, vel qui demergit in vndas,
Per tempus licet affirmes natum eſſe diei.
At ſi ſubiectis ſenis fulgebit in aſtris
Inferior dextra, læuaque tenentibus orbem

Cardinibus

Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
Hæc tibi quum fuerint certo diſcrimine nota,
Tunc ſi forte dies naſcentem exceperit alma,
A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
Signorum. ortiuo totidem de cardine duces,
Quem bene partitis memorant Horoſcopon aſtris.
In quodcunque igitur numerus peruenerit aſtrum,
Hoc da Fortunæ. iunges tum cætera ſignis
Athla ſuis, certo ſubeuntibus ordine cunctis.
At quum obducta nigris nox orbem texerit alis,
Si quis erit, qui tum materna exceſſerit aluo,
Verte vias, ſicut naturæ vertitur ordo.
Conſule tum Phœben imitantem lumina fratris
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.
Quotque ab ea Phœbus partes & ſigna recedit,
Tot numerare iubet fulgens horoſcopus a ſe.
Hunc Fortuna locum teneat ſubeuntibus athlis
Ordine naturæ, ſicut ſunt cuncta locata.
Forſitan & quæras agili rem corde notandam,
Qua ratione queas a tali tempore nati
Exprimere immerſo ſurgentem horoſcopon orbe.
Quod niſi ſubtili viſum ratione tenetur,
Fundamenta ruunt artis, nec conſonat ordo:
Cardinibus quoniam falſis, qui cuncta gubernant,
Mentitur faciem mundus, nec conſtat origo,
Flexaque momento variantur ſidera templi.
Sed quanta effectu res eſt, tam plena laboris,
Curſibus æternis mundum per ſigna volantem,
Vt totum luſtret curuatis arcubus orbem,
Exprimere, & vultus eius componere certos,
Ac tantæ molis minimum deprendere punctum:
Quæ pars exortum, vel quæ faſtigia mundi
Aut ferat occaſus, aut imo ſederit orbe.

Nec me vulgatæ rationis præterit ordo,
Quæ binas tribuit ſignis ſurgentibus horas,
Et paribus ſpatiis æqualia digerit aſtra:
Vt parte ex illa, qua Phœbi cœperit orbis,
Diſcedat numerus, ſummamque accommodet aſtris,
Donec perueniat naſcentis tempus ad ipſum:
Atque vbi ſubſtiterit, ſignum dicatur oriri.
Sed iacet obliquo ſignorum circulus orbe,
Atque alia inflexis oriuntur ſidera membris:
Aſt illis magis eſt rectus ſurgentibus ordo,
Vt propius nobis aliquod, vel longius aſtrum eſt.
Vix finit luces Cancer, vix bruma reducit.
Quam breuis illa iacet, tam longus circulus hic eſt.
Libra Arieſque parem reddunt noctemque diemque.
Sic media extremis pugnant, extremaque ſummis.
Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis:
Sed tantum aduerſis idem ſtat menſibus ordo.
In tam diſsimili ſpatio, variiſque dierum
Vmbrarumque modis, quis poſsit credere, in auras
Omnia ſigna pari mundi ſub lege meare?
Adde quod incerta eſt horæ menſura, neque vllam
Altera pars ſequitur: ſed ſicut ſumma dierum
Vertitur, & partes ſurgunt, rurſuſque recedunt:
Quum tamen in quocumque dies deducitur aſtro,
Sex habeat ſupra terras, ſex ſigna ſub illis.
Quo fit, vt in binas non poſsint omnia naſci,
Quum ſpatium non ſit tantum pugnantibus horis,
Si modo biſſenæ ſeruantur luce ſub omni;
Quem numerum debet ratio, ſed non capit vſus.
Sed neque per terras omneis menſura dierum
Vmbrarumque eadem eſt, ſimili nec tempora ſumma
Mutantur. modus eſt varius. ratione ſub vna
Nunquam Phryxei ducuntur vellera ſigni,

Chelarum-

Chelarumque fides, iuſtæque examina Libræ,
Omnia conſurgant binas ſi ſigna per horas.
Quo medius recto præcingitur ordine mundus,
Æqualiſque ſuper tranſuerſum vertitur axem,
Illi perpetua iunguntur pace diebus
Obſcuræ noctes: æquo ſtat fœdere tempus.
Nec manifeſta patet falſi fallacia mundi,
Nec ſimilis ſimili toto nox redditur æuo.
Omnibus Autumnus ſignis, Ver omnibus vnum,
Vna quod æquali luſtratur linea Phœbo.
Nec refert tunc quo Phœbus decurrat in aſtro,
Littoreumne coquat Cancrum, contrane feratur
Sideribus medius, an quæ ſint quattuor inter.
Quod quanquam per tris ſignorum circulus arcus
Obliquus iaceat, recto tamen ordine zonæ
Conſurgunt, ſupraque caput terraſque feruntur,
Et paribus ſpatiis per ſingula luſtra reſurgunt,
Ac bene diuiſo mundus latet orbe, patetque:
Et ſimul ex illa terrarum parte recedas,
Quicquid ab extremo temet præuerterit axe
Per conuexa gradus greſſum faſtigia terræ,
Quam tereti Natura ſoli decircinat orbe
In tumidum, & mediam mundo ſuſpendit ab omni.
Ergo vbi conſides, orbem ſcandenſque rotundum
Degrediere, ſimul fugiet pars altera terræ,
Altera reddetur: ſed quantum inflexerit orbem,
Tantum inclinabit cæli poſitura volantis.
Et modo quæ fuerant ſurgentia limite recto
Sidera, curuato ducentur in æthera tractu:
Atque erit obliquo ſignorum baltheus orbe, Baltheus pro fascia, et cingulo.
Qui tranſuerſus erat: ſtatio quando illius vna eſt,
Noſtræ mutantur ſedes. ergo ipſa moueri
Tempora iam ratio cogit, varioſque referre

Sub tali regione dies, quum ſidera flexo
Ordine conficiant curſus obliqua malignos:
Longius atque aliis aliud propiuſue recumbat.
Pro ſpacio mora magna datur. quæ proxima nobis
Conſurgunt, longos cæli viſuntur in orbes.
Vltima quæ effulgent, cæcis merguntur in vmbris.
Et quanto ad gelidas propius quis venerit Arctos,
Tam magis officiunt oculis brumalia ſigna.
Vixque ortus occaſus erit. ſi longius inde
Procedas, totis condentur ſingula membris,
Tricenaſque trahent connexo tempore noctes,
Et totidem luces adiment. ſic parua dierum
Efficitur mora, & attritis conſumitur horis:
Paulatimque perit ſtatio fulgentibus aſtris,
Pluraque per partes ſubrupto tempore ſigna
Terra quærentur medio cælata tumore,
Adducentque ſimul Phœbum, texentque tenebras,
Menſibus eruptis donec ſit debilis annus.
Si vero natura ſinat ſub vertice cæli,
Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,
Æternas ſuper ire niueis, orbemque rigentem
Prona Lycaoniæ ſpectantem membra puellæ:
Stantis erit cæli ſpecies: laterumque meatus
Turbinis in morem recta vertigine currit.
Inde tibi obliquo ſex tantum ſigna patebunt
Circuitu, nullos vnquam fugientia viſus,
Sed teretem acclini mundum comitantia ſemper.
Hic erit vna dies per ſenos vndique menſeis,
Dimidiumque trahens contextis lucibus annum,
Nunquam erit occiduus quod tanto tempore Phœbus,
Dum bis terna ſuus perluſtrat curſibus aſtra,
Sed circumuolitans recto verſatur ab orbe.
At ſimul e medio præceps deſcenderit orbe,

Inferiora

Inferiora petens deiecto ſidera curſu,
Et dabit in pronum laxas effuſus habenas,
Per totidem menſes iunget nox vna tenebras.
Vertice ſub cæli nam quiſquis ſpectat, ab omni
Dimidium & toto mundum videt orbe rotundo:
Pars latet inferior. neque enim circumuenit illum
Recta acies, mediaque tenus diſtinguitur aluo.
Effugit ergo oculos ſummo ſpectantis ab orbe,
Dum ſex ſubmerſis vectatur Phœbus in aſtris,
Adducitque ſimul luces, tenebraſque relinquit,
Sideribus donec totidem, quot menſibus actis,
Ceſſerat vnde, redit, geminaſque aſcendit ad Arctos.
Hic locus in binas annum nocteſque dieſque
Per duo partitæ dirimit diuortia terræ.
Et quoniam quanto variantur tempora motu,
Et quibus e cauſis, dictum eſt: nunc accipe, ſigna
Quot ſurgant in quoque loco, cedantque per horas,
Partibus vt prendi poſſint orientia certis,
Ne falſus dubia ratione horoſcopus erret.
Atque hoc in totum certa ſub lege ſequendum,
Singula quod nequeunt per tot diſtantia motus
Temporibus numeriſque ſuis exacta referri,
A me ſumat: iter poſitum ſibi quiſque ſequatur,
Perque ſuos tendat greſſus: mihi debeat artem.
Quacunque hoc parti terrarum quiſque requiret,
Deducat proprias noctemque diemque per horas;
Maxima ſub Cancro minimis quæ cingitur vmbris:
Et ſextam ſummæ, fuerit quæ forte, diurnæ,
Viciuo tribuat poſt Cancri templa Leoni.
At quæ nocturnis fuerit menſura tenebris,
In totidem partes ſimili ratione ſecanda eſt:
Vt, quantum vna ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis aduerſo naſcentis ſidere Tauri.

Has inter, quaſque accipiet Nemeeius, horas
Quod diſcrimen erit, per tres id diuide parteis,
Tertia vt accedat Geminis, quæ tempora Tauro
Vinciat, atque eadem Cancro ſimiliſque Leoni:
Sic erit ad ſummam ratio perducta priorem,
Quomodo diuiſis Nemea ſibi duxerit horis.
Inde pari Virgo procedat temporis auctu:
Sed certa ſub lege, prioris ſemper vt aſtri
Incolumem ſeruet ſummam, creſcenſque nouando.
His vſque ad denas horarum partibus auctis
Per totidem a Libra decreſcent ſidere parteis,
Et quantis in vtrunque modis tollentur ad ortus,
Diuerſam in ſortem tantis mergentur ad vmbras.
Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem,
Illa quot ſtadiis oriantur quæque cadantque:
Quæ quum tercentum numeris, vicenaque conſtent,
Detrahitur ſummæ tota pars, quota demit vtrinque
Omnibus ex horis æſtiuæ momine noctis,
Solſtitium ſummo peragit quum Phœbus Olympo.
Quodque his exuperat demptis, id didito in æquas
Sex partes, ſextamque ardenti trade Leoni.
Rurſus qui ſteterit numerus ſub momine noctis,
Eius erit ſigno Tauri pars illa dicanda.
Quodque hanc exuperat partem, ſuperatur ab illa,
Diſtinguitque duas medio diſcrimine ſummas,
Tertia pars eius numero ſuperaddita Tauri
Traditur & Geminis. ſimili tunc cætera lucro
Procedunt, numeros ſemper tutata prioreis,
Augebuntque nouem vicenas momina ſummas,
Donec perueniant ad iuſta tempora Libræ.
Ex illa totidem per parteis ſic breuiantur,
Lanigeri ad fines: conuerſaque momina legem
Accipiunt, perduntque pares cedentia ſorteis.

Hæc via monſtrabit ſtadiorum ponere ſummas,
Et numerare ſuos ortus per ſidera cuncta.
Quod bene cum propriis ſimul acceptaueris horis,
In nulla fallet regione horoſcopus vnquam,
Quum poterunt certis numerari ſingula ſigna
Temporibus parte ex illa, quam Phœbus habebit.
Nunc quibus hiberni momentis ſurgere menſes
Incipiant (neque enim paribus per ſidera cuncta
Procedunt gradibus, niuei dum vellera ſigni
Contingant, æquum luces cogentia & vmbras
Ferre iugum) magna eſt ratio, breuiterque docenda.
Principio capienda tibi eſt menſura diei,
Quam minimam Capricornus agit: noctiſque, per horas,
Quam ſummam: quo que ab iuſto ſuperauerit vmbra,
Et trepident luces, eius pars tertia ſigno
Tradenda eſt medio ſemper: qua ſorte retenta
Dimidio vincat primum, vincatur & ipſum
Extremo. totum in parteis ita digere tempus.
His opibus tria ſigna valent. ſed ſumma prioris
Accedit numeri coniuncta ſequentibus aſtris,
Ceſſerit vt: ternis fuerit ſi longior horis
Brumali nox forte die; Capricornus vt hora
Dimidia attollat luces, & Aquarius horæ
Ipſe ſuam propriæ ducat, ſummæque prioris
Adiungat: Piſces tantum ſibi temporis ipſi
Conſtituant, quantum accipiant de ſorte priorum.
Et tribus expletis horis, noctemque diemque
Lanigero tradant æquandam tempore veris.
Incipit a ſexta tempus procedere parte
Diuiduum. duplicant vires hærentia ſigna:
Vltimaque acceptas triplicant. ita ſumma diebus.
Namque Aries totidem deducit noctibus horas,
Quot prius abſtulerant proprio ſub nomine Piſces.

Hora

Hora datur Tauro: cumulentque vt damna priora,
Dimidiam adiungunt Gemini. ſic vltima primis
Redditur. æquatæ ſoluuntur fœnore noctes.
Rurſus & incipiunt propria de ſorte diebus
Cedere diuerſa labentia tempora lege:
Reſpondent pariterque illis, quæ proxima fulgent,
Et media æquatis cenſentur viribus aſtra,
Præcipuoſque gerunt varianda ad tempora motus.
Hac vice diſcedunt noctes a ſidere brumæ,
Tolluntúrque dies annique inuertitur orbis,
Solſtitium tardi quum ſit ſub ſidere Cancri.
Tuncque diem brumæ nox æquat, tempora noctis
Longa dies, ſimilique redit, quam creuerat, actu.
Nec tibi conſtabunt aliter veſtigia veri,
Ni lucem noctemque pares dimenſus in horas,
In quantum vario pateant ſub tempore noris,
Regulaque exactas primum formetur in horas,
Quæ ſignetque diem ſedes, perpendat & vmbras.
Hæc erit in Libra, quum lucem vincere noctes
Incipiunt, vel quum medio concedere vere.
Tunc etenim ſolum biſſenas tempora in horas
Æqua patent, medio quod currit Phœbus Olympo.
Hic quum per gelidas hiemes ſummotus in auſtros
Fulget in octaua Capricorni parte biformis,
Tunc anguſta dies vernales fertur in horas
Dimidiam atque nouem: ſed nox oblita diei
Bis ſeptem, appoſita, numerus ne claudicet, hora
Dimidia. ſic in duodenas exit vtrunque,
Et redit in ſolidum naturæ condita ſumma.
Inde cadunt noctes, ſurguntque in tempora luces,
Donec ad ardentis pugnarunt ſidera Cancri.
Atque ibi conuerſis vicibus mutantur in horas
Brumales: noctemque dies, lucemque tenebræ

Hibernam

Hibernam referunt, alternaque tempora vincunt,
Nunc huc, nunc illuc gradibus per ſidera certis
Impulſæ. quarum ratio manifeſta per artem
Collecta eſt, venietque ſuo per carmina textu.
Atque hæc eſt illas demum menſura per oras,
Quas rigat æſtiuis grauidus torrentibus amnis
Nilus, & erumpens imitatur ſidera mundi
Per ſeptem fauces, atque ora fugantia Pontum.
Nunc age quot ſtadiis, & quanto tempore ſurgant
Sidera, quotque cadant, animo cognoſce ſagaci,
Ne magna breuibus careant compendia dictis.
Nobile Lanigeri ſidus, quod cuncta ſequuntur,
Dena quater ſtadia exoriens, duplicataque ducit,
Quum cadit: atque horam ſurgens eiuſque trientem
Occupat: occiduus geminat: quum cætera ſigna
Octonis creſcunt ſtadiis orientia in orbem,
Et totidem amittunt gelidas vergentia in vmbras.
Hora nouo creſcit per ſingula ſigna quadrante:
Tertiaque in quartas partes inducitur eius.
Hæc ſunt ad Libræ ſidus ſurgentibus aſtris
Incrementa. pari momento damna trahuntur,
Quum ſubeunt orbem, rurſuſque a ſidere Libræ
Ordine mutato, paribus per tempora verſa
Momentis redeunt. nam per quot creuerat aſtrum
Lanigeri ſtadia, aut horas, tot Libra recedit.
Occiduuſque Aries ſpatium tempuſque ruendi
Quod tenet, in tantum Chelæ conſurgere perſtant.
Eius in exemplum ſe ſigna ſequentia vertunt.
Hæc vbi conſtiterint vigilanti condita mente,
Iam facile eſt, ſi quod quandoque horoſcopet aſtrum, Horoſcopet aſtrum.
Noſcere, quum liceat certis ſurgentia ſigna
Ducere temporibus, propriiſque aſcribere in horas
Partibus, vt ratio ſignis ducatur ab illis,

In quis Phœbus erit: quorum mihi reddita ſumma eſt.
Illa etiam poterit naſcens via ducere ad aſtrum,
Quod quandoque vadis emiſſum redditur orbi.
Nam quota ſit lucis, ſi luce requiritur, hora,
Aſpicies: atque hanc numerum reuocabis in ipſum
Multiplicans decies, adiectis inſuper eidem
Quinque tamen ſummis. quia qualicumque ſub hora
Ter quinas mundi ſe tollunt ſidera partes.
Hic vbi conſtiterit numerus, coniungere & illas,
Quæ ſuperent Phœbo partes per ſigna, memento.
Ex hac tricenas ſumma per ſidera partes
Diſtribues: primamque vicem, quo Phœbus in aſtro
Fulſerit: hinc aliis, Solem quæcunque ſequentur.
Tum quo ſubſiſtet numerus conſumptus in aſtro,
Quaue in parte ſuam ſummam, momenue relinquit,
Hæc erit exoriens & pars, & forma. Per igneis
Continua partes. vbi ſummam feceris vnam,
Tricenas dabis ex illa per ſingula ſigna,
Donec deficiat numerus. quaque ille ſub aſtri
Parte cadat, credas illam cum corpore natam
Eſſe hominis, pariterque orbem vidiſſe per ignes.
Sic erit ipſe tibi rapidis quærendus in aſtris
Natalis mundi, certoque horoſcopus ortu:
Vt, quum ex hoc ſedes ſteterit ſub cardine primo,
Fallere non poſſit ſummi faſtigia cæli
Signifer obliquus: ſtent fundamenta ſub imo:
Stent veri ſtellarum ortus, verique ſubortus.
Denique vt in proprias vires ſorteſque recedant.
Nunc ſua reddentur generatim tempora ſignis,
Quæ diuiſa etiam proprios ducuntur in annos,
Et menſes, luceſque ſuas, horaſque dierum,
Per quæ præcipuas oſtendunt ſingula vires.
Primus erit ſigni, quo Sol effulſerit, annus,

Annum

Annum quod luſtrans conſummat tempora mundi,
Proximus, atque alij ſubeuntia ſigna ſequuntur.
Luna dabit menſes, peragit quod menſtrua curſum.
Tutelæque ſuæ primas Horoſcopus horas
Aſſerit, atque dies, traditque ſequentibus aſtris.
Sic annum, menſeſque ſuos natura dieſque,
Atque ipſas voluit numerari ſigna per horas:
Omnia vt omne foret diuiſum tempus in aſtra,
Perque alterna ſuos variaret ſidera motus,
Vt cuiuſque vices ageret redeuntis in orbem.
Idcirco tanta eſt rerum diſcordia in æuo,
Et ſubtexta malis bona ſunt, lacrimæque ſequuntur
Vota, nec in cunctis ſeruat Fortuna tenorem.
Vſque adeo permixta fluit, nec permanet vſquam,
Amiſitque fidem variando cuncta per omnes.
Non annis anni, non menſes menſibus vſque
Conueniunt: ſeque ipſe dies, aliumque requirit.
Horaque non vlli ſimilis producitur horæ.
Tempora quod ſiſtant propriis parentia ſignis
Per numeros omnes æui diuiſa volantis:
Taleiſque efficiunt menſes, caſuſque minantur,
Qualia ſunt, quorum vicibus conuertimur, aſtra.
Sunt quibus & cæli pateat naſcentis ab hora
Sidere, quem memorant horoſcopon, in venturis
Parte quod ex illa deſcribitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora & aſtra,
Et capite ex vno menſes, annoſque, dieſque
Incipere, atque horas, tradique ſequentibus aſtris:
Et quanquam ſocia naſcuntur origine cuncta,
Diuerſas tamen eſſe vices: quod tardius illa,
Hæc citius peragunt orbem. venit omnis ad aſtrum
Hora die bis, menſe dies ſemel, vnus in anno
Menſis, & exactis bis ſex iam Solibus annus.

 Difficile

Difficile eſt in idem tempus concurrere cuncta,
Vnius vt ſigni pariter ſit menſis & annus.
* *Aſperiorem vt agat menſem: ſi menſis in aſtrum*
Lætius inciderit, ſignum ſit triſte diei:
Si Fortuna diem foueat, ſit durior hora.
Idcirco nihil in totum ſibi credere fas eſt,
Non annos ſignis, menſes vertentibus annis,
Menſibus aut luces, aut omnes lucibus horas:
Quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,
Et modo deeſt aliis, modo adeſt, vicibuſque recedit,
Aut redit, atque alio mutatur tempore tempus
Interpellatum variata ſorte dierum.
Et quoniam duxi per ſingula tempora vitæ
* *Quod quandoque genus venit, cuiuſque ſit aſtri*
Quiſque annus, cuius menſis ſimul hora, dieſque:
Altera nunc ratio, quæ ſummam continet æui,
Reddenda eſt, quot quæque annos dare ſigna ferantur.
Quæ tibi, quum finem vitæ per ſidera quæris,
Reſpicienda manet ratio, numeriſque notanda.
Bis quinos annos Aries, vnumque triente
Fraudatum dabit. appoſitis tu, Taure, duobus
Vincis, ſed totidem Geminorum vinceris aſtro.
Tuque bis octonos, Cancer, binoſque trientes:
Biſque nouem, Nemeee, dabis, beſſemque ſub illis.
Erigone geminatque decem, geminatque trientem.
Nec plures fuerint Libræ, quam Virginis anni.
Scorpios æquabit tribuentem dona Leonem.
Centauri fuerint eadem, quæ munera Cancri.
Ter quinos, Capricorne, dares, ſi quattuor eſſent
Appoſiti menſes. Triplicabit Aquarius annos
Quattuor, & menſes vitam producit in octo.
Piſcibus aſt Aries & ſorte & finibus hærens
Luſtra decem tribuet Solis cum menſibus octo.

Nec ſatis eſt annos ſignorum noſcere certos,
Ne lateat ratio finem quærentibus æui.
Templa quoque & partes cæli ſua munera norunt,
Et proprias tribuunt certo diſcrimine ſummas,
Quum bene conſtiterit ſtellarum conditus ordo.
Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur:
Mox veniet mixtura ſuis cum viribus omnis.
Quum bene materies ſteterit præcognita rerum,
Non interpoſitis turbabitur vndique membris.
Si bene conſtiterit primo ſub cardine Luna,
Quo redit in terras mundus, naſcenſque tenebit
Exortum, octonos decies ducetur in annos,
Si duo decedant. at quum ſub culmine ſummo
Conſiſtet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
Bis quadragenis occaſus diues in actu
Solis erat, numero niſi deeſſet Olympias vna.
Imaque tricenos bis fundamenta per annos
Cenſentur, bis ſex adiectis menſibus æuo.
Quodque prius natum fuerit, dextrumque trigonum,
Hoc ſexagenos tribuit, duplicatque quaternos.
Quod fuerit læuum, prælataque ſigna ſequetur,
Tricenos annos duplicat, tres inſuper addit.
Quæque ſuper ſignum naſcens a cardine primum
Tertia forma eſt, & ſummo iam proxima cælo,
Hæc ter viccnos geminat, tres abſtrahit annos.
Quæque infra veniet ſpatio diuiſa ſub æquo,
Per quinquagenas complet ſua munera brumas.
Quemque locum ſuperat naſcens horoſcopus, ille
Dena quater reuocat vertentis tempora Solis,
Accumulatque duos curſus, iuuenemque relinquit.
At qui præcedit ſurgentis cardinis horam,
Vicenos ternoſque dabit naſcentibus annos,
Vix deguſtatam rapiens ſub flore iuuentam.

Quod ſuper occaſus tentatum eſt, dena remittit
Annorum ſpatia, & decimam tribus applicat auctis.
Inferius puerum interimet: bis ſexque peracti
Immatura trahent natales corpora morti.
Sed tamen in primis memori ſunt mente notanda,
Partibus aduerſis quæ ſurgunt condita ſigna,
Diuiſumque tenent æquo diſcrimine cælum,
Quæ Tropica appellant, quod in illis quattuor anni
Tempora vertuntur ſignis, nodoſque reſoluunt,
Totumque emittunt conuerſo cardine mundum,
Inducuntque nouas operum, rerumque figuras.
Cancer ad æſtiua fulget faſtigia Zonæ,
Extenditque diem ſummum, paruoque receſſu
Deſtruit: vt, quanto fraudauit tempore luces,
In tantum noctes augeſcat ſumma per omnes:
Tum Cererem fragili properat diſtinguere culmo
Campus, & in varias deſtringunt membra palæſtras,
Et tepidum pelagus iactatis languet in vndis.
Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta,
Nec Scythiam defendit hiems. Germania ſicca
Iam tellure fugit, Niluſque tumeſcit in arua.
Hic rerum ſtatus eſt, Cancri quum ſidere Phœbus
Solſtitium facit, & ſummo verſatur Olympo.
Parte ex aduerſa brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit luces, & maxima noctis
Tempora, producitque diem, tenebraſque reſoluit.
Inque vicem nunc damna facit, nunc tempora ſupplet.
Tunc riget omnis ager, clauſum mare, condita caſtra.
Nec tolerant medias hiemes ſudantia ſaxa.
Statque vno natura loco, paulumque quieſcit,
Proxima in effectu ſimiles referentia motus
Eſſe ferunt noctes æquantia ſigna diebus.
Namque Aries Phœbum repetentem ſidera Cancri

Inter principium reditus, finemque coercet,
Tempora diuiſo iungens concordia mundo:
Conuertitque vices, victumque ad ſidera brumæ
Exuperare diem iubet, & ſuccumbere noctes,
Æſtiui donec veniant ad ſidera Cancri.
Tum primum miti pelagus conſternitur vnda,
Et varios audet flores emittere Tellus.
Tunc pecudum volucrumque genus per pabula læta
In Venerem partumque ruit, totumque canora
Voce nemus loquitur, frondemque vireſcit in omnem.
Viribus in tantum ſegnis natura mouetur.
Huic ex aduerſo ſimili cum ſorte refulget
Libra diem, noctemque pari cum fœdere ducens
Tantum, quo victas vſque ad ſe vincere noctes
Ex ipſa iubet ad brumam, quum tempora vincunt.
Tum Liber grauida deſcendit plenus ab vlmo,
Pinguiaque impreſſis deſpumant muſta racemis.
Mandant & ſulcis Cererem, dum terra tepore
Autumni reſoluta patet, dum ſemina ducit.
Quattuor hæc & in arte valent, & tempora vertunt
Sic hos atque illos rerum flectentia caſus,
Nec quicquam in prima patientia ſede manere.
Sed non per totas æqua eſt verſura figuras,
Omnia nec plenis vertuntur ſidera ſignis.
Vna dies ſub vtroque æquat ſibi tempore noctem.
Nam Libra, atque Aries autumnum, verque figurant.
Vna dies toto Cancri longiſſima ſigno,
Quoi nox æqualis Capricorni ſidere fertur.
Cætera nunc vrgent vicibus, nunc tempore cedunt.
Vna ergo in Tropicis pars eſt cernenda figuris,
Quæ moueat mundum, quæ rerum tempora mutet,
Fata nouet, conſulta alios declinet in vſus,
Nomina in aduerſum flectat, rurſuſque reuoluat.

Has quidam vires octaua in parte reponunt.
Sunt quibus eſſe placet decimas. nec defuit auctor,
Qui prima momenta daret frenoſque dierum.

M. MANILI
ASTRONOMICON
LIBER QVARTVS.

QVID *tam ſollicitis vitam conſumimus annis?*
Torquemurq. metu, cæcaq. cupidine rerum,
Æterniſque ſenes curis, dum quærimus æuum,
Perdimus, & nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam:
Pauperiorque bonis quiſque eſt, quo plura requirit:
Nec quod habet, numerat: tantum quod non habet, optat.
Quumque ſui paruos vſus natura repoſcat
Materiam ſtruimus magnæ per vota ruinæ:
Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas,
Et ſummum cenſus precium eſt effundere cenſum.
Soluite mortales animos, curaſque leuate,
Totque ſuperuacuis vitam deplete querelis.
Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege,
Longaque per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt, & ſæpius orta
Paupertas, arteſque datæ, moreſque creati,

Et vi-

Et vitia, & clades, damna, & compendia rerum.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum,
Fortunamue ſuis inuitam prendere votis,
Aut fugere inſtantem. ſors eſt ſua cuique ferenda.
At niſi fata darent leges vitæque neciſque,
Fugiſſent ignes Æneam, Troia ſub vno
Non euerſa viro fatis viciſſet in ipſis,
Aut Lupa proiectos nutriſſet Martia fratres,
Roma caſis & nata foret, pecudumque magiſtri
In Capitolinos auxiſſent culmina montes,
Includiue ſua potuiſſet Iuppiter arce:
Captus & a captis orbis foret: igne ſepulto
Vulneribus victor repetiſſet Mutius vrbem:
Solus & oppoſitis clauſiſſet Horatius armis
Pontem vrbemque ſimul: rupiſſet fœdera virgo,
Treſque ſub vnius fratres virtute iacerent.
Nulla acies tantum vicit. pendebat ab vno
Roma viro, regnumque orbis ſortita iacebat.
Quid referam Cannas, admotaque mœnibus arma?
Varronem profugum magnum quam viuere poſſe,
Poſtque tuos Thraſimene lacus? Fabiumque morantem?
Accepiſſe iugum victas Carthaginis arces?
Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis
Exilium Regi furtiua morte luiſſe?
Adde etiam vires Italas, Romamque ſuiſmet
Pugnantem membris. adice & ciuilia bella;
Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum:
Quod Conſul totiens, exulque, ex exule Conſul:
Et iacuit Libycis compar iactura ruinis,
Eque crepidinibus cepit Carthaginis vrbem.
Hoc niſi fata darent, nunquam Fortuna tuliſſet.
Quis te Niliaco periturum littore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelaguſque receptum,

Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos,
Quum iam etiam poſſes alium cognoſcere Magnum,
Crederet, vt corpus ſepeliret naufragus ignis,
Eiectæque rogum facerent fragmenta carinæ?
Quis tantum mutare poteſt ſine numine Fati?
Ille etiam cælo genitus, cæloque receptus,
Quum bene compoſitis victor ciuilibus armis
Iura togæ regeret, totiens prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto ſpectante Senatu
Indicium dextra retinens, nomenque cruore
Deleuit proprio, poſſent vt vincere fata.
Quid numerem euerſas vrbeis, Regumque ruinas?
Inque rogo Crœſum, Priamumque in littore truncum,
Cui nec Troia rogus? quid Xerxæ maius & ipſo
Naufragium pelago? quid capto ſanguine Regem
Romanis poſitum, raptoſque ex ignibus ignes,
Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat?
Quot ſubitæ veniunt validorum in corpora mortes?
Seque ipſæ rurſus fugiunt, errantque per igneis?
Ex ipſis quidam elati rediere ſepulchris.
Atque his vita duplex, illis vix contigit vna.
Ecce leuis perimit morbus, grauiorque remittit.
Succumbunt artes, rationis vincitur vſus.
Cura nocet, ceſſare iuuat. mora ſæpe malorum
Dat cauſas, læduntque cibi, parcuntque venena.
Degenerant nati patribus, vincuntque parentes,
Ingeniumque ſuum retinent. tranſitque per illum,
Ex illo Fortuna venit. furit alter amore,
Et pontum tranare poteſt, & vertere Troiam:
Alterius ſors eſt ſcribendis legibus apta.
Ecce patrem nati perimunt, natoſque parentes:
Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.
Non noſtrum hoc bellum eſt. coguntur tanta moueri,

Inque

Inque ſuas ferri pœnas, lacerandaque membra.
Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
Tempus, & inuictum deuicta morte Catonem,
Materies in rem ſuperat, ſed lege repugnat.
Et neque paupertas breuiores excipit annos,
Nec ſunt immenſis opibus venalia fata.
Sed rapit ex ſceptro funus Fortuna ſuperbo,
Indicitque rogum ſummis, ſtatuitque ſepulchrum.
Quantum eſt hoc regnum, quod regibus imperat ipſis?
Quin etiam infelix virtus, & noxia felix,
Et male conſultis precium eſt. prudentia fallit.
Nec Fortuna probat cauſſas, ſequiturque merenteis:
Sed vaga per cunctos nullo diſcrimine fertur.
Scilicet eſt aliud, quod nos cogatque regatque,
Maius, & in proprias ducat mortalia leges,
Attribuatque ſuos ex ſe naſcentibus annos,
Fortunæque vices. permiſcet ſæpe ferarum
Corpora cum membris hominum. non ſeminis ille
Partus erit. quid enim nobis commune, feriſque?
Quiſue in portenti noxam peccarit adulter?
Aſtra nouant formas, cælumque interſerit ora.
Denique ſi non eſt fati, cur traditur ordo,
Cunctaque temporibus certis ventura canuntur?
Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,
Virtutemue ſuis fraudare in præmia donis.
Nam neque mortiferas quiſquam minus oderit herbas,
Quod non arbitrio veniunt, ſed ſemine certo.
Gratia nec leuior tribuetur dulcibus eſcis,
Quod natura dedit fruges, non vlla voluntas.
Sic hominum menti tanto ſit gloria maior,
Quod cælo gaudente venit, rurſuſque nocenteis
Oderimus magis in culpam, pœnaſque creatos.
Nec refert, ſcelus vnde cadat. ſcelus eſſe fatendum.

Hoc quoque fatale eſt, ſic ipſum expendere fatum.
Quod quoniam docui, ſupereſt nunc ordine certo
Cæleſtes fabricare gradus, qui ducere flexo
Tramite prudentem valeant ad ſidera vatem.
Nunc tibi ſignorum mores, ſummumque colorem;
Et ſtudij varias arteis, ex ordine reddam.
Diues fœcundis Aries in vellera lanis,
Exutuſque nouis rurſus, ſpem ſemper habebit:
Naufragiumque inter ſubitum, cenſuſque beatos
Creſcendo cadet, & natis in damna feretur:
In iugulumque dabit fructus, & mille per arteis
Vellera diuerſos ex ſe parientia quæſtus:
Nunc glomerare rudes, nunc rurſus ſoluere lanas:
Nunc tenuare leui filo, nunc ducere telas:
Nunc emere, & varias in quæſtum vendere veſteis,
Quis ſine non poterant vllæ ſubſiſtere gentes,
Vel ſine luxuria. tantum eſt opus. ipſa ſuiſmet
Aſſeruit Pallas manibus, dignumque putauit,
Seque in Arachnea magnum putat eſſe triumphum.
Hæc ſtudia & ſimileis dicet naſcentibus arteis,
Et dubia trepido præcordia pectore finget,
Seque ſua ſemper cupientia vendere laude.
Taurus ſimplicibus donabit rura colonis:
Pacatiſque labor veniet. nec præmia laudis,
Sed Terræ tribuet partus. ſummittit aratris
Colla, iugumque ſuis poſcit ceruicibus ipſe.
Ille, ſuis Phœbi portat quum cornibus orbem,
Militiam indicit terris, & ſegnia rura
In veteres reuocat cultus dux ipſe laboris,
Nec iacet in ſulcis, ſoluitque in puluere pectus.
Seranos Curioſque tulit, faſceſque per arua
Tradidit, eque ſua Dictator venit aratro.
Laudis amor, tacitæ mentes, & corpora tarda

Mole

Mole valent, habitatque puer ſub fronte Cupido.
Mollius e Geminis ſtudium eſt, & mitior ætas,
Per varios cantus, modulataque vocibus ora,
Et graciles calamos, & neruis inſita verba,
Ingenitumque ſonum. labor eſt etiam ipſa voluptas.
Arma procul, lituoſque volunt, triſtemque ſenectam.
Otia & æternam peragunt in morte iuuentam.
Inueniunt & in aſtra vias, numeriſque modiſque
Conſummant orbem, poſtquam ipſos ſidera linquunt.
Natura ingenio minor eſt, perque omnia ſeruit.
In tot fœcundi Gemini commenta feruntur.
Cancer ad ardentem fulgens in cardine vittam,
Quam Phœbus ſummis reuocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet, luceſque reflectit.
Ille tenax animi, nulloſque effuſus in vſus,
Attribuit varios quæſtus artemque lucrorum:
Merce peregrina Fortunam ferre per vrbeis,
Et grauia annonæ ſpeculantem incendia, ventis
Credere opes, orbiſque orbi bona vendere poſſe,
Totque per ignotas commercia iungere terras,
Atque alio ſub Sole nouas exquirere prædas,
Et rerum precio ſubitos componere cenſus.
Nauigat, & celeres optando ſortibus annos,
Dulcibus vſuris æquo quoque tempora vendit.
Ingenium ſolers, ſuaque in compendia pugnax.
Quis dubitet, vaſti quæ ſit natura Leonis?
Quaſque ſuo dictet ſigno naſcentibus arteis?
Ille nouas ſemper pugnas, noua bella ferarum
Apparat, & pecorum ſpolio, viuitque rapinis.
Hoc habet, hoc ſtudium, poſtis ornare ſuperbos
Pellibus, & captas domibus præfigere prædas,
Et pacare metu ſiluas, & viuere rapto.
Sunt quorum ſimiles animos nec mœnia frenent,

Sed pecorum membris media graſſentur in vrbe,
Et laceros artus ſuſpendant fronte tabernæ,
Luxuriæque parent cædem, morteſque lucrentur.
Ingenium ad ſubitas iras, facileſque receſſus,
Ac quale eſt puero. ſententia pectore ſimplex.
At quibus Erigone dixit naſcentibus æuum,
Ora magiſterio, nudoſque coercita Virgo
Ad ſtudium ducit mores, & pectora doctis
Artibus inſtituit: nec tam compendia cenſus,
Quam cauſſas, vireſque dabit perquirere rerum.
Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi:
Atque oculos mentis, quæ poßit cernere cuncta,
Quamuis occultis naturæ condita cauſſis.
Hic & ſcriptor erit velox, cui littera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis
Excipiat longas noua per compendia voces.
In vitio bonus: at teneros pudor impedit annos,
Magnaque naturæ cohibendo munera frenat.
Hinc fœcundus erit, quod mirum in Virgine, partus.
Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis
Per noua maturi poſt annum tempora Bacchi,
Menſuræ & tribuent vſus, & pondera rerum,
Et Palamedeis certantem viribus ortum:
Qui primus numeros rebus, qui momina ſummis
Impoſuit, certumque modum, propriaſque figuras.
Hic etiam legum tabulas, & condita iura
Nouerit, atque notis leuibus pendentia verba.
Et licitum ſciet, & vetitum quæ pœna ſequatur,
Perpetuus populi priuato in limine Prætor.
Non alio potius genitus ſit Seruius aſtro,
Qui leges potius poſuit, quam iura retexit.
Denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum,
Et rectoris egens, diriment examina Libræ.

Scorpios armata violenta cuſpide cauda,
Qui ſua quum Phœbi currum per ſidera ducit,
Rimatur terras, & ſulcis ſemina miſcet,
In bellum ardenteis animos, & Martia caſtra
Efficit, & multo gaudentem ſanguine ciuem:
Nec præda, quam cæde magis. quumque ipſa ſub armis
Pax agitur, capiunt ſaltus, ſiluaſque pererrant.
Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum:
Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ:
Atque hoſtem ſibi quiſque parat, quum bella quieſcunt.
Sunt quibus & ſimulacra placent, & ludus in armis.
Tantus amor pugnæ eſt, diſcuntque per otia bellum,
Et quodcunque pari ſtudium producitur arte.
At quibus in bifero Centauri corpore ſors eſt
Naſcendi conceſſa, libet ſubiungere currus,
Ardenteis & equos ad mollia ducere frena,
Et totis armenta ſequi paſcentia campis,
Quadrupedum omne genus poſitis domitare magiſtris,
Exorare tigres, rabiemque auferre leoni,
Cumque elephante loqui, tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad ſpectacula molem.
Quippe feræ mixtum eſt hominis per ſidera corpus:
Impoſitumque manet: quocirca regnat in illas:
Quodque intenta gerit curuato ſpicula cornu:
Et neruos tribuit membris, & acumina cordi,
Et celeres motus, nec delaſſabile pectus.
Veſta tuos, Capricorne, fouet penetralibus ignes.
Hinc artes ſtudiumque trahis. nam quicquid in vſus
Ignis agit, poſcitque nouas ad munera flammas,
Sub te cenſendum eſt: ſcrutari cæca metalla,
Depoſitas & opes, terraque exurere venas,
Materiamque manu certa duplicarier arte:
Quicquid & argento fabricetur, quicquid & auro:

Quod

Quod ferrum calidi ſoluant, atque æra camini,
Conſumantque foci Cererem, tua munera ſurgent.
Addis & in veſtes ſtudium, mercemque fugacem
Frigore, brumalem ſeruans per ſidera ſortem,
Qua retrahis ductas ſumma ad faſtigia noctes,
Naſcentemque facis reuocatis lucibus annum.
Hinc eſt mobilitas rerum, mutataque ſæpe
Mens natat. at melior iuncto ſub Piſce ſenecta eſt.
Pars prior at Veneri mixto cum crimine ſeruit.
Ille quoque, inflexa fontem qui proiicit vrna,
Cognatas tribuit iuuenilis Aquarius artes
Cernere ſub terris. vndas inducere terris,
Ipſaque conuerſis aſpergere fluctibus aſtra,
Littoribuſque nouis per luxum ludere ponto,
Et varios fabricare lacus, & flumina ficta,
Et peregrinantes domibus ſuſpendere riuos.
Mille ſub hoc habitant artes, quas temperat vnda,
Quæ per aquas veniunt operum, ponteſque ſequuntur.
Quippe etiam mundi faciem, ſedeſque mouebit
Sidereas, cælumque nouum verſabit in orbem.
Mite genus, docileſque fluunt ab ſidere partus.
Pectora nec ſordent. faciles in damna feruntur.
Nec deeſt, nec ſupereſt cenſus. ſic profluit vrna.
Vltima quos gemini producunt ſidera Piſces,
His erit in pontum ſtudium, vitamque profundo
Credent, & puppes, aut puppibus arma parabunt,
Quicquid & in proprios pelagus deſiderat vſus.
Innumeræ veniunt artes. vix nomina rebus
Sufficiunt. tot ſunt, paruæ quot membra carinæ.
Adde gubernandi ſtudium. peruenit in aſtra,
Et pontum cælo coniunxit. nouerit orbem,
Fluminaque, & portus mundi, ventoſque, neceſſe eſt.
Iamque huc atque illuc agilem conuertere clauum,

Et fre-

Et frenare ratem, fluctuſque effindere rectos:
Aut remos agitare, & lentas flectere tonſas,
Et placidum inductis euerrere retibus æquor,
Littoribuſque ſuis populos exponere captos,
Aut vncos celare cibis, aut carcere fraudem:
Naualeis etiam pugnas, pendentia bella
Attribuunt, pelagique infectos ſanguine fluctus.
Fecundum genus eſt natis, & amica voluptas,
Et celeres motus, mutataque cuncta per æuum.
Hos tribuunt mores, atque has naſcentibus arteis
Bis ſex materia propria pollentia ſigna.
Sed nihil in ſemet totum valet. omnia vires
Cum certis ſociant ſignis ſub partibus æquis,
Et velut hoſpitio mundi commercia iungunt,
Conceduntque ſuas parteis retinentibus aſtris.
Quam partem decimam dixere Decania gentes.
A numero nomen poſitum eſt, quod partibus aſtra
Condita tricenis triplici ſub ſorte feruntur,
Et tribuunt denas in ſe coeuntibus aſtris,
Inque vicem ternis habitantur ſidera ſignis.
Sic altis natura manet conſepta tenebris,
Et verum in cæco eſt, multaque ambagine rerum.
Nec breuis eſt vſus, nec amat compendia cælum.
Verum alius alia oppoſita eſt, & fallit imago,
Mentiturque ſuas vires, & nomina celat.
Quæ tibi non oculis, alta ſed mente fuganda eſt
Caligo: penituſque Deus non fronte notandus.
Nunc quæ ſint coniuncta quibus, quoue ordine, reddam,
Ne lateant aliæ vires aliena per aſtra.
Namque Aries primam partem ſibi vindicat ipſi.
Altera ſors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
Sic inter denas diuiſum ducitur aſtrum.
Totque dabit vires, dominos quotcumque recepit.

Diuerſa in Tauro ratio eſt, nec parte ſub illa
Cenſetur. Cancro primam, mediamque Leoni,
Extremam Erigonæ tribuit natura per aſtrum.
Stat tamen, & proprias miſcet per ſingula vires.
Libra decem partes Geminorum prima capeſſit:
Scorpius adiunctam. Centauri tertia pars eſt.
Nec quiſquam numero diſcernitur: ordine cedit.
Cancer in aduerſum Capricorni dirigit aſtrum,
Bis quinas primum parteis dignatus in illo
Temporis articulo, ſub quo cenſetur & ipſe,
Quod facit æquales luces brumalibus vmbris,
Cognatamque gerit diuerſo in cardine legem.
Alterius partis perfundit Aquarius ignes,
Quem ſubeunt Piſces extremo ſidere Cancri.
At Leo conſortis meminit ſub lege trigoni,
Lanigerumque ducem recipit, Taurumque quadrato
Coniunctum ſibi. ſub Geminis pars tertia fertur.
Hos quoque coniungit per ſenos linea flexus.
Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem,
Quoi tribuit primam partem. vicina relicta eſt
Vicino, Nemeee, tibi. pars ipſius ima eſt,
Quæ faſtidito conceſſa eſt iure potiri.
Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem
Noctes atque dies diuerſo in tempore ſecum
Lanigerum ſequitur. veris iuga temperat ille:
Hæc autumnales componit lucibus horas.
Nulli concedit primam, traditque ſequenti
Vicinam partem. Centauri tertia ſumma eſt.
Scorpios in prima Capricornum parte locauit:
Alterius dominum, qui nomen fecit ab vndis.
Extremas voluit parteis ſub Piſcibus eſſe.
At qui contento minitatur ſpicula neruo,
Lanigero primas tradit ſub iure Trigoni,

Et me-

Et medias Tauro parteis, Geminiſque ſupremas.
Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi,
Sed munus reddit Cancro, recipitque receptus,
Principiumque ſui donat. coniuncta Leonis
Regna ferunt, ſummas partes at Virginis eſſe.
Fontibus æternis gaudens Vrnaque fluenti
Iura ſui Libræ permittit prima regenda.
Hærenteſque decem partes Nepa vindicat ipſi.
Summas Centaurus retinet iuuenile per aſtrum.
Iam ſuperant gemini Piſces, qui ſidera claudunt.
Lanigero primos tradunt in finibus vſus.
Perque decem medias parteis tu, Taure, receptus.
Quod ſupereſt, ipſi ſumunt, atque orbe feruntur
Extremo. ſic & ſortis pars vltima cedit.
Hac ratio retegit latitantis robora mundi,
In pluresque modos, repetitaque nomina cælum
Diuidit, & melius ſociat, quo ſæpius, orbem,
Ne tua ſub titulis fallantur pectora notis.
Diſſimulant, non oſtendunt mortalibus aſtra.
Altius eſt acies animi mittenda ſagacis,
Inque alto quærenda manent, iunctiſque ſequendum
Viribus, & cuius ſigni quis parte creatur,
Eius habet mores, atque illo naſcitur aſtro.
Talis per denas ſortes natura feretur.
Teſtis erit varius ſub eodem ſidere fœtus,
Quodque in tam multis animantum millibus, vno
Quæ veniunt ſigno, tot ſunt, quot corpora, mores,
Et genus externum referunt aliena per aſtra,
Confuſique fluunt partus hominum atque ferarum.
Scilicet in partes iunguntur condita plures,
Diuerſaſque ferunt proprio ſub nomine leges.
Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra,
Nec Gemini Muſas, nec merces Cancer amabit,

Nec Leo venator veniet, nec Virgo magiſtra,
Menſuris aut Libra potens, aut Scorpius armis,
Centauruſque feris, igni Capricornus, & vndis
Ipſe ſuis Iuuenis, geminique per æquora Piſces:
Mixta ſed in plureis ſociantur ſidera vires.
Multum, inquis, tenuemque iubes me ferre laborem,
Cernere quum facili lucem ratione viderer.
Quod quæris, Deus eſt. conaris ſcandere cælum,
Fataque fatali genitus cognoſcere lege,
Et tranſire tuum pectus, mundoque potiri.
Pro precio labor eſt, nec ſunt immunia tanta:
Nec mirere viæ flexus, rerumque catenas.
Admitti potuiſſe ſat eſt. ſunt cetera noſtra.
At niſi perfoſſis fugiet te montibus aurum,
Rurſus & in magna mergis caligine mentem,
Obſtabitque ſuis opibus ſuperaddita tellus.
Vt veniant gemmæ, totus tranſibitur orbis.
Nec lapidum precio pelagus cæpiſſe pigebit.
Annua ſolliciti conſummant vota coloni.
Ecquanta mercedis erunt fallacia rura?
Quæremus lucrum naui, Martemque ſequemur
In prædas. pudeat tanto bona velle caduca.
Luxuriæ quoque militia eſt vigil, atque ruinis
Venter: &, vt pereant, ſuſpirant ſæpe nepotes.
Quid cælo dabimus? quantum eſt, quo veneat omne?
Impendendus homo eſt, Deus eſſe vt poſſit in ipſo.
Hac tibi naſcentum mores ſunt lege notandi:
Nec ſatis eſt, ſignis dominantia diſcere ſigna
Per denos numeros, & quæ ſint inſita cuique.
Sed proprias parteis ipſas ſpectare memento,
Vel glacie rigidas, vel quas exuſſerit ignis,
Et ſteriles vtroque tamen, quas largior humor,
Quaſque minor iam ſuccus obit. namque omnia mixtis

Viribus

Viribus, & vario conſurgunt ſidera textu.
Eſt æquale nihil. terrenos aſpice tractus,
Et maris, & notis fugientia flumina ripis.
Crimen vbique frequens, & laudi noxia iuncta eſt.
Sic ſterilis terris lætis interuenit annus,
Ac ſubitos rumpit paruo diſcrimine fœtus,
Et modo portus erat pelagi, iam facta Charybdis,
Laudatique cadit poſt paulum gratia ponti.
Et nunc per ſcopulos, nunc campos labitur amnis:
Aut faciens iter, aut quærens vritue reditue.
Sic etiam cæli partes variantur in aſtris.
Vt ſignum a ſigno, ſic a ſe diſcrepat ipſum,
Momentoque negat vires victumque ſalubrem.
Quodque per has geritur partes, ſine fruge creatur,
Aut cadit, aut multis ſentit bona mixta querelis.
Hæ mihi ſignandæ proprio ſunt carmine partes.
Sed quis tot numeros toties ſub lege referre,
Tot partes iterare queat, tot dicere ſummas,
Per partis cauſſas faciem mutare loquendi,
Incidimus ſi verba piget? ſed gratia deerit:
In vanumque labor cedit, quem deſpicit auris.
Sed mihi per carmen fatalia iura ferenti,
Et ſacros cæli motus, ad iuſſa loquendum eſt:
Nec fingenda datur, tantum monſtranda figura.
Oſtendiſſe Deum nimis eſt. dabit ipſe ſibimet
Pondera. nec fas eſt verbis ſuſpendere mundum.
Rebus enim maior. nec parua eſt gratia noſtri
Oris, ſi tamen hæc poterit ſignare canendo.
Accipe, damnandæ quæ ſint per ſidera partes.
Lanigeri pars quarta nocet, nec ſexta ſalubris.
Septima pars illi ac decuma, decumaque ſecunda,
Quæque duas duplicat ſummas, ſeptemque nouemque,
Vnaque viginti numeris pars addita lædit,

Et quinta, & duram conſummans ſeptima partem.
Tauri nona mala eſt, ſimilis quoque tertia pars eſt
Poſt decumam, nec non decumæ pars ſeptima iuncta,
Biſque vndena nocens, & bis duodena nocentes.
Quæque decem treſque ingeminat, fraudatque duobus
Triginta numeris, & tu triceſima ſumma.
Peſtifera in Geminis pars prima, & tertia ſignis.
Septima non melior. ter quinæ noxia par eſt.
Vnaque bis denis breuior nocet, vnaque maior:
Et ſimilis noxæ veniet viceſima quinta:
Quumque duæ ſubeunt, vel quum ſe quattuor addunt.
Nec Cancri prima immunis, nec tertia pars eſt:
Nec ſexta, octauæ ſimilis: decumæque peractæ
Prima rapit: nec ter quinæ clementior vſus.
Septima poſt decimam luctum, & viceſima, portat:
Et quinta accedens, & ſeptima, nonaque ſumma.
Tu quoque contactu ſummo, Nemcee, timendus,
Et quarta ſub parte premis. bis quinta ſalubri
Terque caret cælo. viceſima & altera lædit,
Et tribus appoſitis iunctim totidemque ſequutis:
Vltima nec prima melior triceſima pars eſt.
Erigones nec pars prima eſt, nec ſexta, nec vna
Ad decumam, nec quarta, nec octaua vtilis vnquam.
Proxima viginti numeris, & quarta timendæ,
Et quæ ter decimam claudit ſors vltima partem.
Et quinta in Chelis, & ſeptima inutilis eſto.
Septima, & vndecimæ, decimæque & tertia iuncta,
Quartaque bis denis actis, & ſeptima, & ambæ,
Quæ numerum claudunt, nona & triceſima, partes.
Scorpios in prima reus eſt, cui tertia par eſt,
Et ſexta, & decima, & quæ ter quoque quina notatur,
Vndecimam geminans, & quæ viceſima quinta eſt,
Octauoque manet numero, nonumque capeſſit.

Si te

Si te fata ſinant, quartam ne dilige partem
Centauri, fuge & octauam, bis ſexque peractis,
Octo bis aut denis metuendus dicitur aer.
Quumque iterum duodena refert, aut terna, decemque,
Aut ſeptena quater, vel quum ter dena figurat.
Nec pars optanda eſt Capricorni ſeptima. nonæ
Conſentit, decimamque ſequens, quam tertia ſignat:
Et tribus, aut vna quæ te, viceſima, fraudat:
Quæue auget quinta, numero vel ſexta feretur.
*
Damnanda eſt decimæ ſuccedens prima peractæ.
Tertiaque & quinta, & numero quæ condita nono eſt:
Et poſt viginti prima, & viceſima quinta.
Cumque illa quartam accumulans viceſima nona.
Tertia per geminos, & quinta, & ſeptima, Piſces,
Vndecima &, decimæ metuenda & ſeptima iuncta,
Et quinta in quinos numeros reuocata, duaſque
Accipiens vltra ſummas, metuenda feretur.
Hæ partes ſterilem ducunt & frigore & igni
Aera, vel ſicco, vel quod ſuperauerit humor,
Si rapidus Mauors igneis iaculatur in illum,
Saturnus ſumet glaciem, Phœbuſque calores.
Nec te perceptis ſignorum cura relinquat
Partibus. in tempus quædam mutantur, & ortu
Accipiunt proprias vires; vltraque remittunt.
Namque vbi ſe ſummis Aries extollit ab vndis,
Et ceruice prior flexa, quam cornibus ibit,
Non contenta ſuo generabit pectora cenſu,
Et dabit in prædas animos, ſoluetque pudorem.
Tanta audere iuuat. ſic ipſe in cornua fertur,
Et ruit, & mutat, non vllis ſedibus idem.
Mollia per placidas deludunt otia curas,
Sed iuuat ignotas ſemper tranſire per vrbes,

Scrutari-

Scrutarique nouum pelagus, totius & eſſe
Orbis in hoſpitio. teſtis tibi Laniger ipſe,
Quum vitreum findens aurato vellere Pontum,
Orbatumque ſua Phryxum per fata ſorore
Phaſidos ad ripas, & Colchida tergore vexit.
At quos prima creant naſcentis ſidera Tauri,
Fœminei iaceant. nec longe cauſſa petenda eſt,
Si modo per cauſſas naturam quærere fas eſt.
Auerſus venit in cælum, diueſque puellis,
Pleiadum paruo referens glomerabile ſidus.
Accedent & ruris opes, propriaque iuuencum
Dote per inuerſos exornat vomere campos.
Sed Geminos æqua quum profert vnda tegitque
Parte, dabit ſtudia, & doctas producet ad arteis.
Nec triſte ingenium, ſed dulci tincta lepore
Corda creat: vociſque bonis, citharæque ſonantis
Inſtruit, & dotes alto cum pectore iungit.
At niger obſcura Cancer quum nube feretur,
Quæ velut exutus Phœbeis ignibus ignis
Deficit, & multa fuſcat caligine ſidus,
Lumina deficient ortos, geminamque creatis
Mortem fata dabunt. ſe quiſque, vt viuit, & effert.
Si quoi per ſummas auidus produxerit vndas
Ora Leo, & ſcandet malis hiſcentibus orbem;
Ille patri, natiſque reus, quas ceperit ipſe,
Non legabit opes, cenſumque immerget in ipſo.
Tanta fames animumque cibi tam dira cupido
Corripit, vt capiat ſemet, neque compleat vnquam,
Inque epulas funus reuocet, preciumque ſepulchri.
Erigone ſurgens, quæ rexit ſecula priſca
Iuſtitia, rurſuſque eadem labentia fugit,
Alta per imperium tribuit faſtigia ſummum:
Rectoremque dabit legum, iuriſque ſacrati,

Sancta pudicitia Diuorum templa colentem.
Sed quum autumnales cœperunt ſurgere Chelæ,
Felix æquato genitus ſub pondere Libræ
Iudex extremæ ſiſtet vitæque neciſque:
Imponetque iugum terris, legeſque rogabit.
Illum vrbes & regna trement, nutuque regentur
Vnius, & cæli poſt terras iura manebunt.
Scorpios extremæ quum tollit lumina caudæ,
Si quis erit ſtellis tum ſuffragantibus ortus,
Vrbibus augebit terras: iunctiſque iuuencis
Mœnia ſubcinctus curuo deſcribet aratro,
Aut ſternet poſitas vrbeis, inque arua reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet ariſtas.
Tanta erit & virtus, & cum virtute poteſtas.
Nec non Arcitenens prima quum veſte reſurgit,
Pectora clara dabit bello, magniſque triumphis
Conſpicuum patrias victorem ducet ad arces:
Altaque nunc ſtatuet, nunc condita mœnia vertet.
Sed nimium indulgens rebus Fortuna ſecundis,
Inuidet in facie, ſæuitque aſperrima fronti.
Horrendus bello Trebiam, Cannaſque, Lacumque
Ante fugam tali penſabat imagine victor.
Vltimus in cauda Capricornus acumine ſummo
Militiam Ponto dictat, puppiſque colendæ
Dura miniſteria, & vitæ diſcrimen inertis.
Quod ſi quem ſanctumq; velis, caſtumque, probumq;,
Hic tibi naſcetur, quum primus Aquarius exit.
Neue ſit in primos animus procedere Piſces.
Garrulitas odioſa datur, linguaque venenum
Verba maligna nouas muſſantis ſemper ad aureis.
Crimina per populum populi fert ore maligno.
Nulla fides inerit natis, ſed ſumma libido.
Ardentem medios animum libet ire per igneis.

Scilicet in piſcem ſeſe Cytherea nouauit,
Quum Babyloniacas ſummerſa profugit in vndas
Anguipedem alatus humeris Typhona furentem,
Inſeruitque ſuos ſquammoſis piſcibus ignes.
Nec ſolus fuerit geminis ſub Piſcibus ortus.
Frater erit, dulciſue ſoror, materue duorum.
Nunc age diuerſis dominantia ſidera terris
Percipe. ſed ſumma eſt rerum referenda figura.
Quattuor in partes cæli deſcribitur orbis,
Naſcentem, lapſumque diem, medioſque calores,
Teque Helice. totidem venti de partibus iiſdem
Erumpunt, ſecumque gerunt per inania bellum.
Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu:
Auſter amat medium Solem, Zephyruſque profectum.
Hos inter binæ mediis e partibus auræ
Expirant ſimiles mutato nomine flatus.
Ipſa vacat tellus pelagi luſtrata corona
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.
Inque ſinus pontum recipit, qui veſpere ab atro
Admiſſus dextra, Numidas, Libyamque calentem
Abluit, & magnæ quondam Carthaginis arces,
Littoraque in Syrteis reuocans ſinuata vadoſas,
Rurſuſque ad Nilum directus fluctibus exit.
Læua freti cædunt Hiſpanas æquore gentes,
Gallia *Teque in vicinis hærentem, Gallia, terris,*
Italiæque vrbes dextram inſinuantis in vndam
Vſque canes ad, Scylla, tuos, auidamque Charybdim.
Ac vbi ſe primum porta mare fudit ab illa,
Enatat Ionio, laxaſque vagatur in vndas.
Et prius in læua ſe fundens circuit omnem
Adriam. *Italiam, atque Adriam conſitatur nomine pontum,*
Eridanique bibit fluctus. ſecat æquore læuum
Illyrium, Epirumque lauat, claramque Corinthum,

Et Pelo-

Et Peloponneſi patulas circumuolat oras.
Rurſus & in læuum refluit, vaſtóque receſſu
Theſſaliæ fineis, & Achaica præterit arua.
Hic pontus, iuueniſque fretum, merſæque puellæ
Traditur inuitum, fauceſque Propontidos artæ
Euxino iungit ponto, Mæotis & vndis,
Quæ tergo coniuncta manet, pontumque miniſtrat.
Inde vbi in anguſtas iterum ſe nauita fauces
Helleſpontiacus reuocatus fluctibus effert,
Icarium, Ægæumque ſecat, læuaque nitenteis
Miratur populos Aſiæ, totidemque trophæa,
Quot loca, & innumeras gentes, arcumque minantem
Fluctibus, & Cilicum populos, Syriamque peruſtam,
Ingentique ſinu fugientes æquora terras:
Donec in Ægyptum redeant curuata per vndas
Littora, Niliacis iterum morientia ripis.
Hæc medium terris circumdat linea pontum,
Atque his vndarum tractum conſtringit habenis.
Mille iacent mediæ diffuſa per æquora terræ.
Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.
Trinacria Italia tantum præciſa receſſit.
Aduerſa Euboicos miratur Græcia monteis,
Et genitrix Crete ciuem ſortita Tonantem.
Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis:
*
Totque minora ſolo tamen emergentia ponto
Littora, & æquales Cycladas, Delonque, Rhodonque,
Aulidaque, & Tenedon, vicinaque Corſica terræ
Littora Sardiniæ, primamque intrantis in orbem
Oceani victricem Ebuſum, & Balearica regna.
Innumeri ſurgunt ſcopuli, monteſque per altum.
Nec tantum ex vna pontus ſibi parte recluſis
Faucibus abrupit orbem. nam littora plura

Impulit Oceano pontus. ſed montibus altis
Eſt vetitus, totam ne vinceret æquore terram.
Namque inter Borean, ortumque æſtate nitentem,
In longum anguſto penetrabilis æquore fluctus
Peruenit, & patulis tum demum funditur aruis,
Caſpiaque Euxini ſimilis facit æquora ponti.
Altera ſub medium Solem duo bella per vndas
Intulit Oceanus terris. nam Perſica fluctus
Arua tenet, titulum pelagi prædatus ab iiſdem,
Quæ rigat ipſe, locis, latoque infunditur orbi.
Nec procul in molles Arabas terramque ferentem
Delicias, variæque nouos radicis odores,
Leniter adfundit gemmantia littora pontus,
Et terræ mare nomen habet. media illa duobus.

*

Quondam Carthago regnum ſortita ſub armis,
Ignibus Albanas quum contudit Hannibal arces,
Fecit & æternam Trebiam, Cannaſque ſepulchris
Obruit, & Libyan Italas infudit in vrbeis.
Huic varias peſteis, diuerſaque monſtra ferarum
Conceſſit bellis natura infeſta futuris.
Horrendos angueis, habitataque membra veneno,
Et mortis partus, viuentia crimina terræ,
Et vaſtos elephantas habet, ſæuoſque leones
In pœnas fœcunda ſuas parit horrida Tellus,
Et portentoſos Cercopum ludit in ortus,
Ac ſterili peior ſiccas infeſtat arenas,
Donec ad Ægypti ponat ſua iura colonos.
Inde Aſiæ populi, diueſque per omnia Tellus,
Auratique fluunt amnes, gemmiſque relucet
Pontus. odoratæ ſpirant medicamina ſiluæ.
India notitia maior, Parthique vel orbis
Alter, & in cælum ſurgentis mœnia Tauri.

Totque

Totque illum circa diuiſæ nomine gentes
Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus vrbes,
Mæotiſque lacus, Euxinique aſpera ponti.
Hic Aſiæ metam poſuit natura potentis.
Quod ſupereſt, Europa tenet, quæ prima natantem
Fluctibus excepitque Iouem, Taurumque reſoluit.
Ille puellari donauit nomine fluctus,
Et monumenta ſui titulo ſacrauit amoris.
Princeps illa domus Troiani Græcia belli,
Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Vrbibus. in regnum florentes oris Athenæ,
Sparta manu, Thebæ diuis, & rege vel vno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Threce Martem ſortita colonum,
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus:
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma, quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cæloque adiungitur ipſa.
Hos erit in fines orbis, pontuſque notandus,
Quem Deus in parteis, & ſingula diuidit aſtra,
Ac ſua cuique dedit tutelæ regna per orbem,
Et proprias genteis, atque vrbes addidit altas,
In quibus efferrent præſtantes ſidera vires.
Ac velut humana eſt ſignis deſcripta figura,
Vt tanquam communis eat tutela per omne
Corpus, & in proprium diuiſis artubus extet:
(Namque Aries capiti, Taurus ceruicibus hæret,
Brachia ſub Geminis cenſentur, pectora Cancro,
Te ſcapulæ, Nemeee, vocant, teque ilia, Virgo:
Libra colit clunes, & Scorpius inguine regnat:
At femina Arcitenens, genua & Capricornus amauit,
Cruraque defendit Iuuenis, veſtigia Piſces:)
Sic alias aliud terras ſibi vindicat aſtrum.

Idcirco in varias leges, variaſque figuras
Diſpoſitum genus eſt hominum, proprioque colore
Formantur gentes, ſociataque iura per artus,
Materiamque parem priuato fœdere ſignant.
Flaua per ingenteis ſurgit Germania partus.
Gallia vicino minus eſt infecta rubore.
Aſperior ſolidos Hiſpania contrahit artus.
Martia Romanis orbis pater induit ora,
Gradiuumque ſuum miſcens bene temperat artus.
Perque coloratas ſubtilis Græcia gentes
Gymnaſium præfert vultu, forteſque palæſtras.
At Syriam produnt torti per tempora crines.
Æthiopes maculant orbem tenebriſque figurant
Perfuſas hominum gentes. minus India toſtis
Progenerat, mediumque facit moderata tenorem.
Iam propior telluſque natans Ægyptia Nilo
Lenius inriguis infuſcat corpora campis.
Pænus arenoſis Afrorum puluere terris
Exiccat populos, & Mauritania nomen
Oris habet, titulumque ſuo fert ipſa colore.
Adde ſonos totidem vocum, totidem inſere linguas,
Et mores pro ſorte pares, rituſque locorum.
Adde genus proprium ſimili ſub ſemine frugum,
Et Cererem varia redeuntem meſſe per orbem,
Nec paribus ſiliquas referentem viribus omneis,
Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,
Atque alias alijs fundentem collibus vuas:
Cinnama nec totis paſſim naſcentia campis:
Diuerſas pecudum facies, propriaſque ferarum,
Et duplici clauſos elephantes carcere terræ.
Quot partes orbis, totidem ſub partibus orbes,
Et certis deſcripta nitent regionibus aſtra,
Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore genteis.

Laniger

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo,
Caurum inter gelidum, tepidi per tempora Veris
Adſerit in vires pontum, quem vicerat ipſe,
Virgine delapſa quum fratrem ad littora vexit,
Et minui defleuit onus, dorſumque leuari.
Illum etiam venerata colit vicina Propontis,
Et Syriæ gentes, & laxo Perſis amictu
Veſtibus ipſa ſuis hærens, Niluſque tumeſcens
In Cancrum, & tellus Ægypti iuſſa natare.
Taurus habet Scythiæ monteis, Aſiamque potentem,
Et molles Arabes, ſiluarum ditia regna.
Euxinus Scythicos Pontus ſinuatus in arcus
Sub Geminis te, Phœbe, colit. poſt, brachia fratris
Vltimus ex ſolido tetrans. Colit India Cancrum:
Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignis.
Hoc color ipſe docet. Phrygia, Nemeee, potiris,
Idææ matris famulus, regnique ferocis
Cappadocum, Armeniæque. iugis Bithynia diues
Te colit, & Macetum tellus, quæ vicerat orbem.
Virgine ſub caſta felix terraque marique
Es Rhodos, hoſpitium recturi principis orbem.
Tuque domus vere Solis, cui tota ſacrata es,
Quum caperes lumen magni ſub Cæſare mundi.
Ioniæ quoque ſunt vrbes, & Dorica rura
Arcades antiqui, celebrataque Caria fama.
Quod potius regat Italiam, ſi ſelegis aſtrum
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera nouit,
Deſignat ſummas, & iniquum ſeparat æquo,
Tempora quo pendent, coeunt quo noxque dieſque?
Heſperiam ſua Libra tenet, qua condita Roma
Et propriis frenat pendentem nutibus orbem,
Orbis & imperium retinet; diſcrimina rerum
Lancibus, & poſitas gentes tollitque premitque.

Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit vrbem.
Inferius victa ſidus Carthaginis arces,
Et Libyam, Ægyptique latus, donataque rura,
** Tyrrhenas lacrimis radiatus Scorpius arces **
Eruit, Italiæque tamen reſpectat ad vndas,
Sardiniamque tenet, fuſaſque per æquora terras.
Gnoſia Centauro tellus circundata ponto
Paret, & in geminum Minois filius aſtrum
Ipſe venit geminus. celeres huic Creta ſagittas
Aſſerit, intentoſque imitatur ſideris arcus.
Inſula Trinacria fluitantem ad iura ſororem
Subſequitur Creten, ſub eodem condita ſigno,
Proximaque Italia, & tenui diuiſa profundo
Ora, pares ſequitur leges, nec ſidere ruptas.
Tu, Capricorne, regis, quicquid ſub Sole cadente
Expoſitum, gelidamque Helicen quod tangit. ab illo
Hiſpanas genteis, & quod fert Gallia diues,
Teque feris dignam tantum, Germania, matrem
Aſſerit ambiguum ſidus terræque mariſque
Æſtibus aſſiduis terram pontumque tenentem.
Sed Iuuenis nudos formatus mollior artus
Ægyptum ad, Leptimque, arces Tyriaſque recedit,
Et Cilicum genteis, vicina & Aquarius arua.
*Piſcibus Euphrates datus eſt, vbi piſcis * amator*
Quum fugeret Typhona, Venus ſubſedit in vndis.
Magna iacet tellus, magnis circundata ripis,
Parthis, & à Parthis domitæ per ſecula gentes,
** Bactraque, & Herios, Babylon, & Suſa, Panoſque **
Nominaque innumeris vix amplectenda figuris,
Et Tigris, & rubri radiantia littora ponti.
Sic diuiſa manet Tellus per ſidera cuncta.
E quibus in proprias parteis ſunt iura trahenda.
Namque eadem, quæ ſunt ſignis, commercia ſeruant.

Vtque

Vtque illa inter ſe coeunt, odioque repugnant
Nunc aduerſa polo, nunc & coniuncta trigono,
Quæque alia in varios effectus cauſſa gubernat:
Sic terræ terris reſpondent, vrbibus vrbes,
Littora littoribus, regnis contraria regna.
Sic erit & ſedes fugienda, petendaque cuique.
Sic ſperanda fides, ſic & metuenda pericla,
Vt genus in terram cælo deſcendit ab alto.
Percipe nunc etiam, quæ ſint Ecliptica Graio
Nomine, quæ certos quaſi delaſſata per annos
Nonnunquam ceſſant ſterili torpentia motu.
Scilicet immenſo nihil eſt æquale ſub æuo,
Perpetuoſque tenet flores, vnumque colorem.
Mutantur ſed cuncta diu variantque per annos;
Et fœcunda ſuis ſubſiſtunt frugibus arua,
Continuoſque negant partus effœta creando.
Rurſus quæ fuerant ſteriles ad ſemina terræ,
Poſt noua ſufficiunt, nullo mandante, tributa.
Concutitur Tellus validis compagibus hærens,
Subducitque ſolum pedibus. natat orbis in ipſo,
Et vomit Oceanus pontum, ſitienſque reſorbet,
Nec ſeſe ipſe capit. ſic quondam merſerat vrbes,
Humani generis quum ſolus conſtitit hæres
Deucalion, ſcopuloque orbem poſſedit in vno.
Necnon quum patrias Phaethon tentauit habenas,
Arſerunt gentes, timuitque incendia cælum,
Fugeruntque nouas ardentia ſidera flammas,
Atque vno timuit condi natura ſepulchro.
In tantum longo mutantur tempora curſu,
Atque iterum in ſemet redeunt. ſic tempore certo
Signa quoque amittunt vires, ſumuntque receptas.
Cauſſa patet, quod Luna quibus defecit in aſtris
Orba ſui fratris, noctiſque immerſa tenebris,

Quum medios Phœbi radios intercipit orbis,
Nec trahit in ſe tum, quo fulget, Delia lumen,
Hæc quoque ſigna ſuo pariter cum ſidere languent
Incuruata ſimul, ſolitoque excepta vigore,
Et veluti elatam Phœben in funere lugent.
Ipſa, docet titulus cauſſæ, quæ Ecliptica ſigna
Dixere antiqui. pariter ſubbina laborant,
Nec vicina loco, ſed quæ contraria fulgent:
Sicut Luna ſuo tunc tantum deficit orbe,
Quum Phœbum aduerſis currentem non videt aſtris.
Nec tamen æquali langueſcunt tempore cuncta.
Namque modo infectus totus producitur annus,
Nunc breuius laſſata manent, nunc longius aſtra,
Exceduntque ſuo Phœbeia tempora caſu.
Atque vbi perfectum eſt ſpatium, quod cuique dicatur,
Impleruntque ſuos certa ſtatione labores
Bina per aduerſum cælum fulgentia ſigna:
Tum vicina labant ipſis hærentia ſignis,
Quæ prius in terras veniunt, terraſque relinquunt:
Sidereo non vt pugnet contrarius orbis,
Sed qua mundus agit curſus, inclinat & ipſe,
Amiſſaſque negat vires, nec munera tanta
Nec ſimiles reddit noxas. locus omnia vertit.
Sed quid tam tenui prodeſt ratione nitentem
Scrutari mundum, ſi mens ſua cuique repugnat,
Spemque timor tollit, prohibetque a limine cæli?
Condit enim quicquid vaſto natura receſſu,
Mortaleſque fugit viſus, & pectora noſtra.
Nec prodeſſe poteſt, quod fatis cuncta reguntur,
Quum fatum nulla poſſit ratione videri.
Quid iuuat in ſemet ſua per conuitia ferri,
Et fraudare bonis, quæ nec Deus inuidet ipſe,
Quoſque dedit natura, oculos deponere mentis?

Perſpicimus

Perſpicimus Cælum; cur non & munera Cæli?
Quanta at pars ſupereſt rationem diſcere noctis;
Inque ipſos penitus mundi deſcendere cenſus;
Seminibuſque ſuis tantam componere molem;
Et precium cælo ſua per nutritia ferre;
Extremumque ſequi portum, terræque ſubire
Pendentis tractus, & toto viuere in orbe?
Iam nuſquam natura latet. peruidimus omnem,
Et capto potimur mundo, noſtrumque parentem
Pars ſua conſpicimus, genitique accedimus aſtris.
An dubium eſt habitare Deum ſub pectore noſtro?
In cælumque redire animas, cæloque venire?
Vtque ſit ex omni conſtructus corpore mundus,
Aeris atque ignis ſummi, terræque, mariſque;
Spiritus & toto rapido quæ iuſſa gubernans:
Sic eſſe in nobis terrena corpora ſortis,
Sanguineaſque animas animo, qui cuncta gubernat,
Diſpenſatque hominem? quid mirum, noſcere mundum
Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis;
Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine parua?
An quoquam genitos, niſi cælo, credere fas eſt
Eſſe homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra, vel merſa vadis, vel in aere pendent.
Omnibus vna quies, venter, ſenſuſque per artus,
Et quia conſilium non eſt, & lingua remiſſa,
Vnus & inſpectus rerum, vireſque loquendi
Ingeniumque capax varias educit in arteis.
Hic artus quicunque regit, ſeceſſit in orbem,
Et domuit terram ad fruges, animalia cepit,
Impoſuitque viam ponto, ſtetit vnus in arcem
Erectus capitis, victorque ad ſidera mittit
Sidereos oculos, propiuſque aſpectat Olympum,
Inquiritque Iouem, nec ſola fronte Deorum

Contentus manet, & cælum ſcrutatur in alto,
Cognatumque ſequens corpus ſe quærit in aſtris.
Hinc in tanta fidem petimus, quam ſæpe volucres
Accipiunt trepidæque ſuo ſub pectore fibræ.
An minus eſt ſacris rationem ducere ſignis,
Quam pecudum mortes, auiumque attendere cantus?
Atqui adeo faciem cæli non inuidet orbi
Ipſe Deus, vultuſque ſuos, corpuſque recludit
Semper voluendo, ſeque ipſum inculcat & offert,.
Vt benè cognoſci poſſit, doceatque videndo,
Qualis eat, doceatque ſuas attenderè leges.
Ipſe vocat noſtros animos ad ſidera mundus:
Nec patitur, quia non condit, ſua iura latere.
Quis putat eſſe nefas noſci, quod cernere fas eſt?
Ne contemne tuas quaſi paruo in corpore vires.
Quo valet, immenſum eſt. ſic auri pondera parui
Exuperant precio numeroſos æris acernos.
Sic adamas punctum lapidis, precioſior auro eſt.
Paruula ſic totum peruiſit pupula cælum.
Quoq; vident oculi, minimum eſt, quum maxima cernant.
Sic animi ſedes tenui ſub corde locata.
Per totum anguſto regnat de limite corpus.
Materiæ ne quære modum, ſed perſpice vires,
Quas ratio, non pondus habet. ratio omnia vincit.
Ne dubites homini diuinos credere viſus.
Iam facit ipſe Deos, mittitque ad ſidera numen,
Maius & Auguſto creſcit ſub principe cælum.

Concedit Auguria et Haruspices.

Augustus a Tyberio consecratus. Hinc Autor huius libri Christianus non est Manilius à Vossio Manilio suppositus.

M. MA-

M. MANILI
ASTRONOMICON
LIBER QVINTVS.

HIC alius finiſſet iter, ſigniſque relictis,
Quis aduerſa meant ſtellarũ lumina quinq;,
Quadriiugis & Phœbus equis, & Delia bigis,
Non vltra ſtruxiſſet opus, cæloque rediret,
Ac per deſcenſum medios decurreret ignes
Saturni, Iouis, & Martis, Soliſque ſub illis:
Poſt Venerem, & Maia natum, te, Luna, vagantem.
Me properare viam mundi iubet: omnia circum
Sidera vectatum toto decurrere cælo,
Quum ſemel æthereos iuſſus conſcendere currus
Summum contigerim ſua per faſtigia culmen.
Hinc vocat Orion magni pars maxima cæli,
Et Ratis Heroum, quæ nunc quoque nauigat aſtris,
Fluminaque errantis late ſinuantia flexus,
Et biferum Cetum ſquammis, atque ore tremendo,
Heſperidumque vigil cuſtos, & diuitis auri,
Et Canis in totum portans incendia mundum,
Araque Diuorum, cui votum ſoluit Olympus.
Illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos,
Heniochuſque memor currus, plauſtrique Bootes,
Atque Ariadneæ cæleſtia dona coronæ,
Victor & inuiſæ Perſeus cum falce Meduſæ,

Andromedamque negans genitor cum coniuge Cepheus,
Quaque volat ſtellatus Equus, celerique Sagittæ
Delphinus certans, & Iuppiter alite tectus,
Cæteraque in toto paſſim labentia cælo.
Quæ mihi per proprias vires ſunt cuncta canenda,
Quid valeant ortu, quid quum merguntur in vndas,
Et quo de bis ſex aſtris pars quemque reducat.
Has ſtellis proprias vires & tempora rerum
Conſtituit magni quondam fabricator Olympi.
Vir gregis & Ponti victor, cui parte relicta
Nomen onuſque dedit, nec pelle immunis ab ipſa:
Colchidis & magicas arteis qui vertere Iolcho
Medeam iuſſit, monitque venena per orbem,
Nunc quoque vicinam puppim, ceu nauiget, Argo
A dextri lateris ducit regione per aſtra.
Sed quum prima ſuos puppis conſurgit in ignes,
Quattuor in parteis quum corniger extulit ora,
Illo quiſquis erit terris oriente creatus,
Rector erit puppis, clauoque immobilis hærens
Mutabit pelago terras, ventiſque ſequetur
Fortunam, totumque volet tranare profundum
Claſſibus, atque alios menſes, aliumque videre
Phaſin, & in cautes Tiphyn ſuperare trementem.
Tolle iſtos partus hominum ſub ſidere tali:
Suſtuleris bellum Troiæ, claſſemque ſolutam
Sanguine, & appulſam terris: non inuehet vndis
Sipara, nec pelagus Xerxes ferietque tegetque:
* *Vera Syracuſis Salamis non mergit Athenas,**
Punica nec toto fluitabunt æquore roſtra,
Actiacoſque ſinus inter ſuſpenſus vtrinque
Orbis, & in ponto cæli Fortuna natabit.
His ducibus cæco ducuntur in æquore claſſes,
Et coit ipſa ſibi Tellus, totuſque per vſus

Diuerſos

Diuerſos rerum ventis arceſſitur orbis.
Sed ſumma lateris ſurgens de parte ſiniſtri
Maximus Orion, magnum complexus Olympum;
Quo fulgente ſuper terras cælumque trahente
Ementita diem nigras nox contrahit alas,
Solertes animos, velocia corpora finget,
Atque agilem officio mentem, curaſque per omneis
Indelaſſato properantia corda vigore.
Inſtar erit populi, totaque habitabit in vrbe
Limina peruolitans, vnumque per omnia verbum
Mane ſalutandi portans communis amicus.
Sed quum ſe terris Aries ter quinque peractis
Partibus extollit, primum iuga tollit ab vndis
Heniochus, cliuoque rotas conuellit ab imo,
Qua gelidus Boreas Aquilonibus inſtat acutis.
Ille dabit proprium ſtudium cæloque retentas,
Quas prius in terris agitator amauerat, arteis:
Stare leui curru moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis, & flectere equorum
Præualidas vires, ac torto ſtringere gyro:
Aut quum laxato fugerunt cardine clauſtra,
Exagitare feros, pronumque anteire volanteis,
Vixque rotis leuibus ſummum contingere campum,
Vincentem pedibus ventos, vel prima tenentem
Agmina. in obliquum currus agitare malignos,
Obſtantemque mora totum perludere Circum, Perludere
Vel medium turbæ. nunc dextros ire per orbes
Fidentem campo: nunc meta currere acuta,
Spemque ſub extremo dubiam ſuſpendere caſu.
Necnon alterno deſultor ſidere dorſo
Quadrupedum, & ſtabilis poterit defigere plantas
Per quos vadit equos. ludet per terga volantum,
Aut ſolo vectatus equo. nunc arma mouebit,

Nunc

Nunc licet in longo per curſus præmia Circo,
Quicquid de tali ſtudio formatur, habebit.
Hinc mihi Salmoneus, qui cælum imitatur in orbe
Pontibus impoſitis, miſsiſque per æra quadrigis
Expreßiſſe ſonum mundi ſibi viſus, & ipſum
Admouiſſe Iouem terris de fulmine fingit,
Senſit & immenſos igneus, ſuper ipſe ſequutus
Morte Iouem didicit, generatus poſsit haberi.
Hoc genitum credas de ſidere Bellerophontem
Impoſuiſſe viam mundo per ſigna volantem:
Cui cælum campus fuerat, terræque, fretumque
Sub pedibus. non vlla tulit veſtigia campus.
Hæc erit Heniochi ſurgens tibi forma cauenda.
Quumque decem partes Aries duplicauerit ortus,
Incipient Hædi tremulum producere mentum,
Hirtaque tum demum terris promittere terga,
Qua dexter Boreas ſpirat. nec crede ſeuera
Frontis opus ſigno, ſtrictos nec crede Catones,
Aut Brutum, atque parem Torquatum, & Horatia facta.
Maius onus ſigno eſt, Hædis nec tanta petulcis
Conueniunt. leuibus gaudent, laſciuaque ſignant
Pectora, & in luſus agiles, agilemque vigorem
Deſudant. vario ducunt in amore iuuentam.
In vulnus nunquam virtus, ſed ſæpe libido
Impellit, turpiſque emitur vel morte voluptas.
Et minimum cecidiſſe malum eſt, ſed crimine victum.
Necnon & cultus pecorum naſcentibus addunt,
Paſtoremque ſuum generant, cui fiſtula collo
Hæreat, & voces alterna per oſcula ducat.
Sed quum bis denas augebit ſeptima partes
Lanigeri ſurgunt Hyades: quo tempore natis
Nulla quies placet. in nullo ſunt otia fructu:
Sed populum, turbamque petunt, rerumque tumultus.

Seditio

Seditio clamorque iuuat, Gracchoſque tenentes
Roſtra volunt, montemque Sacrum rareſque Quirites
Pacis. bella probant, curæque alimenta miniſtrant.
Immundoſque greges agitant per ſordida rura.
Et fidum Laertiadæ genuere ſyboten.
Hos generant Hyades mores. Surgentibus aſtris
Vltima Lanigeri quum pars excluditur orbi,
Quæ totum oſtendit terris, atque eruit vndis,
Olenie ſeruans prægreſſos tollitur Hædos
E gelido ſtellata polo, quæ dextera pars eſt,
Officio magni mater Iouis. illa Tonanti
Fundamenta dedit, pectuſque impleuit hiantis
Lacte ſuo, dedit & dignas ad fulmina vires.
Hinc timidæ mentes, tremebundaque corda creantur,
Suſpenſa trepidis, leuibuſque obnoxia cauſſis.
His etiam ingenitur viſendi ignota cupido,
Vt noua per, monteſque, ruunt arbuſta capellæ
Semper, & vlterius paſcentes tendere gaudent.
Taurus in auerſos præceps vt tollitur ortus
Sexta parte ſui, certantes lucis ad oras
Pleiades ducit: quibus aſpirantibus almam
In lucem eduntur Bacchi, Veneriſque ſequaces:
Perque dapes, menſaque ſuper petulantia corda,
Et ſale mordaci dulces quærentia riſus.
Illis cura ſui cultus, frontiſque decoræ
Semper erit: tortos in fluctum ponere crineis,
Aut vinclis reuocare comas, & vertice denſo
Fingere, & appoſitis caput emutare capillis,
Pumicibuſque cauis horrentia membra polire,
Atque odiſſe virum, ſterileſque optare lacertos.
Fœmineæ veſtes, nec inſunt tegmina plantis,
Sed ſpecies, fictique placent ad mollia greſſus.
Naturæ pudet, atque habitat ſub pectore cæco

Ambitio, & morbum virtutis nomine iactant.
Semper amare parum eſt: cupient & amare videri.
Iam vero Geminis fraterna ferentibus aſtra
In cælum, ſummoque natantibus æquore Ponti,
Septima pars Leporem tollit, quo ſidere natis
Vix alis Natura negat volucreſque meatus.
Tantus erit per membra vigor referentia ventos.
Ille prius victor ſtadio, quam miſſus, abibit.
Ille cito monitu rigidos eludere caſtus,
Nunc exire leuis miſſas, nunc mittere palmas,
Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus penſare manus, & ludere ſaltu,
Mobilibuſque citos ictus glomerare lacertis:
Ille potens turbam perfundere membra pilarum,
Per totumque vagas corpus diſponere palmas,
Vt teneat tantos orbeis, ſibique ipſe reludat,
Et velut edoctos iubeat volitare per ipſum.
Inuigilat ſomnis. curas induſtria vincit.
Otia per varios excercet dulcia luſus.
Nunc Cancro vicina canam, cui parte ſiniſtra
Conſurgunt Iugulæ: quibus aſpirantibus orti
Te, Meleagre, colunt flammis habitantibus vſtum,
Atque Atalanteos conatum ferre lābores,
Reddentemque tua per mortem munera matri:
Cuius & ante necem paulatim vita ſepulta eſt.
Et Calydonea bellantem rupe puellam,
Vincentemque viros, &, quam potuiſſe videri
Virgine maius erat, ſternentem vulnere primo:
Quamque erat Actæon ſiluis imitandus & ante
Quam canibus noua præda fuit. ducuntur & ipſi
Retibus, & claudunt campos formidine mortis,
Mendaceſque parant foueas, laqueoſque tenaces,
Currenteiſque feras pedicarum compede nectunt,

Aut ca-

Aut canibus ferroue necant, prædaſque reportant.
Sunt quibus in ponto ſtudium eſt cepiſſe ferarum
Diuerſas facies, & cæco merſa profundo
Sternere littoreis monſtrorum corpora arenis,
Horrendumque fretis in bella laceſſere pontum,
Et colare vagos inductis retibus amneis,
Ac per nulla ſequi dubitant veſtigia prædæ.
Luxuriæ quia terra parum, faſtidiet orbem
Venter, & ipſe gulam Nereus ex æquore paſcet.
At Procyon oriens, quum iam viceſima Cancri
Septimaque ex vndis pars ſeſe emergit in aſtra,
Venatus non ille quidem, verum arma creatis
Venandi tribuit: catulos nutrire ſagaces,
Et genus a proauis, mores numerare per artes,
Retiaque, & valida venabula cuſpide fixa,
Lentaque contextis formare haſtilia nodis,
Et quodcunque ſolet venandi poſcere cura
In proprios fabricare dabit venalia quæſtus.
Quum vero in vaſtos ſurgit Nemeeus hiatus,
Exoriturque Canis, latratque Canicula flammans,
Et rabit igne ſuo geminatque incendia Solis:
Qua ſubdente facem terris, radioſque mouente
Dimicat in cineres orbis, fatumque ſupremum
Sortitur, languetque ſuis Neptunus in vndis,
Et viridis nemori ſanguis decedit, & herbis.
Cuncta peregrinos orbeis animalia quærunt.
Atque eget alterius mundus. natura ſuiſmet
Ægrotat morbis nimios obſeſſa per æſtus,
Inque rogo viuit. tantus per ſidera feruor
Funditur, atque vno ceu ſint in lumine cuncta.
Hæc vbi ſe ponto per pronas extulit oras,
Naſcentem ſi quem pelagi perſtrinxerit vnda,
Effrenos animos, violentaque pectora fingit,

Irarumque dabit fluctus, odiumque, metumque
Totius vulgi. præcurrunt verba: loquentis
Ante os eſt animus: nec magnis concita cauſis
Corda micant, & lingua rabit, latratque loquendo:
Morſibus & crebris dentes in voce relinquit.
Ardeſcit [illegible] itium, vireſque miniſtrat
Bacchus, & in flammam ſæuas exuſcitat iras.
Nec ſiluas rupeſque timet, vaſtoſque leones,
Aut ſpumantis apri dentes, atque arma ferarum,
Effunditque ſuas conceſſo in robore flammas.
Nec talis mirere arteis ſub ſidere tali.
Cernis, vt ipſum etiam ſidus venetur in aſtris?
Progreſſum quærit Leporem comprendere curſu.
Vltima pars magni quum tollitur orbe Leonis,
Crater auratis ſurgit cælatus ab aſtris.
Inde trahit quicunque genus, moreſque, ſequetur
Inriguos ruris campos, amneiſque, lacuſque:
Et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad vlmos,
Diſponetque iugis imitatas fronde choreas;
Robore vel proprio fidentem in brachia ducet,
Teque tibi credet ſemper. quin matre reſectum
Adiunget calamis, ſegetemque interferet vuis:
Quæque alia innumeri cultus eſt forma per orbem,
Pro regione colet. nec parce vina recepta
Hauriet emiſcens, & fructibus ipſe fruetur,
Gaudebitque mero, mergetque in pocula mentem.
Nec ſolum terra ſpem credet in annua vota:
Annonæ quoque vectigal, merceſque ſequetur,
Præcipue quas humor alit, nec deſerit vnda.
Tales effinget Crater humoris amator.
Iam ſubit Erigone. quæ quum ter quinque feretur
Partibus ereptis ponto, tollentur ab vndis
Clara Ariadneæ quondam monumenta coronæ,

Et mol-

Et molles tribuent arteis. hinc dona puellæ
Namque nitent. illinc oriens eſt ipſa puella.
Ille colet nitidis gemmantem floribus ortum,
Pallenteis violas, & purpureos hyacinthos,
Liliaque, & Tyrias imitata papauera laces,
Vernantiſque roſæ rubicundo ſanguine florem.
Cæruleum foliis viridi quin gramine collem
Conferet, & veris depinget prata figuris:
Aut varios nectet flores, ſertiſque locabit;
Effingetque ſuum ſimiles. in mutua preſſos
Incoquet, atque Arabum ſiluis mulcebit odores:
Et medicos vnguenta dabit referentia flatus,
Vt ſit adulterio ſuccorum gratia maior:
Munditiæ cultuſque adſunt, arteſque decoræ,
Et lenocinium vitæ præſenſque voluptas.
Virginis hoc anni poſcunt, floreſque coronæ.
At quum per decimam conſurgens horrida partem
Spica, feret præ ſe ſquallentis corpus ariſtæ:
Aruorum ingenerat ſtudium, ruriſque colendi,
Seminaque in fœnus ſulcatis credere terris,
Vſuramque ſequi maiorem ſorte, receptis
Frugibus innumeris, atque horrea quærere meſſi,
Quod ſolum decuit mortaleis noſſe metallum.
Nulla fames, non vlla forent ieiunia terris.
Diues erat cenſus ſaturatis gentibus orbis,
Et ſi forte labor ruris tardauerit arteis,
Quis ſine nulla Ceres, non vllus ſeminis vſus,
Subdere fracturos ſilicis frumenta, ſuperque
Ducere pendenteis orbes, & mergere farra,
Ac torrere focis, hominumque alimenta parare,
Atque vnum genus in multas variare figuras.
Et quia diſpoſitis aptatur ſpica per artem
Frugibus: exſtructu ſimili componitur ordo,

Seminibuſque ſuis cellas atque horrea præbet.
Sed parte octaua ſurgentem cerne Sagittam
Chelarum. dabit & iaculum torquere lacertis,
Et calamum neruis, glebas & mittere virgis,
Pendentemque ſuo volucrem deprendere cælo,
Cuſpide vel triplici ſecurum figere piſcem.
Quod potius dederim Teucro ſiduſue genuſue?
Teue, Philoctete, cui malim credere parti?
Hectoris ille faces arcu, teloque fugauit,
Mittebat qui vos, igneis, in mille carinas.
Hinc ortam pharetram, Troiæ bellumque gerebat,
Maior & armatis hoſtis ſubſederat exul.
Quin etiam ille pater tali de ſidere cretus
Eſſe poteſt, qui ſerpentem ſuper ora cubantem,
Infelix, nati ſomnumque, animamque bibentem,
Suſtinuit miſſo petere & proſternere telo.
Ars erat eſſe patrem. vicit natura periclum,
Et pariter iuuenem ſomnoque ac morte leuauit
Tunc iterum natum, & fato per ſomnia raptum.
At quum ſecretis improuidus Hædus in aſtris
Erranti ſimilis, fratrum veſtigia quærit,
Poſtque gregem longo producitur interuallo,
Solertes animos, agitataque pectora in vſus
Effingit variis nec deficientia curis,
Nec contenta domo. populi ſunt illa miniſtra,
Perque magiſtratus, & publica iura feruntur.
Non vllo careat digito, quaque ierit, haſta:
Defueritque bonis ſector, pœnamque lucretur
Noxius, & patriam fraudarit debitor æris.
Cognitor eſt vrbis. nec non laſciuit amores
In varios, ponitque forum, ſe datque Lyæo.
Mobilis in ſaltus, & ſcena mollior arte.
Nunc ſurgente Lyra, teſtudinis enatat vndis

Forma,

Forma, per heredem tantum præfata ſonantis,
Chelarum ſurget quum pars viceſima ſexta.
Qua quondam ſonitumque ferens Oeagrius Orpheus,
Et ſenſus ſcopulis, & ſiluis addidit aures,
Et Diti lacrimas, & morti denique finem.
Hinc venient vocis dotes Boreæque ſonantis,
Garrula quæ modulis diuerſe tibia format,
Et quodcumque manu loquitur, flatuque mouetur.
Ille dabit cantus inter conuiuia dulces,
Mulcebitque ſono Bacchum, noctiſque tenebris.
Quin etiam curas inter ſecreta mouebit
Carmina furtiuo modulatus murmure vocem:
Solus & ipſe ſuas ſemper cantabit ad aures.
Hinc diſtante Lyra, quæ cornua ducit in aſtra,
Sed regione Nepæ vix partes octo trahentis,
Ara ferens thuris ſtellis imitantibus ignem,
In qua deuoti quondam cecidere Gigantes,
Nec prius armauit violento fulmine dextram
Iuppiter, ante Deos quam conſtitit ipſe ſacerdos;
Quos potius finget ortus, quam templa colentes,
Atque autoratos in tertia iura miniſtros,
Diuorumque ſacra venerantes numina voce,
Pene Deos, & qui poſſunt ventura videre?
Quattuor appoſitis Centaurus partibus effert
Sidera, & ex ipſo mores naſcentibus addit.
Aut mulos aget aut mannos, miſtoſque iugabit
Semine quadrupedes; aut curru celſior ibit:
Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma.
Ille tenet medicas artis ad membra ferarum,
Et non auditos mutarum tollere morbos:
Hoc eſt artis opus non expectare gementes,
Et ſibi non ægros iamdudum credere corpus.
Nunc ſubit Arcitenens, cuius pars quinta nitentem

Arcturum oſtendit ponto, quo tempore natis
Fortuna ipſa ſuos audet committere cenſus,
Regales vt opes, & ſancta æraria ſeruent,
Regnantes ſub rege ſuo, rerumque miniſtri.
Tutelamque gerent populi, domibuſue regendis
Præpoſiti, curas alieno limine claudent.
Arcitenens quum ſe totum produxerit vndis
Ter decuma ſub parte feri, formantibus aſtris,
Plumeus in cælum nitidis Olor euolat alis:
Quo ſurgente trahens lucem, matremque relinquens,
Ipſe quoque aerios populos, cæloque dicatum,
Alituumque genus, ſtudium cenſuſque vocabit.
Mille fluent artes, aut bellum indicere mundo,
Et medios inter volucrem prenſare meatus:
Aut nidis damnare ſuis, ramoue ſedentem,
Paſcentemue ſuper ſurgentia ducere lina.
At quæ hæc? in luxum iam ventri longius itur,
Quam modo militiæ. Numidarum paſcimur oris,
Phaſidos & damnis. arceſſitur inde macellum,
Vnde aurata nouo conuecta eſt æquore pellis.
Quin etiam linguas hominum, cenſuſque docebit
Aerias volucres, nouaque in commercia ducet,
Verbaque præcipiet naturæ lege negata.
Ipſe Deum Cycnus condit, vocemque ſub illo
Non totus volucer, ſecumque immurmurat intus.
Nec te prætereant, clauſas qui culmine ſummo
Paſcere aues gaudent Veneris, & reddere cæcas
Aut certis reuocare notis, totamque per vrbem
Qui geſtant caueis volucres ad iuſſa paratas,
Quorum omnis paruo conſiſtit paſſere cenſus.
Has erit & ſimiles tribuens Olor aureus artes.
Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis,
Quum venit in regione tuæ Capricorne figuræ,

Non ini-

Non inimica facit ſerpentum membra creatis.
Accipiunt ſinibuſque ſuis, peploque fluenti,
Oſculaque horrendis iungunt impune venenis.
At quum ſe patrio producit ab æquore Piſcis,
In cælumque ferens alienis finibus ibit,
Quiſquis erit tali capiens ſub tempore vitam,
Littoribus, ripiſque ſuos circumferet annos,
Pendentem & cæco captabit in æquore piſcem,
Cumque ſuis domibus concha valloque latentes
Protrahit immerſus. nihil eſt audere relictum.
Quæſtus naufragio petitur, corpuſque profundo
Immiſſum pariter quam præda exquiritur ipſa.
Nam ſemper tanti merces eſt parua laboris.
Cenſibus æquantur conchæ, rapidumque notari. *
Vix quiſquam eſt locuples. oneratur terra profundo.
Tali ſorte ſuas arteis per littora tractat,
Aut emit externos precio, mutatque labores
Inſtitor æquoreæ varia ſub imagine mercis.
Quumque Fidis magno ſuccedunt ſidera mundo,
Quæſitor ſcelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis,
In lucemque trahet tacita latitantia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, pœnæque miniſter,
Et quiſquis vero fauit, culpamue perodit,
Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.
Cæruleus ponto quum ſe Delphinus in aſtra
Erigit, & ſquammam ſtellis imitantibus exit,
Ambiguus Terræ partus, pelagoque creatur.
Par ex diuerſo ſtudet & ſociatur vtrumque
In genus, atque vno digeſtum ſemine ſurgit.
Nam velut ipſe citis perlabitur æquora pinnis
Nunc ſummum ſcindens pelagus, nunc alta profundi,
Et ſinubus vires ſumit, fluctumque figurat:

Sic, venit ex illo quiſquis, volitabit in vndis,
Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus,
Et plauſa reſonabit aqua. nunc æquore merſus,
Deducet palmas, furtiuo remus in ipſo *
Nunc in aquas rectus veniet, paßimque natabit,
Et vada mentitus reddet ſuper æquora campum.
Aut immota ferens in tergus membra, latuſque
Non onerabit aquas, ſummiſque accumbet in vndis,
Pendebitque ſuper totus ſine remige. Votum eſt
Illis in ponto, iocundum eſt quærere pontum,
Corpora qui mergunt vndis, ipſumque ſub antris
Nerea, & æquoreas conantur viſere Nymphas,
Exportantque maris prædas, & rapta profundo
Naufragia, atque imas auidi ſcrutantur arenas.
Ad numeros etiam illiciet cognata per artem
Corpora, quæ valido ſaliunt excuſſa petauro,
Alternoſque cient motus: elatus & ille
Nunc iacet, atque huius caſu ſuſpenditur ille.
Membraque per flammas, orbeſque emiſſa flagrantes
Molliter vt liquidis per humum ponuntur in vndis.
Delphinumque ſuo per inane imitantia motu
Et viduata volant pennis, & in aere ludunt.
At ſi deficient artes, remanebit in illis
Materies tamen apta. dabit natura vigorem,
Atque alacres curſus, campoque volantia membra.
Sed regione means Cepheus humentis Aquarj
Non dabit in luſum mores. facit ora ſeuera:
Frontes, ac vultus componit pondere mentis.
Paſcentur curis, veterumque exempla reuoluent
Semper, & antiqui laudabunt verba Catonis,
Tutoriſue ſupercilium, patruiue rigorem.
Componet teneros etiam qui nutriat annos,
Et dominum dominus prætextæ lege ſequatur.

Quin-

Quinctiam Tragico præſtabunt verba cothurno,
Cuius erit quamquam in chartis ſtilus ipſe cruentus.
Nec minus & ſcelerum facie, rerumque tumultu
Gaudebunt: atri luctum memorare ſepulchri,
Ructantemque patrem natos, Solemque reuerſum
Et cæcum ſine Sole diem. Thebana iuuabit
Dicere bella vteri, mixtumque in fratre parentem:
Quærere Medeæ natos, fratremque, patremque:
Hinc veſtes, flammas illinc pro munere miſſas,
Aeriamque fugam, vectoſque ex ignibus annos.
Mille alias rerum ſpecies in carmine ducent.
Forſitan ipſe etiam geſtus referetur in actus.
At ſi quis ſtudio ſcribendi mitior ibit,
Comica componet lætis ſpectacula ludis.
Ardentes iuuenes, raptaſque in amore puellas,
Eluſoſque ſenes, agileſque per omnia ſeruos,
Quis in cuncta ſuam produxit ſæcula vitam
Doctor in vrbe ſua linguæ ſub flore Menander,
Qui vitæ oſtendit vitam, chartiſque ſacrauit.
Et, ſi tanta operum vires commenta negarint,
Externis tamen aptus erit nunc voce poetis,
Nunc ſaturo geſtu, referetque affectibus ora,
Et ſua dicendo faciet, ſoluſque per omneis
Ibit perſonas, & turbam reddet in vno:
Aut magnos Heroas aget, ſceniſque Togatas.
Omnis fortunæ vultum per membra reducet,
Æquabitque choros geſtu, cogetque videre
Præſentem Troiam, Priamumque ante ora cadentem.
Quodque aget, id credes ſtupefactus imagine veri.
Nunc Aquilæ ſidus referam, quæ parte ſiniſtra
Rorantis Iuuenis, quem terris ſuſtulit ipſa,
Fertur, & extentis prædam circumuolat alis.
Fulmina miſſa refert, & cœlo militat ales,

Bis ſextamque notat partem fluuialis Aquarj.
Illius in terris orientis tempore natus,
Ad ſpolia & partas ſurget vel cæde rapinas.
Quumque hominum dederit ſtrages, dabit ille ferarum:
Nec pacem a bello, ciuem diſcernet ab hoſte.
Ipſe ſibi lex eſt, & qua fert cunque voluntas,
Præcipitat vires: laus eſt contendere cuncta.
Et ſi forte bonis acceſſerit impetus auſis,
Improbitas fiet virtus. & condere bella,
Et magnis patriam poterit ornare triumphis.
Et quia non tractat Volucris, ſed ſuggerit, arma,
Immiſſoſque refert ignes, & fulmina reddit,
Regis erit magniue ducis per bella miniſter,
Ingenteſque ſuis præſtabit viribus vſus.
At quum Caſſiope bis denis partibus actis
Æquorei Iuuenis dextra de parte reſurgit,
Artifices auri faciet, qui mille figuris
Vertere opus poſſint, caræque acquirere dotem
Materiæ, & lapidum viuos miſcerè colores.
Sculpentem faciet ſanctis laquearia templis:
Condentemque nouum cælum per tecta Tonantis.
Hæc fuerat quondam Diuis conceſſa figura:
Nunc iam luxuriæ pars eſt. Triclinia templis
Concertant, tectique auro iam veſcimur auro.
Hinc auguſta nitent ſacratis munera templis,
Et Mithridateos vultus induta trophæa,
Aurea Phœbeis certantia lumina flammis,
* *Gemmarumque Iuli radiantes lucibus ignes.*
Hinc Pompeia manent veteris monimenta triumphi,
* *Et quod erat regnum, pelagus fuit vna malorum*
* *Non extincta lues ſemperque recentia flammis.*
Hinc lenocinium formæ, cultuſque repertus
Corporis, atque auro quæſita eſt gratia frontis,

Perque caput ducti lapides, per colla, manuſque,
Et pedibus niueis fulſerunt aurea vincla.
* *Quid potius matrona velit tractare creatos,* *
Quam factum reuocare ſuos quod poſſit ad vſus.
Ac ne materies tali ſub munere deſit,
Quærere ſub terris aurum, furtoque latentem
Naturam eruere omnem, orbemque inuertere præda
Imperat, & glebas inter deprendere gazam,
Inuitamque nouo tandem producere cælo.
Ille etiam fuluas auidus numerabit arenas,
Perfundetque nouo ſtellantia littora ponto,
Paruaque ramentis faciet momenta minutis.
Protulit, vt legeret cenſus ſpumantis in aurum,
Et perlucentes cuperet prenſare lapillos.
Vorticibus mediis oculos immittet auaros.
Et coquet argenti glebas, venamque latentem
Eruet, & ſilicem riuo ſaliente liquabit,
Et facti mercator erit per vtrumque metalli,
Alterum & alterius ſemper mutabit in vſus.
Talia Caſſiope naſcentum pectora fingit.
Andromedæ ſequitur ſidus, quæ Piſcibus ortis
Bis ſex in parteis cælo venit aurea dextro,
Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum
Prodidit, infeſtus totis quum finibus omnis
Incubuit pontus, timuit quum naufraga tellus.
Propoſita eſt merces veſano dedere ponto
Andromedam, teneros vt bellua manderet artus.
Hic Hymenæus erat, ſolaque in publica damna
Pro natis lacrimans ornatur victima pœna,
Induiturque ſinus non hæc in vota paratos,
Virginis & viuæ rapitur ſine funere funus.
At ſimul infeſti ventum eſt ad littora ponti,
Mollia per duras panduntur brachia cautes.

Aſtrinxere pedes ſcopulis, iniectaque vincla,
Et cruce virginea moritura puella pependit.
Seruatur tamen in pœna vultuſque pudorque.
Supplicia ipſa decent. niuea ceruice reclinis
Molliter ipſa ſuæ cuſtos eſt ſola figuræ.
Defluxere ſinus humeris, fugitque lacertos
Veſtis, & effuſi ſcopulis hæſere capilli.
Te circum Alcyones pennis planxere volantes,
Fleueruntque tuos miſerando carmine caſus,
Et tibi contextas vmbram fecere per alas.
Ad tua ſuſtinuit fluctus ſpectacula pontus,
Aſſuetaſque ſibi deſiit perfundere ripas.
Extulit & liquido Nereus ab æquore vultum.
Et caſus miſerata tuos rorauit & vndas.
Ipſa leui flatu refouens pendentia membra
Aura per extremas reſonauit flebile rupes.
Tandem Gorgonei victorem Perſea monſtri
Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.
Iſque vbi pendentem vidit de rupe puellam,
Diriguit facie, quem non ſtupefecerat hoſtis.
Vixque manu ſpolium tenuit, victorque Meduſæ
Victus in Andromeda eſt. iam cautibus inuidet ipſis,
Feliceſque vocat, teneant quæ membra, catenas.
At poſtquam pœnæ cauſſam cognouit ab ipſa,
Deſtinat in thalamos per bellum vadere ponti,
Altera ſi Gorgo veniat, non territus ire.
Concitat aerios curſus, flenteſque parentes
Promiſſu vitæ recreat, pactuſque maritum
Ad littus remeat. grauidus iam ſurgere pontus
Cœperat, & longo fugiebant agmine fluctus
Impellentis onus monſtri. caput eminet vndas
Scindentis, pelaguſque mouet. circumſonat æquor
Dentibus, inque ipſo rapidum mare nauigat ore.

Hinc vaſtis vrgent immenſi torquibus orbes,
Tergaque conſumunt pelagus. ſonat vndique Syrtis,
Atque ipſi metuunt montes, ſcopulique ruentem.
Infelix virgo quamuis ſub vindice tanto,
Quæ tua tunc fuerat facies? vt fugit in auras
Spiritus? vt toto caruerunt ſanguine membra?
Quum tua fata cauis e rupibus ipſa videres,
Adnantemque tibi pœnam, pelagúſque ferentem,
Quantula præda maris? ſed pennis ſubuolat alte
Perſeus, & cælo pendens iaculatur in hoſtem,
Gorgoneo tinctum defigens ſanguine ferrum.
Illa ſubit contra aſſurgens, conuerſaque frontem
Erigit, & tortis innitens orbibus alte
Emicat, ac toto ſublimis corpore fertur.
Sed quantum illa ſubit ſemper iaculata profundo,
In tantum reuolat, laxumque per æthera ludit
Perſeus, & Ceti ſubeuntis verberat ora.
Nec cedit tamen illa viro, ſed ſæuit in auras
Morſibus, & vani crepitant ſine vulnere dentes.
Efflat & in cælum pelagus, mergitque volantem
Sanguineis vndis, pontumque extollit in aſtra.
Spectabat pugnam pugnandi cauſſa puella.
Iamque oblita ſui, metuit pro vindice tali
Suſpirans, animoque magis quam corpore pendet.
Tandem confoſſis ſubſedit bellua membris,
Plena maris, ſummas iterumque renauit ad vndas,
Et magnum vaſto contexit corpore pontum,
Tunc quoque terribilis, nec virginis ore videnda.
Perfudit liquido Perſeus in marmore corpus,
Maior & ex vndis ad cautes peruolat altas,
Soluitque hærentem vinclis de rupe puellam
Deſponſam pugna, nupturam dote mariti.
Hic dedit Andromedæ cælum, ſtelliſque ſacrauit,

Mercedem tanti belli, quo condidit ipſa
Gorgone non leuius monſtrum, pelaguſque leuauit.
Quiſquis in Andromedæ ſurgentis tempore ponto
Naſcitur, immitis veniet pœnæque miniſter,
Carceris & duri cuſtos, quo ſtante ſuperbæ
Proſtratæ iaceant miſerorum in limine matres,
Pernocteſque patres cupiant extrema ſuorum
Oſcula, & in proprias animam transferre medullas,
Carnificiſque venit mortem ducentis imago,
Accenſiſque rogis, & ſtricta ſæpe ſecuri.
Supplicium vectigal erit: qui denique poſsit
Pendentem e ſcopulis ipſam ſpectare puellam,
Vinctorum dominus, ſociuſque in parte catenæ.
Interdum pœnis innoxia corpora ſeruat.
Piſcibus exortis quum pars viceſimaprima
Signator terræ lumen fulgebit, & orbi
Aerius naſcetur Equus cæloque volabit,
Veloceſque dabit ſub tali tempore partus,
Come per officium vigilantia membra ferentes.
Hic glomerabit equo gyros, dorſoque ſuperbus
Ardua bella geret rector cum milite mixtus,
Nunc ſtadio fraudare fidem, poteritque videri
Mentiri paſſus, & campo tollere curſum.
Quamuis extremo citius reuolauerit orbe
Nuncius, extremum vel bis penetrauerit orbem.
Vilibus ille etiam ſanabit vulnera ſuccis
Quadrupedum: medicas artes in membra ferarum
Nouerit, humanos & quæ naſcentur ad vſus.
Nixa genu ſpecies, & Graio nomine dicta
*Engonaſi, ingenicla nitens ſub origine conſtat **
Dextra per extremos attollit lumina Piſces.
Hinc fuga naſcentum, dolus, inſidiæque creantur,
Graſſatorque venit media metuendus in vrbe.

Et ſi forte aliquas animo conſurget in arteis,
In prærupta dabit ſtudium, vincetque periclo
Ingenium. aut tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponit veſtigia funes,
Et cæli meditatus iter veſtigia perdet,
Et pene vt pendens populum ſuſpendit ab ipſo.
Læua ſub extremis conſurgunt ſidera Ceti
Piſcibus Andromedam ponto, cæloque ſequentis.
Hoc trahit in pelagi cædes, & vulnera natos
Squammigeri gregis: extentis laqueare profundum
Retibus, & pontum vinclis armare ſequentem,
Et velut in laxo ſecuras æquore phocas
Carceribus claudunt raris, & compede nectant,
Incautoſque trahunt macularum vimine thunnos.
Nec cepiſſe ſat eſt. luctantur corpora nodis,
Expectantque nouas acies, ferroque necantur,
Inficiturque ſuo permixtus ſanguine pontus
Totus, quum toto iacuerunt littore prædæ.
Altera fit cædis cædes: ſcinduntur in artus
Corpora, & ex vno varius deſcribitur vſus.
Illa datis melior ſuccu, pars illa retentis.
Hinc ſanies precioſa fluit, floremque cruoris
Euomit, & mixto guſtum ſale temperat oris.
Illa putris turba eſt. ſtrages confunditur omnis,
Permiſcetque ſuas alterna in damna figuras,
Communemque cibis vſum, ſuccumque miniſtrat.
At quum cæruleo ſtetit ipſa ſimillima ponto
Squammigerum nubes, terræque immobilis hæret,
Excipitur vaſta circumuallata ſagena,
Ingenteſque lacus, & Bacchi dolia complet,
Humoreſque vomet ſocia per mutua dote,
Et fluit in liquidas tabes reſoluta medullas.
Quin etiam magnas poterunt celebrare Salinas,

Et pontum coquere, & ponti ſecernere virus,
Quum ſolidum certo diſtendunt margine campum,
Adpelluntque ſuo deductum ex æquore fluctum,
Claudendoque negant. tum demum ſuſcipit vndas
Area, tum pontus per Solem humore niteſcit.
Congeritur ſiccum pelagus, merſique profundi
Canities emota maris, ſpumæque rigentis
Ingenteis faciunt tumulos, pelagique venenum.
Quodque erat vſus aquæ ſucco corruptus amaro,
Vitali ſale permutant, redduntque ſalubrem.
At reuoluta polo quum primis vultibus Arctos
Ad ſua perpetuos reuocat veſtigia paſſus,
Nunquam tincta vadis, ſed ſemper flexilis orbe:
Ac Cynoſura minor cum prima luce reſurgit,
Et pariter vaſtusue Leo, tum Scorpios acer
Nocte ſub extrema permittunt iura diei:
Non inimica feræ tali ſub tempore natus
Ora feret. placidas reget in commercia gentes.
Ille manu vaſtos poterit frenare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
Nec fugiet validas cognati ſideris vrſas.
Inque arteis hominum, peruerſaque munera ducet.
Ille elephanta premet dorſo, ſtimuliſque mouebit
Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.
Ille tigrim rabie ſoluet, pacique domabit,
Quæque alia infeſtant ſiluis animalia terras,
Iunget amicitia ſecum, catuloſque ſagaces.

* * *

Tertia Pleiades dotabit forma ſorores,
Femineum rubro vultum ſuffuſa pyropo,

Inuenitque

Inuenitque parem ſub te, Cynoſura, colorem,
Et quos Delphinus iaculatur quattuor ignes,
Deltotónque tribus facibus, ſimilique nitentem
Luce Aquilam, & flexos artus per lubrica terga.
Tum quartum quintumque genus diſcernitur omni
E numero, ſummaque gradus qui iungitur angue,
Maxima per minimos cenſu concluditur imo,
Quæ neque per cunctas noctes, neque tempore in omni
Reſpondent alto cæli ſummota profundo.
Sed quum clara ſuos auertit Delia curſus,
Quumque vaga eſt illa, & terris ſua lumina condit,
Merſit & ardentes Orion aureus ignes,
Signaque tranſgreſſus mutat per tempora Phœbus,
Effulget tenebris, & nocte accenditur atra.
Tunc conferta licet cæli fulgentia templa
Cernere ſeminibus denſis, totiſque micare
Floribus, vt ſiccæ curuum per littus arenæ:
Nec ſpatium ſtellis, mundo nec cedere ſummam:
Sed quot eant ſemper naſcentes æquore fluctus,
Quot delapſa cadant foliorum millia ſiluis,
Amplius hoc ignes numero volitare per orbem.
Vtque per ingentem populus deſcribitur vrbem,
Præcipuumque Patres retinent, & proximum Equeſter
Ordo locum, Populumque Equiti, Populoque ſubire
Vulgus iners videas etiam ſine nomine turbam:
Sic etiam magno quædam reſpondere mundo
Hæc natura facit, quæ cæli condidit orbem.
Sunt ſtellæ Procerum ſimiles, ſunt proxima primis
Sidera, ſuntque gradus, atque omnia iuncta priori.
Maximus eſt populus, ſummo qui culmine fertur,
Cui ſi pro numero vires natura dediſſet,
Ipſe ſuas æther flammas ſufferre nequiret,
Totus & accenſo mundus flagraret Olympo.

FINIS.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM,
Quæ in
MANILIO
continentur.

A.

ABLIGVRITORVM genitura. 96, 26
Actæon. 114, 19
Actiacum bellum. 28, 32. 110, 30
Acutorum & fulcetriũ genitura. 87, 25
Adamas. 108, 18
Ægyptij inuentores aſtronomiæ, 2, 23. mirus coloratis Indis. 102, 27
Ægyptus ſubiecta Arieti. 103, 9
Æmilia gens. 24, 13
Æneas. 81, 6
Ærarij Cuſtodum genitura. 120, 2
Ærariorum & Ferrariorum genitura. 88, 1.
Æthiopia Cancro ſubiecta. 103, 15
Æthiopes. 102, 13
Africa. 100, 16. Scorpio ſubiecta. 104, 3.
Agilium genitura. 87, 36. 111, 7. 112, 22
Agricolarum genitura. 84, 13. 96, 11. 117, 19.
Agrippa. 25, 15
Amatorum genitura. 114, 2
Ambitioſorum genitura. 114, 1
Amicitiæ rara exempla. 47, 30
Andromeda. 11, 32. 125, 21. & inde.
Anguis Vrſatum. 12, 21. Eius magnitudo. 131, 7
Animi vis. 107, 18
Annonæ redemptorũ genitura. 116, 27
Antichthones. 8, 20
Antiſtites & Aeditimi ſub quo ſigno edantur. 97, 1. 119, 20
Aquario quæ regiones ſubiectæ. 104, 21
Aquatica negotiantiũ genitura. 116, 18
Aquila ſidus. 11, 15. Eius magnitudo. 131, 4. ortus. 123. 30.
Aquilices ſub quo ſigno edũtur. 88, 12.
Arabia Tauro ſubiecta. 103, 11
Arabicus ſinus. 100, 14
Arachne. 84, 19
Arctophylax. 10, 31
Arcturus. 20, 33. Eius ortus. 120, 1
Argo. 19, 18. Ortus. 109, 14
Arieti quæ regiones ſubiectæ. 103, 1
Arma venatoria parantes ſub quo ſigno eduntur. 115, 12
Armenia Leoni ſubiecta. 103, 18
Armorũ ſtudioſi ſub quo ſigno edantur. 87, 11
Artium origo. 4, 4
Aſia. 100, 29. Tauro ſubiecta. 103, 10
Aſtrologiæ auctores primi. 2, 23
Aſtrologi, & Mathematici ſub quo ſigno edantur. 85, 8
Atalanta. 114, 23, 26
Athla. 64, 12
Athlorum dodecatopos. 62, 31
Aucupum genitura. 120, 11
Auguſtus. 25, 17. Deus. 97, 7
Auguſti genitura. 45, 4. 97, 7
Auratorum, & Aurificum genitura. 124, 17
Aurifabrorum, & Argentifabrorum genitura. 87, 33. 125, 17
Aurifoſſorum genitura. 124, 26
Aurilegulorum genitura. 125, 10
Axis. 9, 27

B.

BABYLONIA Piſcibus ſubiecta. 104, 24
Bellerophontis genitura. 112, 9
Bellicoſorum, & Martialium genitura. 87, 4
Beſtiariorum genitura. 85, 27. 87, 8
Bithynia Leoni ſubiecta. 103, 18
Bootes. Vide Arctophylax.
Brutus. 25, 2

C.

CAECORVM genitura. 96, 21
Cæſar Diuus. 25, 18
Cæſaris interitus. 82, 6. 97, 20.
Calculatorum genitura. 86, 22
Camillus. 25, 1
Cancer. 30, 23
Cancro regiones ſubiectæ. 103, 14
Canicula. 83, 2. 115, 20

Canum

Canum ſtudioſi ſub quo ſigno educuntur. 114,13
Cannenſis clades. 81,19. 100,18
Canopus. 7,30
Canororum, & Cantorum genitura. 119,6.
Capella ſidus. 12,15. 30,20. 113,9
Cappadocia Leoni ſubiecta. 103,18
Caprariorum genitura. 112,28
Capricorno regiones ſubiectæ. 104,15
Cardines geniturarum. 53,19
Cardinum interualla. 55,7
Cardinum vires. 55,29
Caria regio Virgini ſubiecta. 103,25
Carnificum genitura. 128,9
Carrucariorum genitura. 119,26
Carthago. 100,16. Scorpioni ſubiecta. 104,2.
Caſpium mare. 100,6
Caſſiepea. 12,3. Eius ortus. 124,15
Cato. 25,14
Centaurus 13,24. Eius ortus. 119,24
Cepheus. 12,3. Eius ortus. 122,26
Cercopes animalia. 100,26
Cetus ſidus 14,16. Eius ortus. 129,6
Cetariorum, & Bolonarum genitura. 129,9
Chaldæi inuentores aſtronomiæ. 2,13
Chronocratoriæ xii Signorum. 76,17
Chronocratoriæ Dodecatopi. 77,1
Cicero. 25,11
Cilicia Aquario ſubiecta. 104,23
Cinædorum genitura. 95,7
Circuli paralleli. 18,11
Circulus æquinoctialis. 18,19
Circulus Antarcticus. 19,6
Circulus Arcticus. 18,15
Claudia gens. 25,12
Clœlia. 24,30 81,25
Cocles Horatius. 24,31 81,14
Cognitorum, & Sectorum genitura. 118,26.
Coluri. 19,19
Cometæ. 25,30
Cometa Acontias. 27,1
Cometa Docides. 26,24
Cometa Lampadias. 26,30
Cometa Pitheus. 26,26
Cometa Pogonias. 26,23
Corona ſidus. 11,1 Eius Ortus. 116,33
Corpulentorum genitura. 85,1
Coruinus. 24,32
Coruus ſidus. 13,23
Coſſus. 25,5
Crater ſidus. 13,23. Eius ortus. 116,29
Creta Sagittario ſubiecta. 104,7
Crœſi interitus. 82,13
Curiatij & Horatij fratres. 81,16
Curius. 25,4. 84,33
Curſorum genitura. 128,22
Cycnus ſidus. 11,19. 30,21. Eius ortus. 120,9.
Cynoſura. 10, 14. 30, 20. Eius ortus. 130,14. magnitudo. 131,1

D.

DAEMONION Saturnus. 58,12
Demonie in xii domibus. 56,29
Dea in xii domib. 57,15
Decani. 89,16
Decij. 25,6
Delphinus ſidus. 11, 28. Eius ortus. 121, 26. magnitudo. 130,2
Deltoton. 12,2. Eius magnitudo. 130,3
Deorum Tutelæ in ſignis. 42,27
Deſultorum genitura. 111,30
Deus in xii domibus. 57,8
Dextra & ſiniſtra Signa. 38,9.19
Dicacium genitura. 113,24
Dierum inæqualitas ſecundum climata. 66,30
Dierum menſura ſub Æquinoctiali. 87,3.
Ditis ianua. 58,17
Dodecaeteris genethliaca. 75,33
Dodecatemorion. 50,23
Dodecatemorion in Dodecatemoriis. 52,2
Doridos regio Virgini ſubiecta. 103,24

E.

ECLIPTICA Signa. 105,9
Eclipſis non vbique eodem tempore cernitur. 8,4
Edacium genitura. 96,25
Elementorum diſpoſitio. 5,29
Eloquentium & Facundorum genitura. 86,10
Equariorum genitura. 87,16
Equorum domitores ſub quo ſigno naſcuntur. 87,16. 111,33. 128,20
Equus ſidus. 11,30. Eius ortus. 128,17
Erigone. 30,12
Eumæi ſubulci genitura. 113,7
Europa. 101,5
Euriporum deductores ſub quo ſigno educuntur. 88,15
Euxinus Geminis ſubiectus. 103,12
Exlegum genitura. 124,6

F.

FABIVS Cunctator. 25,7. 81,22
Fabricius. 25,4
Felix in xii domib. 56,20
Fides ſidus. 121,19
Flaturariorum genitura. 88,1
Florum cultorum genitura. 117,3
Fortuna in xii domib. 57,26
Fortunæ imperium in rebus humanis. In proœmio lib. iii.
Fortunæ Sors. 64,25
Fugacium genitura. 128,31
Funambulorum genitura. 129,3

G.

GALAXIAS, vide Lacteus.
Gallia. 101, 6. Capricorno ſubiecta. 104, 17
Garum. 129, 23
Gemellorum & Gemelliparatum genitura. 98, 6
Geminis quæ regiones ſubiectæ. 103, 12
Germania. 102, 5. Capricorno ſubiecta. 104, 18
Glabratorum & pumicatorum genitura. 113, 29
Gladiatorum genitura. 87, 8
Græcia. 101, 9
Græci palæſtræ dediti. 102, 10
Graſſatorum genitura. 128, 32

H.

HANNIBALIS mors. 81, 23. 97, 22
Helice. 10, 11
Helleſpontus Arieti ſubiectus. 103, 3.
Heniochus. 111, 14.
Heſiodi Georgica. 30, 8.
Heſiodi Theogonia alia a vulgata. 30, 2
Hiſpania Capricorno ſubiecta. 104, 17
Hœdi ſidus. 12, 14. Eorũ ortus. 112, 15
Hœdus ſidus. 118, 20
Homerus. 29, 21
Horatij trigemini. 24, 28
Horoſcopus quomodo indagãdus. 65, 21. 73, 31.
Hortulanorum vel olitorum genitura. 117, 3.
Hyades. 112, 31
Hydra ſidus. 13, 21

I.

IACVLATORVM genitura. 118, 3
Ignis ſemina vbique. 27, 3
India Cancro ſubiecta. 103, 14
Indorum color. 102, 19
Inſidorum genitura. 97, 32
Ingeniculus. 10, 30. Eius ortus. 128, 29
Inquietorum genitura. 112, 32. 119, 24
Inſidiatorum & inſeſſorum viæ genitura. 128, 32
Inſulæ maris mediterranei. 99, 19
Ionia Virgini ſubiecta. 103, 24
Iracundorum genitura. 86, 4. 116, 21
Italia Libræ ſubiecta. 103, 26
Iugulæ ſidus. 114, 20
Iulia gens. 25, 16
Iunius Brutus. 25, 2
Iuriſperitorum genitura. 86, 26

L.

LACTEVS circulus. 22, 1
Lacteus circulus Heroum ſedes poſt mortem. 24, 9
Lanificũ & Lanariorũ genitura. 84, 12
Laſciuorum, & voluptariorum genitura. 112, 21. 118, 30
Legiſlatorum genitura. 96, 30
Leoni quæ regiones ſubiectæ. 103, 16
Lepus ſidus. 13, 18 Eius ortus. 114, 5
Liberalium hominum genitura. 88, 22
Libidinoſorum genitura. 97, 32
Libræ quæ regiones ſubiectæ. 103, 26
Liuius collega Neronis. 25, 8
Lucifer, Heſperos, idem. 6, 24
Lunę deliquiũ crepitu æris reuocari. 8, 8
Lycurgus. 24, 23
Lyra ſidus. 11, 6. Eius ortus. 118, 33

M.

MACEDONIA Leoni ſubiecta. 103, 19
Magiſtratuum apparitorum genitura. 118, 23
Mancipes carcerũ ſub quo ſigno edũtur. 128, 4
Manſuetariorũ genitura. 87, 19. 130, 17
Marcellus. 25, 5
Margaritariorum genitura. 121, 16
Marij victoria de Cimbris. 81, 27
Marij clades. ibid.
Marſorum, & Pſyllorũ genitura. 121, 1.
Mauri a colore oris dicti. 102, 19
Meleagri genitura. 114, 22
Menander. 123, 28
Menſorum, ponderatorum, libripendium genitura. 86, 22
Mercatorum genitura. 85, 15
Mercurij ſtella oſtendens ſe, & occultans. 27, 22
Mercurius inuentor aſtronomiæ. 2, 12
Meridianus. 20, 16
Meſſeniacum bellum. 59, 27
Metallariorum genitura. 87, 30
Metelli. 25, 13
Metellus. 82, 17
Metonis Athenienſis genitura. 88, 20
Mimorum genitura. 123, 20
Mollium & effœminatorum genitura. 113, 26.
Mulionum genitura. 119, 26
Mulomedicorũ genitura. 119, 29. 128, 26
Mundi forma rotunda. 7, 18
Mundi origo. 5, 2
Mundorum, cultorum, elegantium hominum genitura. 113, 25. 117, 14
Muſicorum genitura. 85, 3. 96, 16
Mutius Scæuola. 81, 13

N.

NATATORVM genitura. 122, 4
Nauiculariorum genitura. 83, 24, 97, 24. 110, 19. 183, 29
Naue merces traijcientium genitura.
Naumachorum genitura. 89, 6
Nero collega Liuij. 25, 8
Notariorum genitura. 86, 14
Notia ſidera. 14, 19

O.

OCCIDENS Capricorno ſubditus. 104, 15

Occi-

Octo topi. 55. 6. 59, 2
Ophiuchus. 11, 13. Eius ortus. 120, 32
Orion. 12, 26. Eius ortus. 110, 3
Orizon. 20, 31
Orpheus. 119, 3

P.

PAEDAGOGORVM genitura. 122, 32
Palamedis genitura. 86, 22
Papirius. 25, 3
παρασίτων genitura. 129, 1
Pella Alexandri Magni Patria. 24, 20
Peregrinantium genitura. 88, 31. 95, 33. 110, 22. 113, 16
Periœci, 8, 17
Perſeus. 11, 32
Perſicum bellum Xerxis. 59, 32
Perſicum mare. 100, 8
Perſis ſubiecta Arieti. 103, 7
Peſtis Atticæ. 28, 2
Petauriſtarum genitura. 122, 16
Phænomena Borea. 10, 9
Phænomena Notia. 12, 23
Phaethontis incendium. 23, 19
Philippi campi. 28, 27
Philoctetæ genitura. 118, 8
Phrygia Leoni ſubiecta. 103, 16
Piſcatorum genitura. 89, 3. 121, 7. 115, 2. 118, 6
Pililudiorum genitura. 114, 13
Piſcibus quæ regiones ſubiectæ. 104, 24
Piſcis Notius. 14, 11
Piſtorum genitura. 88, 2. 117, 28
Plato. 24, 14
Pleiades. 22, 20. 113, 28. Earum magnitudo. 130, 32
Cn. Pompei interitus. 81, 32
Cn. Pompei tres triumphi. 25, 10. 81, 33. 82, 1
Sex. Pompeius Cn. F. 29, 5
Ponderatorum genitura. 86, 22
Pontus ſubiectus Geminis. 103, 12
Porta laboris in xii domib. 56, 2
Prædatorum genitura. 95, 29
Priami interitus. 82, 13
Procyon. 13, 18. Eius ortus. 115, 10
Prodigorum genitura. 88, 22
Prophetarum genitura. 119, 23
Propontis Arieti ſubiecta. 103, 6
Pudibundorum, & verecundorum genitura. 86, 17
Pugilum genitura. 114, 19
Pugna in Philippeis campis. 28, 27
Pumicatorum genitura. 113, 29
Punica bella. 110, 29

Q.

QVADRIGARIORVM genitura. 87, 15. 111, 18
Quæſitorum capitaliū genitura. 120, 21
Quintilius Varus in Germania cum tribus legionib. cæſus. 28, 17
Quirinus. 25, 18

R.

RAPACIVM genituræ. 114, 3
Remi & Romuli genitura. 104, 1
Rhodos ſeceſſus Tiberij. 103, 23
Rhodos Virgini ſubiecta. 103, 20
Roma ſub Libra condita. 103, 30
Romanorum temperatura. 102, 8

S.

SACER mons. 113, 2
Sagariorum genitura. 88, 3
Sagitta ſidus. 11, 24. Eius ortus. 118, 2
Sagittario quæ regiones attributæ. 104, 7
Sagittariorum genitura. 118, 4
Salacium genitura. 89, 8. 113, 22
Salinatij. 129, 33
Salis confectio. ibid.
Salmonei genitura. 112, 5
Salſamentariorum genitura. 129, 18
Saltatorum & ſcenicorum genitura. 118, 32
Salutatorum genitura. 111, 11
Sanctimonia inſignium genitura. 97, 26
Sardinia humano veſtigio ſimilis. 99, 10
Sardinia Scorpio ſubiecta. 104, 6
Satellitum & regiorum ſtipatorum genitura. 114, 13
Scæuola. 24, 19
Scipiones. 25, 9
Scorpio quæ regiones attributæ. 104, 2
Scorpius. 10, 22
Scythia Tauro ſubiecta. 103, 10
Sectorū & cognitorū genitura. 118, 27
Seditioſorum genitura. 113, 1
Sedulorum genitura. 128, 8
Seplaſiariorum genitura. 117, 10
Setranus. 84, 31
Seruius iuriſconſultus. 86, 30
Ser. Tullius Rex. 82, 15
Seuerorum genitura. 122, 26
Sicilia Sagittario ſubiecta. 104, 12
Signa Antarctica. 14, 30
Signa aſyndeta. 41, 18
Signa biformia. 34, 27
Signa communia. 36, 22
Signa contraria. 41, 29
Signa currentia. 37, 4
Signa debilia. 37, 15
Signa dextra, ſiniſtra. 38, 9, 19
Signa duodecim Zodiaci. 9, 21
Signa dupla. 34, 32
Signa ecliptica. 105, 9
Signa fecunda. 36, 28
Signa ferina 34, 14
Signa feſſa. 37, 8
Signa gemina & paria. 34, 17

Signa hexagona. 40, 23
Signa humana. 34, 13
Signa maſculina, feminina. 34. 9
Signa nocturna, diurna. 35, 28
Signa peruerſa. 35, 22
Signa recta, aut ſtantia. 37, 6
Signa ſingularia. 41, 3
Signa ſterilia. 36, 30
Signa terreſtria, aquatica. 36, 16
Signa Tetragona. 38, 13
Signa Trigona. 37, 30
Signa Tropica. 37, 24. 78, 5
Signorum xii apoteleſmata. 84, 5
Signorũ orientiũ apoteleſmata. 95, 25
Signorum Chronocratoriæ. 76, 17
Signorum conſenſus in viſu, & auditu. 43, 27
Signorum obliquitas. 66, 8
Signorum triplicitates cõtrariæ. 45, 15
Signorum tutelæ in membris humanis. 43, 14. 101, 27
Signorum anaphorica tempora. 69, 15
Signorum partes noxiæ. 93, 30
Simplicium ingeniorum genitura. 86, 5
Socrates. 24, 24
Solertium genitura. 111, 6. 118, 23
Solon. 24, 23
Sors Fortunæ quomodo indaganda. 64, 25
Sortis Fortunæ, ſiue Athlorum Thema. 62, 11
Spica ſidus. 117, 18
Stadiaſmi anaphorici methodus, 70, 15
Stadiaſmi anaphorici exemplum. 73, 9
Stadiodromorum genitura. 114, 8. 118, 22
Stellæ ſeptem errantes. 25, 26
Stellarum & Solis forma rotunda. 7, 22
Stellarum magnitudo. 130, 32. Inde.
Stratorum genitura. 119, 28
Subulcorum genitura. 113, 4
Syri criſpi. 102, 12
Syria Arieti ſubiecta. 103, 7

T.

TACITVRNORVM genitura. 85, 1
Tauro quæ regiones attributæ. 103, 10
Temporum tutelæ. 74, 29
Temulentorum genitura. 113, 22. 116, 7, 24. 118, 31
Terra in medio mundi. 6, 14
Terræ diuiſio. 98, 9
Terræ forma rotunda. 7, 20
Terræ rotunditatem colligi ex eclipſib. 8, 16
Teſſellatorum genitura. 124, 19
Tetragona ſigna. 38, 13
Teucri genitura. 118, 7
Thebanum bellum. 59, 28
Theocritus. 30, 29
Thraſymenus lacus. 81, 21
Tibicinum & Fiſtulatorum genitura. 119, 17
Timidorum genitura. 113, 14
Tortorum & carnificũ genitura. 121, 23
Tragœdorum, & Comœdorum genitura. 123, 1
Trebiæ clades. 100, 18
Trepidorum genitura. 84, 21. 113, 14
Trigona ſigna. 37, 30
Triumphatorum genitura. 97, 16
Tropicus Cancri. 18, 17
Tropicus Capricorni. 18, 31
Typhonis ſedes. 56, 6

V.

VARRO fugiens ex prælio Cannenſi. 81, 20
Varus. vide Quintilius.
Velocium genitura. 111, 6. 114, 6. 122, 23.
Venatorum, & Beſtiariorum genitura. 85, 27. 87, 8. 114, 21.
Venditatorum & ἀλαζόνων genitura. 84, 22.
Venus in Piſcem. 98, 1
Veſtiariorum genitura. 84, 15
Vinitorum genitura. 116, 18
Violentorum & iracundorũ genitura. 97, 33. 115, 33.
Virgini quæ regiones ſubiectæ. 103, 20
Vniuerſi totius dimenſio. 17, 23
Voluptariorum genitura. 89, 8. 112, 25
Vrbium Conditorũ ac euerſorum genitura. 97, 10
Vrinatorum genitura. 121, 9. 122, 12
Vrſæ Cæleſtes. 10, 10
Vrſa maior. 130, 11

X.

XERXES. 24, 16
Xerxis naufragium. 82, 14

Z.

ZODIACVS. 21, 17

FINIS.

IOSEPHI
SCALIGERI
IVL. CÆS. F.

CASTIGATIONES ET NOTÆ
IN
M. MANILI
ASTRONOMICON.

Ex Officina Plantiniana,
APVD CHRISTOPHORVM RAPHELENGIVM,
Academiæ Lugduno-Batauæ Typographum.
cIↄ. Iↄ. c.
Cum Priuilegiis.

AVCTORVM NOMENCLATOR
QVI HIS CASTIGATIONIBVS
CITANTVR AVT EMENDANTVR.

A.

ABEN *Ezra.* 370,35
Achilles Statius. 92,32
Acro. 61,16
Acta Apoſtolorum. 451,22
Acta Triumphorum Pompei Magni. 457,17
Ælianus. 27,38. 110,10. 353,27. 386,25. 388,22. 441,15
Æſchylus. 320,1,7
Ætnæ auctor. 27,22. 93,18. 113,21. 333, 1,8.
Albinouanus. 96,12
Alexis Comicus. 294,4. 455,20
Alfenus Iuriſc. 390,18
Alkabizius. 91,17
Anacreon. 467,30. 509,23.
Antiphanes Comicus. 439,19
Apollonius Rhodius 406,6. 461,14
Apollonides poeta. 358,29. 507,11
Aratus. 28,7. 41,37. 42,20,26, 30. 43, 36, 38. 44, 2, 4,16. 45,13,24,37. 46,28. 48,29, 35. 49,3,22,28. 50, 15, 38. 52,19,26. 53, 29. 54,3. 57, 17. 59,1,3,28,31. 60,9. 62, 15,38. 66,12. 67,20,30. 69, 15. 72,6. 74,25. 75,3. 80,32. 83,29. 86,12. 92, 33. 93,23, 27. 131,20. 133,30. 187,37. 225,37. 233,18. 300,6. 327, 17. 339, 3, 11. 340, 16,25. 341,7. 386,32. 387,6. 389, 31. 406,27. 407,31. 412,17. 430,28. 435,6. 438,33. 443, 21. 470,21,34.
Emendatur. 45,27. 49,26. 409,5. 412,19. 428,34.
Inſigni loco illuſtratur. 412,1
Archedicus Comicus. 455,31
Archimedes. 71,22
Ariſtophanes Comicus. 229,12. 254,36. 421,11. 439,12
Ariſtophanes Grãmaticus. 449,30
Ariſtoteles. 28,33. 32[illegible]0. 35,29. 66,5. 94,15. 99,12. 100,37. 102,12. 103,5,20. 104,18. 416,22. 431,34.
Arnobius. 456,31
Artemidorus. 393,4
Aſteriſmi. 129,9. 172,33
Athenæus. 254,34. 414,11. 440,17.
Attalus Arati interpres. 69,19. 131,21
Attius. 471,31
Auguſtus Cæſar. 367, 1
Auguſtinus. 411,3
Auienus Feſtus. 42,32. 51,19. 58, 17, 23. 60, 29. 73, 25. 365,32. 387,7. 388,9. 433, 23. 465, 6. *Emendatur.* 387,8.
Auſonius. 23,21. 130,11. 144,36. 149,36. 158,24 187,2. 211, 27. 221,23. 229,38. 308,30. 315,3. 387,34. 404,19.

B

Baal Aruch Iudæorum. 444,9.
Notatur. 481,12
Beda. 430,18
Boetius. 425,31

C

C. Cæſar. 132,28
Calippi Parapegma. 120,1. 131, 37. 397,21. 413,14.
Callimachus. 44.9. 406,17
Calliſtratus iuriſconſ. 317,6
Capitolinus. 166,5. 400,32
emendatur. 166,8
Caſsiodorus. 125,9. 317,5. 326, 17. 391,6. 450, 20.
Catullus, 93,32. 213,13. 388,13. 458,33. 461,20.
Cedrenus. 125,25,36. 120. 23
Celſus. 195,30. 308,19
Cenſorinus. 144,32. 149,34
Chœrilus. 113,24. 30
Chryſippus. 67,11
M. Cicero. 51,9,38. 58,33. 59, 18,32. 92,37. 132,14. 152, 10. 299,16. 301; 10. 385,7. 404,27. 411,12. 438,31.
Emendatur. 51,17. 409,18
Illuſtratur. 406,4. 451,10
Notatur. 409,26. 430,27. 438,35. 443,29.
Q. Cicero. 128,1
Cinna. 438,25
Claudianus. 109,20. 122,2,5. 293, 31. 317,11. 323,28. 399, 20. 401, 31. 446, 15. 447,35. 450,23.
Clemẽtis Canones. 39,33. 400,20
Cleomedes. 250,8
Cod. Theodoſ. 324,29. 415,21. 454,3
Columella. 86,1
Crinagoras poeta. 414,13

D

Damaſus. 430,18
Democritus. 95,15. 104,8
Demophilus. 155,36. 183,13. 191,21. 263,13. 355,9
Demoſthenes. 315,7
Dicæarchus. 458,5
Dio Nicenus. 318,15
Diodorus Philoſophus. 435,1.
Diogenes Laertius. 256,21
Diphilus Comicus. 315,9
Drepanius Pacatus. 435,8

E

Empedocles. 31,24,26. 37,25,37
Ennius. 152.0. 260,6. 316,12. 509,3.
Epicrates Comicus. 294,1
Epictetus. 388,10
Epicurus. 33,9. 36,12
Epigrammata Græca. 25,10. 28, 25. 70,11. 112,33. 171,24. 449,24
Epigrammata Latina. 70,4. 358,26
Eratoſthenes. 35,4. 354,6
Etymologicon. 466,38.
Emendatur. 421,17
Euclides. 51,13
Eudoxus. 50,11. 157,26
Euripides. 25,3. 33,1. 65,10. 69,10. 167,8. 318,9.
Euſebius. 317,17
Euſtathius. 421.14

Fauori-

F

Fauorinus vetus orator emendatur apud Gellium. 456,10
Firmicus. 32,32. 96,9. 163,23. 181,32. 186,32. 190,8. 192, 9. 309,10. 318,4. 320,24. 321,12. 324,5. 387,15. 389, 11. 391,18. 394,4,30. 396, 21,31. 397,28. 399,9.37. 400,12,25. 401,21,26. 404, 4,35. 406,31. 407,3,8,14. 410,18. 413,33. 414,31. 415,14. 416,4. 419,34. 434, 11. 447,12,21. 449,1. 462, 24. 463,7.
Emendatur. 144,27. 197,33. 235,45. 256,31. 297,7. 404, 23. 411,1. 447,23. 453,27, 31. 463,2. 465,11. 469,7
Notatur. 292,11. 392,22. 394, 25. 395,4,9,33. 401,34. 407,14,25. 408,17,22. 419, 25. 429,37. 430,10. 432,3. 433,33. 434,19. 439,32. 447,15

G

Geminus. 29,31. 46,38. 57,32. 76,6. 87,10. 92,8. 124,28. 157,12. 163,32.
Geoponica. 326,37
Germanicus Cæſar. 24,15. 51,4. 52,28. 58,2. 112,15,22. 133,19. 162,21. 300,10. 387, 4. 460,15. 461,8.
Emendatur. 52,31. 46,6. 52,28
Notatur. 397,37
Gloſſarium vetus Latinogræcum, & Græcolatinum. 125,24. 136,8. 196,29. 205,1. 216, 33. 232,5. 317,15,20. 321, 18. 322,20. 325,3. 331,20. 350,4. 391,11. 399,2. 400, 36. 413,31. 419,7,23. 434, 29. 431,24,36. 432,15. 437, 25. 442,2. 450,14. 453,23, 34. 458,20. 462,22. 460, 29. 468,27.
Gloſſarium Latinoarabicum vetus. 442,11. 451,31.
Gloſſæ aliæ veteres. 325,38
Græcorum aſtrologorum veterum teſtimonia. 30,18. 41,21. 55, 36. 77,4. 153,27. 174,28. 200,6. 219,36. 222,11. 225, 1. 238,11. 293,7. 340,35.

H

Heraclitus. 26,17. 76,16
Hermes. 99,21. 153,33. 208,8. 218,7
Herodotus. 254,37
Heſiodus. 110,27,31,37. 111, 15. 170,4
Heſychius. 44,14. 62,25
Hieronymus. 166,13
Hipparchus. 56,8. 76,37. 131,22
Homerus. 55,23. 69,1. 75,33. 109,8. 113,6. 233,25. 234, 17. 235,6. 346,19. 391,2, 392,3. 420,16. 451,14. 455,9
Horatius. 64,13. 86,20. 125,6. 226,10. 309,9. 317,27. 325, 36. 335,5. 342,26. 398,1. 431,25.
Horus Apollo. 452,32

Hyginus. 49,36. 62,13. 74,25. 83,7. 91,4. 93,2. 391,8. 411,32.

I

Iamblicus. 118,20. 153,36. 341,27. 421,2.
Inſcriptiones veteres. 42,12. 152,33. 166,23. 176,18. 290,34. 313,23. 315,33. 317,18. 318,35. 324,26. 408,35. 431,8. 434,12. 462,9.
Iſidorus Characenus. 441,6.
Iſidorus Hiſpalenſis. 80,29. 391,26. 400,17. 442,3.
Iulianus Apoſtata. 428,22
Iunius Philargyrus. 359,34
Iuſtinus Martyr. 413,2.465,25
Iuuenalis. 42,3. 134,2. 231,21.
*Illuſtratur inſigni loco.*454,31

K

*Kalendaria duo Romana.*133,36. 152,33. 255,31.

L

Laberius illuſtratur. 442,22
Lex Rhodia. 315,38
Lex Lacedæmonum. 353,26
Liuius. 53,12
Lucanus. 14,9. 39,31. 41,13. 45,15. 79,36. 80,12. 133,31. 158,1. 225,25. 230,20. 231,11, 13,25. 307,27. 309,23. 353, 36. 360,20. 363,36. 369,34. 386,8. 387,8. 388,36. 467,11
Emendatur. 81,5
Notatur. 63,38. 103,16. 109,15. 230,27.
Expenditur. 12,17. 13,21. 15,31. 16,1,33. 17,10,27. 18,9
Lucas Euangeliſta. 180,30
Lucianus. 420,21. 450,3
Lucilius. 308,31. 338,21. 435,22. 453,35.
Lucretius. 31,31. 61,28. 113,28. 439,28. 471,29.

M

Machon Comicus. 458,9.
Marcus Diaconus Gazenſis. 320,20.
Martialis. 39,28. 125,14. 293,19. 294,8. 300,15. 344.11. 400, 30,38. 431,27. 436,32,33. 445,35. 416,36. 467,9. 472,5
Emendatur. 97,13. 318,33. 401,3. 410,27. 436,36. 472,8
Martianus Capella. 15,8. 78,5
Martinus Dominicanus. 102,3
Martyrologium Latinum optimum & vetuſtiſſ. 321,20. 323,25. 438,22. 442,8,17,19,30.
Martyrologia Arabum. 442,6.
Græcorum. *ibid.* 20
Maurus Terentianus. 403,13
Menander. 452,12
Illuſtratur. 255,5. 344.13
Meſſaalla Arabs. 310,16
Mœro vel Myro Poetria. 49,9

N

Neoptolemus Parianus. 346,28
Nicander. 339,13. 397,23. 406, 14. 422,11, 423,6. 508,3.

Nicepho-

Nicephorus Gregoras. 101,26
Nigidius. 369,8,13
Nouella Iustiniani emendatur. 315,5.

O

Ouidius. 24,27. 28,17. 46,15. 70,15.75,37. 110,7.125,14. 131,16. 132,29. 154,22. 159,35. 252,22.305,1.339,8 341,16. 342,7. 343,38. 354,35. 359,1. 419,21.460, 31,34,37. 461,14. 467,24.
Emendatur. 459,29
Notatur. 70,21.71,37
Oppianus. 435,27
Orpheus. 111,34. 285,29. 365,37.

P.

Pacuuius. 171,7. 351,30.
Parmenides. 35,9. 37,17,31. 74,27.
Paulinus. 465,30
Paulus Alexandrinus. 156,18. 179,34. 181,14. 182,9. 189,21. 190,5. 198,17. 199,9.265,35,289,24.292,8
Paulus Apoſtolus. 194,7. 317,7
Paulus iuriſcon. 234,32. 398,33.
Emendatur. 331,4
Peripatetici. 23,7.45,15
Perſius. 309,7.
Petoſiris & Necepſo. 219,32
Petronius Arbiter. 393,12. 401,19.
Petrus Apoſtolus. 414,37
Photij Bibliotheca. 166,17
Phrynicus Comicus. 326,33. 403,33.
Plato. 37,33
Plautus. 126,26. 341,35
Plinius Secundus. 28,21.39,19. 57,2.101,18.103,11.26,35. 292,26. 308,27. 325,13. 454,19. 457,23,34,37.
Emendatur. 67,14. 250,20.
Illuſtratur. 433,16
Notatur. 238,27
Plinius Cæcilius. 96,38
Plutarchus. 108,6. 172,12. 307,8. 426,29.
Poeta vetus. 133,26
Pollux. 126,30. 315,6. 425,8
Emendatur. 421,11
Porphyrius. 186,10
Poſidonius. 83,11. 107,30
Propertius. 46,25. 160,30. 205,27. 231,19. 321,9. 361,13,16. 384,29. 391,21. 412,37. 507,5.
Prudentius. 180,31. 442,14. 462,16. 464,35.
Ptolemæi Regis Epigrāma emendatur. 25,26
Ptolemæus Peludienſis. 28,36 30,5. 108,11. 115,16. 127,6. 148,1,33. 173,15, 18. 174,17. 175,35. 176, 11. 178,30. 192,11. 215, 18. 218,27. 219,12. 220, 35. 240,2. 283,4. 285,36. 296,18. 304,24. 362,32. 438,26.
Emendatur. 29,17. 32,5
Notatur. 44,32
Publij

Publij Mimi verſus illuſtratus. 454,12.
Pythagorei. 104,18

S

Salluſtius. 172,4. 206,25. 348,4
Saluianus Epiſcop. Maßil. 448,10
Sappho. 66,32
Scholiaſtes Apollonij. 406,8
Ariſtophanis. 439,14
Germanici Cæſaris. 50,35. 62,16. 86,13. 91,7. 422,18
Emẽdatur. 403,28. 422,28
Homeri ἀνέκδοτος. 392,10
Iuuenalis. 353,15
Nicandri. 406,15. 422,15
Ptolemæi. 32,36. 237,29. 240,13.
Senatuſconſultum Ephororum notabile. 426,0
Seneca. 100,17,11. 401,13. 436,15. 447,1. 454,31.
Idem in Tragœdiis. 462,4. 508,16. 509,1. 509,7.12,16. 510,7
Seruius. 157,8. 294,11. 326,23. 361,17. 369,18.
Error. 9,3,8
Sex. Empiricus. 29,35
Sibylla. 70,32
Sidonius Apollinaris. 94,34. 417,32. 461,27.
Silius Italicus. 316,22. 322,33. 348,7. 386,37. 388,25,32. 391,31. 416,26, 28. 439,3. 445,27. 459,16. 507,30,35, 508,20.
Emẽdatur. 459,19
Sophocles. 27,4. 56,58. 311,22. 319,19. 325,3. 421,23. 459,16.
Emendatur. 68,18
Spartianus. 415,19. 453,33
Sphæra vetus Græca. 44,19. 49,33. 53,34. 60.34. 63,3. 90,38. 123,10. 128,3. 131,9. 313,9. 320,27.
Statius. 305,4. 310,3. 316,34. 322,9,12. 365,18. 367,7. 416,24. 425,9,12. 437,18. 465,5. 507,15,25.
Emendatur. 347,16
Notatur. 468,36
Suetonius. 162,12. 170,6. 307,30. 325,4. 365,2. 392,36. 419,14. 426,56
Suidas. 324,7. 433,26

T

Terentius. 173,14
Tertullianus. 68,15. 118,19. 165,19. 245,11. 246,36. 247,2. 463,11.
Emendatur. 414,32. 451,20. 452,17. 509,32.
Illuſtratur. 70,26. 103,13. 114,2. 454,17
Thales. 51,13
Theo enarrator Arati. 56,13. 61,4. 62,16. 74,10. 159,37. 338,38.
Notatur. 52,37. 412,14,20. 438,34.
Theocritus. 30,38
Tibullus. 46,13. 333,20. 347,7. 430,13.
Timocles Comicus. 344,2

Trebellius

Trebellius Pollio. 402,15
Tyrtaus. 205,12

V

Val. Flaccus. 322,17. 338,38. 354,38. 357,11. 392,14. 395,18. 405.34. 417,27. 472,9. 508,11, 14,35.
Varro. 90,35. 195,26. 398, 15,27.
Notatur. 399,12
Vegetius. 53,31. 154.5. 392,35.
Venantius Fortunatus. 425,5
Virgilius. 23,19.48,25.53,16. 64,16. 72,33. 86,21. 97, 24,26. 100,24. 105,30. 106,21. 133,23. 164,38. 175,11. 178,27. 193,25. 197,12. 306,1. 315,12. 313,6. 321,35. 326,16. 366,21. 387,13. 435,13.
Emendatur. 8,10.9,3,23,33. 47,2. 49,37. 62,25.
Vita Chryſostomi. 453,6
Vitruuius. 29,5. 60,22. 254,31. 455,13.
Emendatur. 62,25
Vlpianus. 261,33. 325,5
Volcatius Gallicanus. 398,11
Vopiſcus. 447,9. 465,13

X

Xenophanes. 35,37
Xenophon. 172,7

** INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
MEMORABILIVM QVÆ IN
IOSEPHI SCALIGERI NOTIS
in Manilium continentur.

A

ABEN-Ezra. 370,35
Abi, Ἄβιοι gens. 451,13
Accipere legem. 248,19
Accipitraria. 434,30
ἀκκόρ. 427, 4
Adrianus Imper. Athenas inſtaurauit. 70, 8
Ædes Tonantis ab Aug. dedicata. 456, 1
Ægyptij aſtrologiæ inuẽtores. 28,33
Ægyptiorum de Cometis ſententia. 104, 9
de mundi origine. 32, 34
ἄνη) Arato. 451, 7
αἰώρα. 115, 35
Aerobata. 465,11
Æſculapius Ægyptius. 368, 37
Affinitas quid. 175, 35
Africa ſimilis ſpolio Pardalis. 350,12
ἀγάννα, Cynoſura. 44, 14
Alchymia priſcis Græcis & Romanis ignota. 324, 2
Alchymiſtarum libros cremauit Diocletianus. 324, 11
Alciatus notatur. 424, 16
Alcon Phaleri Argonautæ F. 417,24
Aleam emere. 305, 34
ἀλετροπόδιον, Orion. 55,36
Aljofar. 440, 28
Almantica. 91, 16
ἀλεπύγια. 466, 38
Altera tertia. 72, 30
Alter ſemiſſis. 72, 34
Altiliarij. 437, 25
ἅμματα. 391, 14. 392, 20
Amphiſcij. 63, 35
Anabibazon. 86, 27
ἀναβολαί. 398, 18. 432, 8
ἀναγωγῆς τῶν βλαυτῶν. 458. 4
Analemma. 281, 34
ἀναφορά. 192, 29
Anaphoricorum modorum duplex computus. 245, 13
Anaphorica vitæ tempora. 292, 5
Ancones. 424,30
ἀγκύλη. 458, 6
ἀνδρεικελᾶς. 297, 8
Annibal. 306, 34. 343, 12
Antecanis. 464, 25
Antiochus Mathematicus. 155,31
Antiſcia. 154, 37. 155, 16
Anuli φυσικοὶ, φαρμακῖται. 439, 10
ἀπαλλαγὴ ludorum Circenſ. 125,27
ἀπάτωρ Vulcanus. 110, 34
Apinarij. 398. 10
ἄπνους Democriti. 308, 13
ἀποκλίματα. 188, 9. 192, 4
ἀποπλῶν quid. 304, 22
ἀποτελεσματικὸν μέρος ἀστρολογίας. 107, 35
ἀπόχυμα. 39, 33
ἀφιρίπποι. 120, 29. 313, 35
ἀφέτης. 126, 11
Aquilæ cæleſtis fabula non vulgaris. 49, 9
Aquileges. 326, 35
Ara ſidus. 430, 14
Arabes humanas effigies aſteriſmorum ridicule interpolãt. 2. 484,26
Aratea Phænomena Ouidij. 25,30
Arati patria. 58, 14

in Arbore

in Arbore ſumma mali eſſe. 80, 26
ἄρχαι. 33, 34
Arcticus circulus. 76, 5. & deinceps. non eſt parallelus Tropicis. 79, 6
Arctophylax. 35, 31. idem cum Arcturo. 433, 28
Arctos pro Arctico circulo. 75, 31 pro orizonte. 76, 24
Arcturus In Ægypto culminat, 85, 20
Area Circi. 293, 29
Area vitæ. 293, 17. 294, 15
Argo à puppi oritur. 386, 26
Ariadna cum ſua corona in cælum euecta. 47, 18. 412, 36
Aries ſua terga reſpicit. 337, 36
Ariſtæus Ceos docuit caniculam ſacrificiis placare. 406, 8
Ariſtotelis ſententia de mundi origine. 32, 14
Arma ſoum. 322, 12
Armatura. 392, 33. 393, 3
ἀσπιδεῖον. 62, 25
Aſceſiones rectæ & obliquæ. 224, 18
Aſcenſiones & in eodem loco inæquales & eædem in aliis locis variant 227, 1
Aſcenſionum ὁμαλαὶ αὐξομειώσεις ſecundum veteres. 239, 11
Aſconius notatur. 425, 17
Aſelli Iugulæ dicti. 403, 24
Aſpectuum appellatio à quibus 146, 3
Aſpectus Signorum cum Planetis quot modis. 150, 3
Aſpendius tibicen. 425, 16
Aſtrapoplecta. 100, 23
Aſtrologia Ægyptiorum & Babyloniorum inuentum. 28, 33
Aſtronomiæ partes. 21, 36. 107, 17 304, 30
Atalantæ genitura. 404, 3
Athenæ à Sulla dirutæ 70, 8
Athla. 206, 18. 214, 3
Athlorum thema. 247. 0
ἀπαγγελλεῖν. 418, 20
ἀυάσης. 350, 13
Auctor. 447, 16
Auguſti genitura. 341, 39
Auguſti horoſcopus Capricornus. 162, 12
Auguſti natalis. 342, 1
Auguſti ἀντίθεσις. 342, 9
Auienus Eudoxo refert accepta, quæ tamē ab Arato accepit. 58, 25
Aurileguli. 458, 20
Automaton. 446, 25
αὐθέντης. 447, 16
Azemena. 153, 37
Axis. 43, 1 ἀσύμπτωτος γραμμή. 43, 3

B.

Baharem Inſula. 440, 16
Baltica. 459, 7
Barbarica ſphæra. 369, 3
βατήρ. 421, 2
Batilius. 61, 16
Batulum. 61, 19
βεβλημένου, βεβλημένου Arato 406, 36
Βίρβιρι. 440, 21
Beroſus. 29, 3
Beſſi metallarij. 323, 26
Beſtiarij. 316, 38
Bootes. Vide Arctophylax.
βουληφόροι θεοί. 352, 38

C.

Cædere verba. 334, 24
C. Cæſaris genitura. 342, 31 triumphi. 343, 4. Cædes. 16, 17 ἀντίθεσις. 366, 38
Calliopici. 313, 20
Campæ marinæ Delphini. 97, 11
Campidoctores. 321, 18
Canariæ inſulæ. 88, 11
Canicula. 57. per totum. 405, 2
Canicula à Calabris propitiabatur. 305, 33. à leis. 58, 33. 406, 4
Caniculam à meridie cerni. 60, 4
Caniculæ ortum obſeruãt Cilices. 57, 36.
Canon horarius. 271. 0
Canon aſcenſionalis. 207, 0

** 2 Canopus,

Canopus. 38, 28. 370, 21. 386, 21
Cantatores, Cantores. 399, 2
Canticum. 398, 35
Cantor mimus. 398, 38
Capiteiorſum. 442, 19
Capite ſiſtere. 442, 22
Capricornus ſidus contractum. 41, 31. 133, 7. 152, 14
Capri corno horoſcopante naſcuntur Reges. 163, 22
Caput Scholæ. 329, 10
Carcer Caſtrorum. 462, 8
Cardinum interualla. 191, 12
Catia clauis. 58, 23
Caſſiepea non Caſſiopea. 459, 26
Caſpium mare. 348, 32
Catabolum. 317, 25
Cataclyſmos. 33, 22. 363, 28
Catillus molæ 238, 2
Catomum, Catomium. 442, 6
in Cauſſa eſſe. 154, 5
Cauſſarius oculorum. 154, 2
Cei obſeruant ortum Caniculæ. 58, 33
Centaurus. 85, 38
Centeſimæ nota. 315, 34
Cercopes. 349, 35
Cerachi. 80, 27
Cereus, Ingeniculatus. 45, 26
Chariton & Menalippus inſignis amicitiæ exempla. 171, 22
Chelidonias Piſcis. 62, 8
Chelys veterum eſt *Laut* noſtrum. 424, 18
χελώνιος. 387, 5
Chiron. 85, 38. 93, 12
Choreæ vitium. 408, 26
χορδωταὶ ἀστέρες. 91, 2
Chromatarij. 353, 15
Chronocratoriæ ſignorum. 295, 23
χρόνος, annus. 286, 2
Circenſes ludi. 326, 17
Circuli paralleli. 228, 36
Circulus quot ſtadiorum. 245, 32
Citharæ Apollo inuentor. 420, 5
Claues Laconicæ. 52, 37
Clauſus auctor Claudiæ gentis. 98, 4
Clitarchi opinio de Caſpio mari. 348, 31
Cognitor, Cognitura. 419, 12
Columba Decimi Bruti. 437, 34
Columbæ ad iuſſa & epiſtolas ferendas inſtitutæ. 437, 34
Columbæ moſchi, & odorum appetentiſſ. 438, 1
Columba Muhammedis. 438, 5
Columba Ioſuæ ſecundum Samaritas. 438, 6
Coluri circuli. 84, 12
Combinator. 391, 4
Cometes πωγωνίας. 102, 10 ξιφίτης, 102, 21. πιθίας, 102, 24 βοστρυχίας. 102, 38. αἴξ. 103, 6 ἀκοντίας 103, 23. λαμπαδίας. 103, 11
Cometæ duratio. 101. 18
Comites equi. 392, 16
Comitiliſium. 96, 38
Commutationes animorum. 173, 13
Concha margaritaria. 440, 21
Condita. 415, 17
in Conditis habere. 190, 20
Conditiones ſtellarum pro factionibus barbarum. 126. 33
Confectores. 317, 15
Confectorium, 317, 20
Conquaternatio equorum. 392, 1
Conſpectus aſtrorū. 134, 19. 146, 2
Corona auſtrina. 411, 29
Crater. 410, 13
Crates Criticus 76, 12. 346, 19
κραβάτη. 400, 22
Crotus. 85, 38
Crux aſteriſmus circa polum antarcticum. 65, 18
Cuias, qualis. 180, 29
Curiatij. 96, 27
Curioſi. 463, 3
Cycnus Appollini dicatus. 97, 7

D.

Dagon. 343, 34. 344, 20
Damnare nidis. 435, 20
Damon & Pytheas raræ amicitiæ exempla.

exempla. 171, 13
Decanus. 328, 24. 329, 6, 8
Deducere in orbem, prouerbiale. 119, 3
Defundere, & diffundere. 42, 10
Degredi, & Digredi. 233, 5
Deliquia ſolis & Lunæ non vbique videri. 39, 32
Delphinus Phœbo ſacer. 97, 7
Deludere. 338, 7
Democriti liber περὶ ἀκτῖν. 308, 13
Demoſthenis genitura. 318, 6
Depalationes dierum. 249, 19
Deplere. 305, 3
Derceto. 343, 34. 344, 20
Deſultores. 391, 4
δίαυλος, 294, 6
Dicterium. 398, 13, 70
Διαπτύζειν. 455, 29
Diffundere. 42, 10
Digitum tollere. 418, 33
Dij inflantes corpora. 344, 8
Dirigere abſolute. 41, 27. 336, 30
δωδεκατημορίδιν ὁρίων. 285, 29
Dodecaeteridos Genethliacæ Exemplum 285, 9
Dodecaeteris duplex. 289, 2
Dodecaeteris generalis. 289, 4
Dodecaeteris particularis. 289, 22
Dodecatopos. 188, 6
Dodecatemorium ſignorum. 178, 37
Dodecatemorion Planetæ. 182, 3
Domus XII cæleſtes. 202, 0
δόναξ ὑπολύριος. 421, 11
Dorogen. 179, 38
Dorotheus Sidonius. 25, 32. 179, 26
Ducatus. 434, 28
Ducere, παλεύειν: 435, 30
Ducenarij equites, ſenatores, protectores. 166, 10. Et deinceps.

E.

ἔαρ. 406, 13
εὐοῦδία. 398, 17
ἔκδοσις. 315, 12
ἐκπύρωσις. 35, 22. 363, 28
ἐκτροπαί. 212, 9
ἠλακάτη, ſidus. 470, 33
Electrum. 459, 12
Emblema. 454, 9
Embolaria mulier. 399, 4
Emiſcere. 410, 7
ἱμός. 422, 38
Ἐνδόσημα. 398, 18
ἐνδρόμια. 190, 11
ἔγγειος τόκος. 315, 6
ἔγγονος τόκος. 315, 5, 19
ἔνη καὶ νέα. 88, 28
Enneadecaeteris Metonis. 327, 13
ἐπαναβάσεις ἀστέρων. 104, 37
ἐπαναφορά. 188, 10. 192, 3
Ephalmatores. 447, 32
ἐφαπτίς. 342, 33
ἔφεδροι. 417, 79
ἐπιγραφεύς. 312, 7
Epigonus fidicen. 425, 5
ἐπιθανάτιος. 317, 1
ἐπικρίνειν, ἐπικρύνειν. 425, 7
Epicurei Fortunam omnia regere ſciſcunt. 71, 19
ἐπιτήδειος. 172, 6
Equiſtrator. 432, 8
Equus cæleſtis, ἡμιτελής. 49, 28
Equo cum Andromeda communis ſtella. 16, 31
Eratoſthenes φαινόμενα cum cauſſis ſuis ſcripſit verſibus. 112, 6, 27
Eridanum cum Rhodano confundebant veteres. 63, 4
Errones. 100, 11
Eryſichthonis genitura. 341, 8
Eudoxi ἔνοπτρον καὶ φαινόμενα. 58, 27
Eudoxi ſpecula. 38, 38
Eudoxus primos Græcos Planetarum curſum docuit. 24, 35
Eudoxus diu inter Ægyptios verſatus. 356, 17
Euerriculum. 328, 8
Eumæi genitura. 396, 5
Euripi Circenſium. 362, 13
Exanimare feras. 322, 17
ἔξαυγος Planeta. 105, 3
ἐξόδια. 399, 5
Exorare leones. 322, 4

** 3 Exungu-

Exungulare. 322, 1

F.

Factiones. 126, 25
Factiones Stellarum. 126, 23
Factores, alicuius factionis homines. 126, 25
Fatum. φθορά. 32, 22. 36, 20. 115. 1
Fauius pro Fabius. 97, 30
Ferdaria. 296, 9, 14
Ferēs, ἀναφερόμενος. 430, 13. 440, 4
Fidicula. 441, 29, 36. 442, 1
Finis, circulus. 74, 21
Firmicus matheſeos ignarus. 370, 27
Flaturarius. 324, 25
Fons, κάλπις. 411, 11
Forma, aſteriſmus. 32, 1
Forma, ſchema geometricū. 138, 33
Fulmentum, & Fulmenta. 195, 25
Fundens ſubſtantiuum. 161, 35
Furnarius. 325, 3

G.

Gabia. 462, 22
Galaxias. 90, 28. 92, 26
Garcias ab Horto medicus Proregis Indiæ notatur. 410, 21
Generis mutatio. 463, 22. & deinceps.
γενέσεις παρεμπτωτικαί. 30, 5
Geniturarum exempla per omnes modos. 272, 0, & deinceps,
Geniturarum cuſpides ſiue anguli. 188, 17
χιγχαίνειν. 428, 35
γίννοι. 431, 32
Glabratores. 400, 33
Gladiatores auctorati. 321, 9
Gradus quot ſtadiorum. 245, 34
Gratius poeta. 62, 25

H.

Harpa. 425, 5, 19
HAVE. 390, 3
Heliotropion Metonis.
Heptazonos. 290, 31
Heraclidæ liber περὶ ἄπνου. 308, 27
Heraclitus. 33, 15. 36, 1, 3
Hermodori genitura. 318, 6
Heteroſcij. 63, 35
Hilleg. 126, 38
Hinni. 431, 32
Hiſpania bellax. 252, 12
Homozona. 157, 4
Homozoni Dij. 153, 8
Horarū inæqualitas. 225. per totum
Horariorum incrementorum ratio apud veteres. 250, 4
Horarū duplex inæqualitas. 227, 27
Horologium ad æquinoctialem vmbram dirigitur. 254, 31
Horoſcopum deprehendendi mos. 269, 0
Horrea Sulpitia. 415, 35

I.

Icarij boues. 46, 25
Ichnuſa, Sardinia. 348, 4
ἰδιοτροπία. 355, 11
ἱερακοσόφιον. 434, 33
Illi, pro illic. 228, 33
Illices, παλεύτριαι. 437, 27
Increpare boues. 46, 13
Infindere. 408, 35
Inſerta. 424, 12
Interiuncti equi. 321, 39
Inſtitor ſidus. 463, 20
Intus canere. 425, 16
Ioh. de Roias notatur. 214, 27
Ioui, pro Ioue. 160, 3
ἱππιατρία. 432, 16
Ipſum, ſeipſum. 38, 8. 43, 18. 118, 23
Irriguus cantus. 204, 36
Iſia feſta. 30, 25
ἰσχλωτά. 458, 4
Iugitus, clangor miluiorum. 428, 29
Iugula Orion. 403, 27
Iugulæ. 403, 24

K.

κακὸς δαίμων. 192, 28
κῶ μέσον κεφαλαίω ἴχθυ. 30, 26
κατωνάκην κρέμασθαι. 442, 20
κιλτῶν nomine quid veteres. 351, 11
αἴτιον.

κέντρα. 188, 8
κέντρων tutelæ. 198, 37. 203, 6
κέρατα τ̃ λύρας. 420, 34
κηρυκεῖον. 411, 29
κόλλοπες. 424, 10
κολόρροβος. 46, 22
κερκί. 410, 9
κυβιστᾶν. κυβιστηταί. 444, 8
κυνοσέφιον. 434, 33

L.

Lampada Lampadæ. 50, 29. 51, 35
Leges Iuliæ Auguſti. 342, 4
Librari. 132, 27
Limen. 83, 14
Linea alba. 125, 8
Linea normalis. 136, 25
λῖνον, commiſſura Piſcium. 62, 26
Liquaminarius. 466, 29
Lucani ſcarabæi. 425, 30
Lucifer. 105, 7
Ludentes ſtellæ. 91, 8
Lunæ deliquium argumentum rotunditatis terræ. 39, 11
Lunæ delinquenti æris crepitu ſuccurri. 39, 16
Lux dubia. 198, 12
Lyra, ἑπτάχορδος, ἐννεάχορδος. ὀκτωκαιδεκάχορδος. 425, 22
Lyræ Mercurius inuentor. 420, 4
λύριον. 421, 15

M.

Macer Æmilius. 113, 12
Macetum. 358, 17
μαγάδιον. 421, 7
Magnum quam. 306, 18
Malugeiatus, maluginioſus. 196, 29
Manilius Antiochus. 1. 0
Manilius ſcripſit carmẽ perpetuum, nõ in capita ſectũ. 151, 24. 226, 35
Manilius ignorabat ea quæ tractabat. 370, 22
Manſuetarius. 322, 20. 468, 27
Mappa. 123, 33. 126, 2
Mapparius. 126, 1
Margaritariæ conchæ. 440, 14
Margaritarij. 439, 31
Marianus Lupercaliorum poeta. 359, 36
Marſi. 430, 19
Maſſilienſes bellicoſi, & victores. 18, 25
Mathematicæ partes. 314, 5
Mauricatim. 355, 4
Maurita. 355, 4
Mediaſtinos. 325, 1
Mercurius docuit Ægyptios Aſtronomiam. 27, 37
Mercurij planeta. 104, 35
Meridiani diuerſi pro locorum inclinatione. 87, per totum.
Meſſeniacum bellum. 205, 10
Merx ſugax. 323, 21
Meta molæ. 238, 2
Metallarij. 323, 25
Metallum, θησαυρισμός. 415, 17
μετέωρα. 22, 37. 99, 19
Meteorologia. 22, 37
Meton Athenienſis. 255, 1. Aquilex & aſtrologus. 326, 26. Eius genitura. Ibid.
Micropſychi. 218, 33
Miluinæ tibiæ. 428, 28
Minari. 46, 11
Miſera pars. 154, 6
Mixtura ſtellarum. 186, 26
Modus æqualis Thematum omnium antiquiſſ. 281, 28
Mola ſuperior, inferior. 237, 38
Molucæ inſulæ. 88, 9
Momen. 27, 19
Monomoeriæ. 229, 18. 333, 25. 368, 31. 385, 31
Mulomedicina. 432, 16, 30
Mundi forma. 37, 13
Mundum prouidentia non forte gubernari. 67, 35
Mundus quotfariã accipitur. 434, 38
Mundi Thema. 265, 0
Mundi natalis. 32, 34
Munerarius. 126, 14
Munifices. 329, 19
Muſaicus. 454, 6
Muſicarij

Muſicarij. 313,21
Muſiua. 454, 4
Muſiuarij. 453, 24
Myrjogeneſis. 368, 33

N.

Natare, titubare. 325, 35
Natum æs. 311, 32
Nauis olim cum binis gubernaculis. 368, 24
ναῦλα, fœnus nauticum. 315, 8
Nebuloſæ ſtellæ corpus vitiant. 340, 33
Nepa. 331, 20
Nirac. 91, 19
Noctes ἐπ' ἀρκτούρῳ. 433, 4, 11
Normalis angulus. 136, 27
Notarij, qui & ταχυγράφοι. 318, 14
Noxia pro iurgio. 158, 25
Nutricia. 212, 14

O.

ὀάριζε. 350, 14
Obſtrigillati calcei. 458, 4
Oceanus pro orizonte. 40, 23. 63, 25. 341, 5
Octaeterides Harpali & Cleoſtrati. 327, 15.
Octatopos. 192, 6
Odabaſſi. 329, 15
Oedipodis genitura. 340. 9, 32
Ophiuchus. 48, 6
Opiferæ. 80, 29
ὁπλορχῦσαι. 393, 2
Orbis inuius. 63, 30
Orbis diſciplinarum. 314, 4
Orbis laborum. 133, 4
Orbis peregrinus. 63, 28
Orci galea. 445, 17
Orciſcopularij. 445, 16
ὀρζεάτης. 465, 4
Orion. 51, 22
Orizon. 87 per totum. 90, 4
Orizon diuerſus pro locorum inclinatione. Ibid.
Ornator glabrarius. 400, 35
ὀφρύς. 466, 8
Oues paſſales. 68, 16.
Ouidius Phænomena Arati vertit. 25, 30. 71, 36. 339, 8.

P.

Pacis templum. 24, 27
Palamedes. 319, 6
παλεύειν, ducere. 435, 30
παλαιστρίαι. 437, 27
Pallas triumphus. 312, 13
πανάρετος Triſmegiſti liber. 209, 26
Pantomimus. 450, 19
Pantomimi primum Romæ ſub Auguſto. 399, 15
παράβολος, παραβολεύεσθαι. 317, 7. 12. 447, 15.
παραιρέτης. 126, 24
Parallelorum definitio. 83, 26
παραστατίδες. 176, 11
παραυγασμός. 235, 7
Partes, factiones. 168, 38. 172, 23.
a Partibus remouere. 166, 7
Particulæ QVAM, QVVM, VT reticentur. 98, 28
Partilis Signorū deſiguratio. 137. 19
Paſſales oues. 68, 16
Paſſiuitas. 68, 15
Paſtor certamen. 312, 13
Pauli Alexandrini ſæculum. 240, 6
Pauli muli, 431, 26, 30
Pectines Lyræ. 47, 31
πῆχυς Lyræ. 420, 33
Pegma. 446, 22
Pegmares. 446, 25
Pella Alexandri patria. 96, 4
περιοδευταὶ μαθημάτων. 314, 8
περιπόδιον ζεῦγμα. 86, 9
περίοικοι. 238, 13
περιχυθ. 324, 38
Petaminarij. 448, 5
πῆξις quid vocent Apoteleſmatici. 32, 29.
Pharus. 430, 27
φάσεις ἀέριαι. 104, 38
φάτνη Cancri. 340, 25
Philoctetæ genitura. 416, 18
Phœbi tutela tria animalia. 97, 4
Phœnice

Phœnice Cynoſura 44,5
Phœniſſa mœnia. 403,24
φυρφορίη. 295,38. 299.14
Picus Mirandula notatur. 92,1
214.27. 370,2. 208,3.
Pigmentarij. 413,29
Pilicrepi. 403,8
Pililudij. 403,4
πινακικὸν μέρος Aſtrologiæ. 107,35.
Piſcis Magnus, qui & ſolitarius.
62,15.
Piſcium alter βόρειος, alter νότιος.
62,6.
Piſtris, Piſtrix pro Priſtes. 466,4
Pityſmata. 455.6
Pityſſare. 455,9
Planeta πολεύων, & λίπων, 290,
26,27.
Planetæ. 100,12
Planetarum curſus quando primum
Græcis cognitus. 24,35
Planetarum aſpectus. 134,19
Planipedes. 90,14
Platica ſignorũ deſiguratio. 137,20
πλόκαμος Βερενίκης. 470,30
πόλος pro Horologio. 254.33
πόρ. 427,8
Portare ſe: 451,9
Poſtliminium. 83,14
Præcepta doctrinæ Manilianæ.
266,0.
Prætor Circenſibus ſignũ dat. 125,8
Prætextus pro Prætextatus. 449,4
πρανές. 423,32
πράξεις, factiones. 126,29
Primanus. 329,8
Priuatus, ἰδιώτης, κοσμιώτης. 114,5
πρόχειρα ἄσματα. 398,18
Procurator ducenarius. 166,22
Procyon. *Vide* antecanis.
προΐκτια. 391,13
προφυλακτική. 432,28
Prorogator barbarum. 126,35
προστασία, ius applicationis. 29,13.
προτίλτης. 119,21
Protenus. 116,18
προβρά. 479,19
Ψαλὶς Cancri. 119,4
Pſalterium. 398,31
ψηφοπαίκτ. 320,26
ψυλλεία. 31,23. 438,23
Ptolemæus Canopus ſtella. 370.22
Pumicator. 400,36
Pyctomachi. 402,24
Pyctale certamen. ibid.
Pytheas. 77,32

Q.

Quadrata in amicitiis præferuntur
omnibus ſchematiſmis. 174,20
τὸ QVANDOQVE Manilio iungitur
cum QVIS aut QVVM. 214,8.
262,23. 294,37.
Quanti pro Quot. 403,11. 245,11
Quaque; Quacunque. 419,3
Quintanus. 329,8
τὸ QVVM ſubauditur ſæpe. 93,17

R.

ῥαβδοφόροι planetæ. 353,3
Reduco prima producta. 52,33
Regiones quæ quibus ſignis ſubiectæ. 355,21
ῥέμβοι. 397.10
Remos inhibere. 386,28
Reus pro malo ἰδιωτικῶς. 341,9
Robigalia. 57,5
Romæ vrbis natalis. 559,32
Romulus conceptus quando. 359,13
quando natus. ibid. 27

S.

Sagittarius dimidiato vultu. 133,34.
Salchodai. 293,12
Salmahi. 239,13
Salmoneus. 393,24
Samothracij anuli. 439,25
Sancitus Tertulliano. 103,13
σαρδαλιῶτης Sardinia. 348,4
Sanguis nemorum. 406,12
Sapa. 406,19
Satira. 450,12
σκαπέρδα. 445,36
Schola contubernium. 329,14

*** σκιὰς

n.

σιὰς Lacedæmone. 425,28. 426,38
in Scotia dies longiſſimi. 236,2
Scurra mimarius. 398,11
Sectores. 419.7
Secutor. 417,11
Seleurus latro. 446,31
Cύμαζα, circuli. 74,24
Senator militum. 321,20
Senatuſconſultũ Ephororum. 426,0
Sentire, audire ἰδιωτικῶς. 161,20.
Seplaſiarij. 413,28
Septizonium. 290,31
Seres. 17,1
Ser. Sulpitij Iuriſconſ. genitura. 320,27.
Seruius Rex. 308,2
Seſtertius pes, ſeſtertius gradus. 180,3.
σῖγμα in ῥῶ mutabant Lacedæmones. 427,2
Signa a punctis æquinoctialibus æqualiter diſtantia æquales ortus & occaſus habent. 261,18
Signa ἄσολικτα. 145,26
aduerſa. 129,14
alterna. 147,11
amica & inimica. 158,6. 161,11
ἁπλᾶ. 174,24
ἀσύνδετα. 148,22
audientia. 158,34
auerſa. 123,3
bina. 122,31
βλέποντα. 155,2
cognata. 147,16
communia. 132,8
concreta. 122,33
deuia. 143,21
dextra. 136,13
διάμετρα. 149,12. 150,9
διπλᾶ. 174,23
dirimentia. 138,19
δίσωμα. 123,38. 175,7
diuiſa, aduerſa. 149,26. 150,9. 151,18
diurna. 129,31
ecliptica. 363,6.
fecunda. 132,3.
feminina nocturna. 129,18
ἰσοδυναμοῦντα. 155,3
ἰσαναφορα. 230,25. 261,19
λογικά. 129,9
maſculina diurna. 129,18
maſculina, feminina. 121,13
mutila. 133,13
nocturna. 130,4
paria. 123,2
πολυαναφορα, ὀλιγοαναφορα. 225,27.
προστάσσοντα, ὑπακούοντα. 155,4,18
ſecundaria. 99,20
ſedentia. 132,33
ſimplicia. 174,24. 175,18
ſingula. 122,26. 144,27
ſiniſtra. 136,16
στερεά. 124,34. 175,26
ſterilia. 132,5
tranſita. 141,16
trigona. 171,33
Significationes pro circulis. 74,25
Signis quæ regiones aſſignantur. 155,20.
a Signis Zodiaci cauſſæ generationis & corruptionis. 120,34
Signorum aſpectus. 146,3
Signorum cæleſtium diuiſio. 121,1
Signorum chronocratoriæ. 295,23
Signorum κράσις triplex. 187,38
Signorum ἰδιοπροσωπίαι. 310,32
Signorum tutelæ in membris humanis. 153,26
Signorum ortus in Batauia. 155,15. 223,23
Signo ſub eodem nati plerunque non ſunt iiſdem moribus. 332,15
Signator lumen. 459,29
Signa non aſcendunt binis horis. 225,6. deinceps.
Signa omnia oriri recte ſub recta Sphæra credidit antiquitas. 230,17
Signum quot ſtadiorum. 245.33
Simile pro æquali. 51,27. 229,13. 243,33.
Singulator. 391,24

Singu-

Singularum ſcriptor. 318,11
Siniſtratio. 391,1
Sippara. 388,7
Siſtere,abſolutum verbum. 286,28. 341,31.
Sors Fortunæ. 207,37. & deinceps. 215,17.
Sortes Planetarum. 209,21
Sortes ligneæ, & eburneæ. 220,14
Soſigenis dubitatio de modo anni. 303,15.
σπατάλιον in coma. 399,34
Sphæra μυλοειδής. 79,32. 238,10.
Sphæra recta. 237,19
Sphæra recta aliter accipitur a Scholiaſte Ptolemæi,ac vulgo. ibid. 29
Sphæra ſtans. 237,16
Sphæræ diuiſio. 55,11
Sphæræ habitus triplex. 237,14
Sphæra barbarica quid. 368,30
Sphæræ barbaricæ partes. 368,24
Sphæra Græcanica. 369,4
Sphæræ Græcorum ad rationes Eudoxi conditæ ſunt. 256,34
Sphæra indica. 370,33
Sphæra Perſica. ibid.
σφαιροειδής. 40,6
Squallentia. 414,37
Squallor. 414,37
Staberius Eros. 2,14
Stadiaſmi anaphorici methodus. 245,14.
Stellæ ab aere temperantur. 44,30
Stellæ primæ magnitudinis nullæ vltra Tropicum Capricorni. 64,8
Stellarum numerus. 67,9. 469,24
Stellarum magnitudines. 469,19
στιχεῖα. 33,34
Strator. 432,13
Stratura. 432,15
Strictæ mentes. 96,8
Stricti. 394,30
Suam, τὴν αὐτῆς.
Subditirius. 417,10
Subire, aſcendere. 260,33
Subices. 260,35
Subortus. 266,10
Subſtinere. 52,11
Suculæ. 395,18
Superuacuum. 305,6
Suppoſititius. 417,10
Suſtentare ſe. 451,15.
συναφὴ ἀέρος. 126,24
συναστρία, amicitia. 174,36. 176,7
Syri quare Piſcibus abſtinebant. 343,38
Syrorum ſuperſtitioſa opinio de tumore membrorũ ab eſu Piſcium. 344,10.

T.

Tacta. 205,33
Tæniæ Zodiaci. 91,32
Tangere abſolute, 83,4
Tangere aram. 61,14
Tarrutius Firmanus. 108,5. 359,11
Taurus auerſus pingitur. 41,3. 338,26.
ingeniculatus. ibid. 10. 53,26. 121,14. 397,17. Oritur poſterioribus. 397,13.
interciſus. 128,32
Temporis principium, medium, finis. 124,31
Tendere. 106,6
Tergus. 338,17
Tertiarius. 417,15
Termini Planetarum. 185,38
Terræ forma. 37,24
Terræ diuiſio ſecundum Eratoſthenem. 347,35
Teſtudo. 129,14
Tetartemorion. 292,25
Tetrans. 358,5
Teucer Babylonius. 328,38
Teucri genitura. 416,19
Thales Phœnix ſecundũ quoſdam. 44,16.
Thebæ Deorum nutricula. 351,34
Thema genituræ. 215,38. 216.0.
Thema Sortis Fortunæ,ſiue Athcorum. 217.0.
θεατρόπωλοισι. 29,14

*** 2 Theſſalia.

Theſſalia magnorum regum nutrix. 351,35.
Tibar aurum. 458,36
Timotheus Mileſius fidicen 425,25
Tironis Tullij error. 396,15
Tollere digitum & manũ in auctionibus. 418,33
Tota, prima correpta. 246,34
Tracti Cometæ. 100,30
Tranſenna. 125,22
τριζωδία. 292,24
Tropici etymon. 82,10
Tropica quæ in genituris. 299,4
Tumores Syrij. 344,26
Turbo. 238,2
Tutelæ Deorum in ſignis. 151,27
Tympanum. 422,32,36
τύχη dupliciter conſideratur. 213,25

V.

Vaſa ſuperuacua. 305,3
Varillus. 61,16
Vbicis pro obicis. 52,33
Vectare ſe, ἱππάζω. 451,31
Vectio, vectatio. 451,31
Venefici, Marſi. 438,19
Veneris aſtrum. 105,5
Veneris maxima latitudo VIII grad. 91,38. 92,21.
Venus cur in piſcem mutata. 343,32
Verba cædere. 334,24
Verba incidere. 334,25
Vergiliarum ſidus inſtitor mercium. 325,11. in ſe conglobatũ. 338,34
Verſura. 302,4
Vertere ſolum. 385,1
Vertumni. 391,20
Veſperus. 105,7
Veterinaria. 432,18
Victrix ſolum. 463,23
Vinnus. 400,16
Viridis, cæruleus. 413,10
Virtutes & vitia Romæ conſecrata. 151,30.
Vitia. 314,18
Viuidius, ζωηρότερον. 410,25
Vniuerſi dimenſio. 72,3
οὐρανίσκος. 411,30. 412,21
Vrbicarij. 398,12
Wageath. 329,2

Z.

Zodiacus. 90,18
Ziampæ. 465,34
Zonæ mundi. 354,4. Earũ inuentor Parmenides. 354,23
ζωηρότερον. 410,24
Zucotora inſula. 88,10
ζύγωμα. 420,36

Y.

ὑμνολόγοι. 431,8
ὑπαίτια μέλη. 154,2
ὑπόλειψις ἀστέρος. 104,34
ὕπτιον. 423,32

F I N I S.

IOSEPHI

IOSEPHI SCALIGERI

Prolegomena IN M. MANILI ASTRONOMICA.

DE Manilio dicturos nulla nos veterum proſequuntur auxilia. Nam Ouidius, qui omnes æquales ſæculi ſui poetas, atque adeo ſodales ſuos recenſet, noſtri huius non meminit: niſi forte in illis fuerit, quorum nomina referre ait eſſe longam moram. Neque veriſimile eſt, ſiquidem omnes commemoraſſet, hunc prætermiſſurum eorum temporum æqualem, & tanto ingenio ac facundia poetam. Laurentius Bonincontrius Miniatenſis, qui ante centum quindecim annos Commentarium nullius aut perexiguæ frugis in hunc Poetam edidit, primuſque publice interpretari conatus eſt, ait hunc Manilium noſtrum non alium eſſe a Manilio Antiocho, quem aſtronomiæ conditorem pedibus cretatis inter venalitia Romam naue deuectum narrat Plinius: cuius rei firmandæ producit teſtem nummum argenteum, quem penes ſe fuiſſe ait, in quo expreſſa fuerit imago hominis peregrino habitu, ſphæra iuxta caput eius appoſita cum literis MANILI: eiuſdem exempli

nummum habuiſſe quendam Nicolaum Trapontinum familiarem ſuum ſcribit Lilius Gyraldus. Mirum vero Bonincontrij argumentum, Antiochenum fuiſſe, tum quia peregrino habitu,quaſi omnes peregrini eſſent Antiocheni, tum quia Antiochus dictus, quaſi Antiochus nomen gentile potius, quam proprium. Sed nihilominus mirum, quod eiuſmodi nummi hodie in loculis antiquariorum non reperiantur, quorum nemo talem neque habet, neque vidit vnquam. Iſte vero Antiochus a parentibus in patria, quæcunque illa fuit, Manilius Romæ a manumiſſore nominatus, quomodo temporibus vltimis Auguſti viuere potuit, qui Sullanis temporibus iam aſtrologus erat? Vectus enim fuit eadem naui cum Staberio Erote Grammatico, quem temporibus Sullanis ludum aperuiſſe prodit Suetonius annis nonaginta quinque ante exceſſum Auguſti. Ergo ante tempora Sullana Romam delatus fuit, vt vltimo Auguſti æuo eum annorum CXX plus minus fuiſſe ſtatuendum ſit, quo tempore Manilius hæc Aſtronomica ſcribebat. Atqui ipſe optat ſibi contingere longam vitam ad tantum opus, quod inſtituit, explicandum.

——— Faueat magno Fortuna labori,
Annoſa & molli contingat vita ſenecta,
Vt poſſim rerum tantas emergere moles.

Sane ſenex non eſt, qui cupit, ſenex fieri. Probabilius illi, qui eundem Manilium eſſe exiſtimant, qui pilam Obeliſco Auguſti impoſuerit, ſcribente Plinio. Sed Plinius Mathematicum vocat, non poetam. Et nos ſcimus meliorem poetam, quam Mathematicum fuiſſe. Hactenus quod ex aliis de Manilio odorari potuimus. Nam ex eius ſcriptis de patria nihil colligi poteſt. Quod autem peregrinum ex eo cauſſatur Gyraldus, quod, vt ipſius verbis vtar, inquinate loquitur: prius nos debebat docere,

docere, quid ſit inquinate loqui. Nam ſi id eſt βαρβαρίζειν, vt re vera eſt, quarè non indicat barbariſmos in ſcriptore ſæculi florentiſſimi, quo & mancipia ipſa pure & Romane loquebantur? Sed ſi vlli ſunt barbariſmi, quare nos fugiunt illi barbariſmi, quos deprehendere ſi non per ingeniũ non liceret, quod in nobis perexiguum eſt, tamen vſus ipſe aperuiſſet, qui & in nobis aliquis eſt, & ſtupidorum etiam eſt magiſter. Sed quemadmodum aliud eſt ornate loqui, aliud pure: ita aliud eſt βαρβαρίζειν, aliud incondite loqui: quod quidem multis impoſuit, qui βαρβαρισμὸν vocant inconditum ſermonem. Illa anus, quæ in Theophraſti ſermone peregrinitatem notauit, magis Attice, & minus ornate, quam Theophraſtus, loqui potuit. Idem dicas de Liuio: cuius dictiò ornatior, quam Latinior illi Critico videbatur, qui Patauinitatem in eo animaduertebat, & quidem fortaſſe iuſtius, quam ij, qui militem, qui ſcripſit diarium belli Hiſpanici, barbarum vocant: quum tamen eo ſcripto nihil Latinius concipi poſſit. Sed horride loqui vllum militem, quem horridum vocant poetæ, non tam mirum videri debet, quam putare ideo barbare loqui, quod incondite. Futiliſſimo igitur argumento Lilius peregrinum ſuſpicatur Manilium ex ſordibus eius orationis, quæ nullæ ſunt. Idiotiſmos vero in illo eſſe non paucos animaduertet, qui eum auctorem æquiore animo legerit, quam Gyraldus. Sed idiotiſmos, & ſi qua ſunt ſimilia, ipſemet poeta excuſat tum aſperitate materiæ, tum egeſtate Latini ſermonis; contentus nude docere, quod ornate non poſſit. Neque vero ſtatim omnia damnanda ſunt, quæ nitorem ſermonis non admittunt: quaſi minore cura & ingenio tractanda ſint, quæ ab omni cultu eloquentiæ ſterilia ſunt, quam quæ ornamenta orationis admittunt. Sed ad libros Manilij, vnde digreſſi

 ſumus,

ſumus, reuertamur. Manilius igitur, quum ea, quæ a veteribus Græce tradita erant, Latinis verſibus edere inſtituiſſet, vt in cæteris, ſic in tributione operis ſui auctores ſuos ſequitur; qui hanc ſcriptionem *εἰς ἀμιγῆ καὶ συγκρατικὴν θεωρίαν* diuiſerunt. In priore parte Signorum habitus ad ſe inuicem, & apoteleſmata ſine ſuffragiis Stellarum errantium conſiderantur. In altera planetarum decreta admiſcentur. Verbi gratia, in priore parte, oriente Capricorno reges eduntur. In altera, ſi oriente Capricorno ille planeta cum illo coniunctus fuerit, aut in ſuo hypſomate, aut tapinomate fuerit, non reges ſed alios naſci. Priorem partem Manilius ſex libris explicauerat, quorum quinque hi tantum ad nos, & ne ij quidem ab omni parte integri peruenerunt: quintus enim in penultimis partibus truncus eſt. Nam quum *συνανατολῶν καὶ συγκαταδύσεων ἀποτελέσματα* docere vellet, *συνανατολὰς* libro quidem quinto complexus eſt: in ſequente autem libro *συγκαταδύσεων ἀποτελέσματα* perſequebatur. quod ipſe his fatetur:

Quæ mihi per proprias vires ſunt cuncta canenda,
Quid valeant ortu, quid quum merguntur in vndas.

Firmici quidem ætate adhuc ſupererat, ex quo *συγκαταδύσεων* ſphæræ barbaricæ *ἀποτελέσματα*, vt *συνανατολῶν*, ex quinto hauſit. Alteram partem, quam *συγκρατικὴν θεωρίαν* Græci vocant, quot libris abſoluerit, iure ignoramus; quia vates non ſumus. Abſoluiſſe vero non ſolum ipſi toties affirmanti credendum, ſed etiam Firmico, qui decreta Planetarum cum ortibus & occaſibus Sphæræ barbaricæ admiſcet. Nam vt ortus ſtellarum totidem verbis, quot Manilius, retulit, ita decreta ſtellarum ab eodem Manilio eſſe, dubium non eſt. Manilius vero nos ad illud opus remittit, vt libro II.

Hæc mihi ſub certa ſtellarum parte canentur.

Libro

Libro III. . *Si bene conſtiterint ſtellæ per ſigna ſequentes:*

Quarum ego poſterius vires in vtrunque valentes
Ordine ſub certo referam, quum pandere earum
Incipiam effectus —— Item:
Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur.
Mox veniens mixtura ſuis cum viribus omnis
Non interpoſitis turbabitur vndique membris.

Opus ſuum Auguſto dicauit. quod me tacente indicat vel carmen ipſum:

Nunc mihi tu Cæſar patriæ princepſque paterque.

Tempus ſcriptionis poſt cladem Varianam. Libro I.

Extremas modo per gentes vt fœdere rupto
Quum fera ductorem rapuit Germania Varum,
Infecitque trium legionum ſanguine campos.

Locum ſcriptionis dedicatio quidem prodit: ſed & ipſe quoque indicauit:

Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit vrbem.

Scripſit igitur Romæ poſt cladem Varianam, quæ quinquennio Auguſti obitum anteceſſit. Hoc Aſtronomicum vna cum auctore ſuo ignoratum ex bibliothecis Germaniæ erutum primus publicauit vir ſæculo ſuo eruditus Poggius Florentinus, iam tum naſcente typographia. Quum ab eius lectione homines deterrerentur, partim difficultate materiæ, partim vitiis ſcripturæ, & nihilominus quædam in eo auctore caperent, quæ deſiderium eorum, quæ non intelligebant, magis accenderent: euocatus Florentiam oppido Miniatenſi Laurentius Bonincontrius aſtrologus poetam publice interpretatus eſt, nactus meliorem codicem, quam quo Poggius vſus fuerat: cuius rei teſtem ipſum producam verbis ipſius, quæ huic loco maxime neceſſaria ſunt. *Sed tamen multa de ipſius nomine perſcrutando accepi ab Antonio Panormita viro doctiſſimo, atque poeta, quum Alfonſi tem-*

poribus Neapoli eſſem, quoſdam quinterniones valde perturbatos vetuſtiſſimoſque, quos ex Bibliotheca Caſſinenſi ſe accepiſſe dicebat, quoſque mihi tradidit dirigendos, in quibus in omni librorum principio talis inſcriptio erat: C. MANILII POETÆ INLVSTRIS ASTRONOMICON INCIPIT. *In cæteris libris numerus cum eadem inſcriptione. Quos ego quinterniones tranſcripſi vna cum Gallina Siculo, in quibus etiam quoſdam verſus pluribus locis inueni, quos in exemplaribus Poggij aut impreſſorum deeſſe cognoui: de quibus & aliis ſuo loco dicemus. Cuius vetuſtiſſimi codicis auctoritate permotus non verebor affirmare pro C. Manilio impreſſores M. Mallium ſcripſiſſe.* Nos quoque libenter eius ſententiæ de prænomine accederemus, niſi aliorum manuſcriptorum auctoritas obſtaret, qui Marci non Cai prænomen præferunt. Quod autem Bonincontrius dicit ſe multa in editione priore Poggij emendaſſe, non dubito, quin vbi textus eius ab exemplaribus ſcriptis diſcrepat, hæc fuerit interpolatio Bonincontrij. Nam Palatinus codex, & alius minimũ recedunt a textu Bonincontrij, præter ea pauca, quæ conſtat ab ipſo innouata eſſe. Nos præter Palatinam, & alius Germanici codicis lectionem, quæ, vt diximus, pene eadem eſt cum textu Bonincontrij, eam quoque nacti ſumus, quam ex codice monaſterij Gemblacenſis libri ſui oræ annotarat Iacobus Suſius. Id exemplar Gemblacenſe cum Palatino & altero Germanico collatum bonum videri poſſit: quod in Palatino & Germanico nihil boni ſit, quod non in Gemblacenſi, & pene ſemper in textu Bonincontrij reperiatur: quum contra aut multæ præclaræ lectiones expreſſæ, aut verarum veſtigia in Gemblacenſi extent, quæ in reliquis deſiderantur. Et tamen vbique iudicio opus fuit, vt vera a falſis diſtingueremus. Denique quanquam Gemblacenſi codici multa bona accepta ferimus, tamen in omnibus

nibus illis, quæ luxata ſunt ſuis locis, plane cum textu Bonincontrij conſentit. Nam in illo quoque ſigna aquilonia cum auſtrinis confuſa ſunt, & circulorum ἐκθέσεις non ſolum alieno loco & ex abrupto poſita, ſed etiam perplexa circulorum inter ſe intricatione perturbata eſt: vt taceam multos verſiculos ſecundo aut tertio loco non raro luxatos: quod ne minimum quidem Bonincontrio oboluit, cuius tamen referebat aut ex arte, quam profitebatur, ſuo loco reſtituere, aut ex tenore contextus non ſuo loco poſitos indicare. Nam quid de eo ſtatuendum, qui Colurum æquinoctialem interpretatur Orizontem? Si codicem Gemblacenſem prius nanciſci contigiſſet, ſecunda hac editione opus non fuiſſet: in quo codice luculente confirmantur multa, quæ de coniectura antea emendabamus. Quædam adhuc opus habebant caſtigatione, quia excedebāt captum humanæ coniecturæ: vt & adhuc non pauca relinquimus, quæ opem emendatioris codicis expectant. Non dubito tamen & ſupereſſe, quæ a meliore ingenio reſtitui poſſunt, & vt fiat, optamus. In tertio libro quinquaginta quatuor verſus loco ſuo motos, materia ipſa & tenore ſententiæ ita poſtulantibus, ſuis ſedibus reddidimus. quæ ſane eſt luculenta emendatio: qua lux reddita nobiliſſimæ diſputationi, quæ in illa verſuum & ſententiarum permixtione a nemine intelligebatur. Eam vero traiectionem integrarum diſputationum ex ſectione contigiſſe animaduertimus, qua homines imperiti Carmen Manilij in capita ſecuerunt, quum auctor perpetuum epos texuiſſet. Gemblacenſis ſane codex longe plura præfert capita, quam vulgatæ editiones. Atque adeo perturbatio verſuum magna ex parte nihil aliud eſt, quam illorum capitum, ſiue ſectionum inter ſe commutatio. Quum autē omnia Maniliana exemplaria ſcripta non magnam

vetuſtatem

vetuſtatem præferant, & ex vno vetuſtiore archetypo propagata ſint: ſi quis quærat, ab archetypo ne illæ ſectiones ſint, an recentioris temeritatis: nihil aliud ad hoc reſpondemus, quam ſi vetuſtiſſimæ ſint, hoc mirum non videri, quum in multis vetuſtis ſcriptoribus eiuſmodi luxationes deprehendantur. Aliquot proferre poſſemus. vna contenti erimus, quæ eſt in x. Æneidos, vbi Mezentius comparatur apro venatorum telis, & latratibus canum laceſſito. verſus hi ſunt ſuo loco moti:

Ille autem impauidus partes cunctatur in omnes,
Dentibus infrendens, & tergo decutit haſtas.

Reponendi enim poſt illum,

Sed iaculis tutiſque procul clamoribus inſtant.

Hoc ita eſſe nemo dubitabit, niſi qui Latine neſcit, aut communi ſenſu caret. Eiuſcemodi multas traiectiones in Tibullo, & Propertio notauimus Sed & de Tibullianis iam antea Lylius monuerat. Et tamen inuidis & imperitis quibuſdam flagitium feciſſe videmur, quod has perturbationes extricauimus in Manilio. Sed illa Virgiliana luxatio adeo vetuſta eſt, vt a vetere interprete agnoſcatur. Dicemus igitur Virgilium ita ſcripſiſſe, quia omnes vetuſtiſſimi codices ita habent, & omnibus codicibus hodiernis antiquior Seruius ita legebat? Non ſane; ſiquid ſapimus. Quæ auctoritas codicum a perito extorquere poterit, vt Caſſiepęa cum Canicula ſimul in eodem hemiſphærio boreali ponantur? Si aſtrologia taceret, tamen reclamaret Critice, quæ etiam ſine vlla ope aſtrologiæ facile luxatos artus in commiſſurás ſuas reponeret: atque adeo cordatus Grammaticus feciſſet, quod Bonincontrius ab aſtrologia ſua petere debebat, ſi quid in eo aceti Italici fuiſſet. Quemadmodum igitur recentiores editiones ad vetera exemplaria, vt aurum

ad ob-

ad obruſam, exigendæ ſunt: ita etiam exemplarium examen in iudicij trutina caſtigandum. Exemplaria Seruij Virgiliana ita locum illum concipiebant: — *magni piracula Ditis.* Et ibi *piracula* quaſi πειρατα dicta nugatur idem vetus interpres princeps Criticorum ſui æui, ſiquid Macrobio credimus. Neque aliter aut legiſſe, aut didiciſſe a magiſtris ſuis illum locum videtur — *& inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.* Agnoſcit *pernix*, & interpretatur, neque diuerſitatis lectionis admonet. Ego vero quæro, quid pernicitati cum laſſo & iacente? Quid tauro etiam non laſſo? Quid magis contrarium pernicitati, quam prouerbium βοείῳ ποδί; Sed hæc nugatoria: quæ tamen ſequutus ceruicoſus quidam vetuſtatem codicum & veteris Critici auctoritatem non dicam receptæ lectioni, ſed etiam rationi ipſi præferret. Longe ante tempora Seruij, ad hunc vſque diem, tranſmiſſa eſt lectio illa:

Sunt alij, quos ipſe via ſibi repperit vſus.

τὸ *alij* referunt ad *modos.* Et volunt Latine dici, vſus reperit alios inſerendi modos via. Sed poſſunt hæc fallere aliud agentem lectorem. Latine tamen intelligens non difficulter aſſeret priſcam & Virgilianam lectionem:

Sunt aliæ, quas ipſe vias ſibi repperit vſus.

Ecquis tam iniquus vero, vt ita ſcriptum a poeta neget? Sed vt illa Grammatici, ita hoc, quod ſequitur, agricola a Virgilio abiudicabit:

Et ſteriles platani malos geſſere valentes,
Caſtaneæ fagos. ——

Iubet inſerere, vt par eſt, arborem frugiferam ſterili, malum platano. ſed poſtea caſtaneæ frugiferæ glandiferam fagum inſerit. Ad βαλανοφαγίαν igitur, & veterum Arcadum cibum nos reuocat, qui neſciebat Virgilium ſcripſiſſe *Caſtaneas fagus.* Nam fagus αἱ φηγοὶ ἀρχαϊκῶς, vt

alibi oſtendimus. Et tamen pene cum ipſo Virgilio nata videtur huius mendæ indoles; quæ tot vetuſtiſſimos Criticos exercuit. Conſule Seruium in illum locum, & vetuſtatem erroris miraberis & a vetuſtate patrocinium. Non igitur temere libris credendum, qui nondum lucem viderunt, quum longa vetuſtas errorem confirmauerit potius, quam prodiderit in illis, quos quotidie manu terimus. Itaque ridiculi ſunt, qui nunquam antea ſcriptum codicem viderunt, & quem primum nacti ſunt, in eo Ariſtarchos agunt, & nunquam imperitos librarios errare perſuaſerunt ſibi. Sed redeo ad noſtrum poetam, cuius quum priorem editionem adornaremus, concurrere crabronum examina, qui ſe Mathematicos dicunt: porro Quirites clamare, facinus indignum, hominem *ἀναστρολόγητον* mathematica tractare. Tantus mathematicus viſus eſt illis Manilius, vt niſi a ſummo mathematico tractari non debuerit. Quid ergo dicent de illis, qui ne in ſomnis quidem vllam matheſin viderunt, & tamen illum poetam poſt nos vexare auſi ſunt, quem iſti tantum aſtrologum faciunt? Ego vero tantum abeſt, vt in hoc poeta tam exquiſitam matheſim agnoſcam, vt & mediocrem deſiderem, quum etiam non raro imperitum ſe earum rerum prodat, quas profitetur. Sed tenebriones, qui ita latrabant, neque illum auctorem legerant, neque ſi legiſſent, eius aſtronomiam, quam iactant, capere potuiſſent, quæ nihil commune cum recepta Genethliace habet, præter pauca admodum, quæ ne quidem ipſa intellexiſſent; partim propter portentoſa menda, quibus tota poeſis oblita eſt, partim propter imperitiam bonarum literarum, quæ in illis eſt, & quam imprudentes profitentur. Quis illorum ſciebat antea, quæ eſſent antiſcia Manilij, & doctrinam *τῶν βλεπόντων* hinc petendam eſſe? Et tamen ſimij hæc poſtquam

quam a nobis didicerunt, ita vſurpant, tanquam vulgo nota, & proinde ſibi quoque familiaria. Quid? an non Bonincontrius putauit & methodum horoſcopi, & thema cæli non diſcrepare a modo hodierno? Quis horum vitilitigatorum ante noſtram editionem ſciebat quid eſſent Athla? Quis non putauit thema Athlorum non aliud eſſe, quam thema γενέσεως? Certe & Bonincontrius, & Picus Mirandula, & Iohannes de Rojas, & omnes huius æui mathematici, qui Manilium legerant, in ea hæreſi fuere. Quis ſciebat quintum librum eſſe apoteleſmata Sphæræ barbaricæ? Et quomodo ſciuiſſent, quibus ne barbaricæ quidem Sphæræ nomen notum erat? Vbi mentio fit horoſcopi, non autem quomodo horoſcopus indagandus, ibi Bonincontrius proponit thema cæli conſtruendũ modo hodierno. Quod ſi ſciuiſſet locum, vbi poeta docet horoſcopi inueſtigandi modum, & quidem dupliciter, non opus illi fuiſſet alieno loco rem illam tractare. Sed illi condonandum, quod propter traiectionem LIIII verſuum res diſſimulata erat. Audierint iſti Scioli modum horoſcopi Maniliani, & χρόνων ἀναφορικῶν methodum, ſtatim πολλὴν ἄγνοιαν μαθήσεως ἤτοι μανίαν καταγνώσονται ἡμῶν, & falſum negabunt, quia in elementis Stofleri, aut neſcio quorum aliorum, id nunquam legerunt. Sed, vt antea dixi, aliis præſidiis inſtructum eſſe oportet, qui Manilium poſtulat ſe intelligere, quam nuda aſtrologia, & quidem alia, quam recepta. Itaque non ſolum maxima pars eorum, quæ in carmine Maniliano docentur, abhorrent a ſcitis doctrinæ receptæ, ſed ne bona quidem fide ſemper ab ipſo Poeta docentur, ſiue aliud agebat, quum illa ſcriberet, ſiue, quod veriſſimum eſt, quia ea ignoraret. Neque vero ignorandum eſt, partem illorum errorum non ipſius, ſed vetuſtiorum eſſe: & vnam culpam eius eſſe,

non quod poſt tot veteres peccauerit, ſed quod poſt tot recentiorũ caſtigationes, Hipparchi, Timocharis, & aliorum, veſtigiis illorum antiquiorum inſiſtere maluerit. Ab illis enim didicit ſub ſphæra recta omnia ſigna recte oriri, & recte occidere. Quam prauam doctrinam Lucanus quum ſequeretur, inſcitia ſua deteriorem fecit. Non ſolum enim ſub recta ſphæra, ſed etiam ſub Tropico Cancri recte oriri putat. Nam quum legiſſet apud illos rudiores priſcæ matheſeos magiſtros ſub recta ſphæra Zodiacum ad verticem eſſe, & omnia ſigna propterea oriri recte: ſciret autem ſub Tropico Cancrum culminare borealiſſimum omnium ſignorum, hinc putauit totum quoque Zodiacum *μεσουρανεῖν*, & conſequenter omnia ſigna recte oriri. Quod clare verba eius oſtendunt. Loquitur autem de oraculo Iouis Ammonis, quod non minore inſcitia ſub Cancro ſtatuit.

Hic quoque nil obſtat Phœbo, quum cardine ſummo
Stat librata dies. truncum vix protegit arbor.
Tam breuis in medium radiis compellitur vmbra.
Deprehenſum eſt hunc eſſe locum, qua circulus alti
Solſtitij medium ſignorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat ſua tempora Libræ,
Aut Aſtræa iubet lentos deſcendere Piſces.
Par Geminis Chiron, & idem, quod Carcinus ardens,
Humidus Ægoceros; nec plus Leo tollitur Vrna.
At tibi, quæcunque es Libyco gens igne dirempta
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.
Te ſegnis Cynoſura ſubit: tu ſicca profundo
Mergi Plauſtra putas; nullumque in vertice ſummo
Sidus habes immune maris. procul axis vterque eſt,
Et fuga ſignorum medio rapit omnia cælo.

Quamquam in his verſibus ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύ-

μοισιν

μοιων ὁμοῖα: tamen non obſcure indicat quid velit, quia ſcilicet medius ſignorum ordo culminat, ideo ipſa non obliqua meare, ſed recta. Et quia paulo ante dixerat nullam vmbram ſub Tropico iaci, omni meridiano tempore, (quanquam parallelus ſub Cancro non omni anni tempore, ſed ſolo die Solſtitij ἄσκιος eſt, idq. meridie tantum) propterea ſubiicit, illis, qui minimum vltra Syenem, aut Iouis Ammonis oraculum habitant, in auſtrum vmbram iaci, non, vt nobis, in aquilonem. Hic, inquit, ſub Ammone, ſiue ſub Tropico, cum librata dies, meridiem facit, nulla vmbra iacitur. At vltra Ammonem, ſiue Tropicum, in Noton vmbra cadit. Hæc eſt mens aſtrologiæ Lucani. Quam quum Hiſpanus quidam ſumma eruditione & acerrimo iudicio in noſtra priore editione a nobis caſtigari vidiſſet, is, vt popularem ſuum defenderet, atque ab eo tantum ἀτόπημα deprecaretur, illuſtri facinore rem explicatam dedit. Nam ſex poſteriores verſus traiicit poſt ſecundum, vt verſibus prioribus de Tropico Cancri agi velit tantum: reliquis de Sphæra recta. Sed homo acutiſſimus non aſſequutus eſt ſententiam horum verſuum, vt ex ipſis, quæ iam diximus, apparet: ac quoquo modo legantur hi verſus, hærent ſemper alia ἀτοπήματα, nempe vmbram inter Tropicos ſemper in auſtrum cadere, quod etiam de Arabibus alibi dicit, *Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.* quaſi τοῖς ἀμφισκίοις neceſſe ſit vmbras ſemper ire ſiniſtras vel in Auſtrum. Quid opus erat mirari ſiniſtras vmbras in nobis, quæ ipſis etiam aliquando ſiniſtræ ſunt? Lucanus dixerat loca ſub Tropico eſſe ἄσκια, at ſtatim vltra Tropicum vmbras iaci, & quidem in auſtrum. Doctus iſte vir vult ſub Æquinoctiali vmbras auſtrinas iaci. hoc eſt κακῷ κακὸν ἰάσασθαι. Quur & illud incommodum non tollit? Quur patitur Ammonis oracu-

lum eſſe ſub 24 partium latitudine, non, vt eſt, ſub 28? Quare diſſimulat a populari ſuo putari eſſe locum, vbi omnia ſigna oriantur recte, occidant recte? certe illa non ſunt tolerabiliora reliqua abſurditate, qua ſigna ſub Tropico recte oriri dicit: An præs eſt Lucano, & omnem eius culpam præſtare paratus? Non enim obiicimus quæ cum veteribus peccat, vt quum ait τοὺς τῶν πλανωμένων στηριγμοὺς a Sole fieri:

—— radiiſque potentibus aſtra

Ire vetat, curſuſque vagos ſtatione moratur.

Græcorum enim veterum hæc prima opinio fuit, vt extat apud Plinium, & Græcos ipſos. Excuſet, obſecro, ſi poteſt, illud, quod eodē tempore —*mutator circulus anni*

Ægoceron, Cancrumque tenet.

Ex duobus Tropicis vnum facit. Et ridiculi ſunt, qui excuſant, aut interpretatione adiuuant. Non magis enim ſuis interpretamentis mihi illa probabunt, quam vbi dicit Cancri ſidera eſſe mixta Leoni. Hoc ſane nemo intelligit. Quomodo idem μηχανικῶς illa aut interpretaretur, aut defenderet?

Tum furor extremos mouit Romanus Oretas,
Carmanoſque duces, quorum deflexus in Auſtrum
Æther, non totam mergi tamen aſpicit Arcton.

Et recte Oritas ponit cum Carmanis, & merito putat in eo tractu pene totam Helicen mergi: ſed de Boote quod ſubiicit, exiguam partem noctis lucere, fruſtra eſt. Nam in illo tractu nihil priuatim habet ab aliis tractibus Boötes: ſed ibi totus oritur veſpertino VII Aprilis, totus occidit XIII Iunj. Lucani aſtrologiam ego hic non magis intelligo, quam quod Plinius ſcribit apud eandem gentem Oretum quindecim tantum noctibus apparere Septentrionem, ſiue vrſam maiorem. niſi dicamus quindecim noctes totam vrſam orientem, & occidentem

videri:

videri: quod ibi accidit a XXVIII Martij, ad XII Aprilis. Lucanus vero legerat in India eſſe loca, vbi circa ortum Arcturi matutinum Helice mane videretur. Sed quotieſcumque non ſolum Arcturus, ſed quæuis alia ſtella matutino exoritur, aut paulo ante Solis exortum, eam, non ſolum in India, ſed etiam vbique locorum exiguam partem noctis lucere neceſſe eſt. Martianus Capella: *Quum in Arabia Nouembri menſe ſub noctis auſpicio Helice non conſpecta, ſecunda vigilia proſpectetur: In Meroe ſolſtitio tantum, exiguaque breuitate conſpicitur, vbi circa ortum Arcturi cum die naſcitur.* Plinij lectio, vnde Martianus hæc accepit, habet, *paucis ante exortum Arcturi diebus: pariter cum die cerni.* & recte. Nam Vrſa non poteſt ſimul cum Arcturo oriri, ſed ante. Niſi hæc confuderit Lucanus, non video, quare animum induxerit, vt diceret Bootem exigua parte noctis lucere, quum & Bootæ & aliis ſtellis vbique aliqua parte anni accidat exigua parte noctis videri. Neque vero ignoro quædam apud veteres eſſe, quæ aliter accipienda, ac dicta ſunt. Plinius lib. II. cap. LXX, ait in Troglodytice Septentrionem non cerni. Atqui cernitur, quemadmodum & in citerioribus locis. Sed hoc vult, eſſe tempus anni, quo Septentrio non videtur apud Troglodytas, qui a nobis ſemper videtur. Sed quum ſubiicit, neque Canopum in Italia cerni, neque Berenices crinem, fateor me neſcire, quare dixerit non cerni Septentrionem a Traglodytis eo modo, quo Italia nunquam cernit Canopum. Non erat igitur cauſſæ, quare doctus ille vir primos illos errores de Ammonis oraculo tolleret, niſi & cæteros quoque, quos nemo, niſi imperitus, defenderit, tollere etiam vellet. Quid dicam *ἀνωμαλογίας*? De Mercurij Stella dicit: *Hunc vbi pars cæli tenuit.* Partem cæli ad Mercurij locum, non Mercuriũ ad partem cæli pergere dicit. Et idem tinniunt illa:

— varij

—— varij mutator circulus anni

Ægoceron Cancrumque tenet. ——

Zodiacum non Solem dirigit ad puncta ſolſtitialia, & quod mirum, eodem tempore deducit ad Cancrum, & Capricornum. —— *Inde Canopos.*

Excipit auſtrali cælo contenta vagari.

Canopus ἀςὴρ ἀπλανὴς vagatur. Diceret idem doctus vir cum cælo vagari, quod terram circumuolitat, vt loquitur Manilius. Eſto. quis ferat tantam ἀκυρολογίαν, quæ inſtar eſt imperitiæ? Ante annos XVIII incidi in hominem magni in Mathematicis nominis, qui Lucanum non ſolum vt ſummum poetam, ſed etiam vt præſtantiſſimum aſtrologum, & Geographum miris laudibus efferebat. Perculit me admiratio rei, qui tot errores in Lucano animaduerteram, & nihil minus, quam tale ab eo expectabam, qui & Mathematicus audiebat, & de Poetica etiam opus ediderat. Quum quædam Lucani ad examen coram amicis, qui vna aderant, reuocare vellem, hominem commoui auſurum infanda, niſi a furore timor aliquis, aut aliquod eius bonum fatum deterruiſſet. Vlciſci tamen meminit ſubornato febriculoſo poeta, qui Lucanum luteis verſibus defenderet. De aſtrologia Lucani, quam ἐνθουσιαστικὸς ille Mathematicus in Lucano admirabatur, ſatis diximus. De Coſmographia, quam non minus prædicabat, tot aut plura poſſemus dicere, ſi tantum otij nobis, quantum furoris illi, ſupereſſet. Sed ſatis eam aperiunt quædam, quæ ſupra attigimus, quod Ammonem ſub Capricorno ponit, &, quod magis mirum, fontes Nili, quod & alibi repetit. Itaque ſecundum hanc chorographiam, vltra Syenem nullus eſt Nilus, nulla inſula Meroe. quæ puerilia ſunt. Quid? nonne Seres ſunt prope caput Nili, ſi eidem credimus?

Teque vident primi, quærunt tamen hi quoque Seres.

Sed

Sed eſt hallucinatio. Seres a veteribus inter Indiæ gentes ponuntur: Stephanus: Σῆρες ἔθνος Ἰνδικόν. Præterea Æthiopes quoque a plurimis Indi vocantur, a Virgilio, Procopio, Iuliano, & aliis, & ab ipſo Lucano,

—— Arabumque beatis
Gentibus atque Indis vnus ſit Iupiter Ammon.

Concludit igitur, omnes Indos & qui καταχρηστικῶς Indi dicuntur, poſſe etiam Seres dici. Neq. eidem credo Beſſos ad Mæotin collocanti non magis, quam illa canenti:

Quare agite Eoum, comites, properemus in orbem.
Diuidit Euphrates ingenti gurgite mundum,
Caſpiáque immenſos ſeducunt clauſtra receſſus,
Et polus Aſſyrias alter noctesque dieſque
Vertit, & abruptum eſt noſtro mare diſcolor vnda.

Nouum orbem Lucani finiri Caſpio, Euphrate, Perſico ſinu iſtis intelligo: & poetis licet fingere alium orbem, vt aliam vrbem Philoſophis, vbi rempublicam ſuam νομοθετῶσι. Sed quis eſt ille alter polus, qui vertit in Aſſyria alias noctes, alias dies? Si eſt alius a noſtro Arctico, non eſt noſter polus Arcticus. ergo eſt Antarcticus: & proinde vltra Caſpiũ, Euphraten, & mare Perſicum decolor vnda rubra, vt ipſe ſentire videtur, eſt alius orbis, in quo polus alius a noſtro attollitur. Nemo eſt tam tiro in veterum lectione, quin ſciat multos credidiſſe incrementa Nili fieri ab Eteſiis Aquilonibus, qui a Riphæis & Septentrione flantes aduerſas Nili vndas impellentes fluuium extra ripas ſuas eiiciant. Hos ventos Lucanus Zephyros vocat. Et ne quis putet licentia poetica ventum pro vento ponere, & alios Eteſias pro aliis (omnes enim venti ſtatis vicibus anni ſpirantes dicuntur Eteſiæ) ab occaſu flare dicit, quum ita ſcribit:

—— Zephyros quoque vana vetuſtas
His adſcripſit aquis: quorum ſtata tempora flatu

Continuique dies, & in aere longa poteſtas.
Vel quod ab occiduo depellunt nubila cælo
Trans Noton, & fluuio cogunt incumbere nimbos.

Nemo eſt, qui non miretur aduerſam Nilo regionem dici occiduam, & præterea ventum ab occidente ſpirantem in auſtrum pellere nubila. Certe alia non pauca Lucani in Coſmographia errata ipſi Mathematico obiicere poteramus, niſi etiam eſſent alius generis alia, vt quæ peccat in hiſtoria; vt quum Maſſilienſes ſcribit de more aliorum Gallorum humanas hoſtias immolare ſolitos. Atqui non Galli, ſed Græci erant Maſſiliotæ, & ſi vnquam (quod non videtur) ad illum vſque tractum peruenisſet immanitas illius ſacri, a victoribus Maſſiliotis, qui rerum in tota illa ora potiebantur, ſublatum fuiſſet. Hæc vero, quæ ſequuntur, oſtendunt hominem victricis gentis olim ſtrenua facta ignoraſſe: quum Maſſilienſes ita loquentes inducit: —*nunquam felicibus armis*
Vſa manus patriæ primis a ſedibus exul,
Et poſt tranſlatas exuſtæ Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti.

Certe alienum non poteſt dici littus, cuius maximam partem armis occupauerant: & de eorum felicibus belli toties ſucceſſibus, quos nunquam pugnaſſe Lucanus inducit a quo tempore ex Phocæa migrarunt, teſtes ſunt Polybius, Strabo, & ante omnes Florus; qui hanc vaniloquentiam ſatis confutare poſſit. Ingens volumen conſurgeret ex erratis Lucani, etiam ex œconomia eius poeſeos; & ſermone, ſiquidem ita liberet. Sed hæc ſatis erunt iudicio grauiſſimi illius Mathematici eludendo, cuius mores nemo vnquam ferre potuit, nos vero ne cenſuram quidem, & iudicium in opere Lucani: ſimul etiam vt ſtudioſi adoleſcentes viderent, quo iudicio veterum ſcripta, præſertim poeſim Lucani legere debent: ad quo-

ad quorum lectionem ſi eo animo accedant, vt nihil non putent ab eis recte dictum, multis erroribus implicari neceſſe eſt. Et in noſtro quoque Manilio non pauca ſunt non vtique ad exemplum Lucani, ſed tamen aliena a vero, partim per ἀλογιστίαν, partim per imperitiam, ſiue quod veteres falſo ſentientes ſequitur, ſiue quod ea fuit animi eius ſententia: & quidem quatenus exemplo peccat, tanto iuſtiorem veniam meretur, quanto grauior eius eſſet culpa, ſi tantus eſſet Mathematicus, quantum videri volunt, quibus dolet nos ei manum admouiſſe: quos tamen eius mathematices, ſi qua eſt in Manilio, imperitos eſſe affirmamus, præter pauca, quæ & pueris ipſis nota. Ante editionem noſtram ne docti quidem, in quibus hos numerare piaculum eſt, quid vellet Manilius, & quæ eius eſſet Aſtronomia, ſciebant: quæ methodus horoſcopi, quid Athla, quod eorum thema: non quod illis aut iudicium, aut doctrina defuerit: ſed quod in ſolo Manilio hæc reperiuntur. Manilius autem propter portentoſa menda, & integras capitum traiectiones a nemine intelligebatur. Qui enim ſola matheſi instructi ad huius poetæ lectionem ſeſe conferunt, neque alia præſidia comparant, etiam matheſim Manilij, nedum poeſim ignorabunt. Si matheſim propter ignorantiam vetuſtatis non aſſequuntur homines Mathematici: quanto minus ſermonem eius tot mendis deformatum intelligent homines bonarum literarum contemptores, qui omne quod ignorant, Grammaticam vocant? Hi ſunt, qui notia ſigna a boreis diſtinguere, circulorum deſcriptionem implicatiſſimam extricare, hoc vocant Manilium corrumpere: in quo ſane καλόν γ' ὄνειδος ἐξονειδίζεις ἐμοί: quos valere ſinimus, homines ab omni cultu literarum, & morum humanitate alienos. Quod ſi quibuſdam vide-

mur aut ignauiores, aut omiſſiores, quod quum in omnibus operibus noſtris, & in huius quoque auctoris editione non defuerint, qui nobis curua corrigere voluerint, & tamen illis non reſpondemus; oro illos, vt in aliam partem ſilentium noſtrum interpretentur, & meminerint horum Euripideorum,

ἀλλ' οὐ πρέπον γυναῖον, ὡς ἐγὼ φρονῶ,
οὐδ' ἄνδρα χρηστὸν νεῖκος αἱρεῖσθαι κακοῖς.
τιμὴ γὰρ αὕτη τοῖσιν ἀσθενεστέροις.

Sciant igitur ſtudioſi nos ad Gemblacenſis exemplaris fidem omnes caſtigationes noſtras exegiſſe: Nam reliqua ſcripta Maniliana exemplaria nihil boni habent, quod non in Gemblacenſi reperiatur, & pauciſſima ſunt illa, præ illis, quæ habet Gemblacenſe: quod tamen bonum propterea non vocauerim: tantum abeſt, vt reliqua hoc nomine digna ſint. In quibus nos deſtituit Gemblacenſe, in illis certiſſimam coniecturam admouimus: quæ & ipſa quoque in multis nos deſtituit: vt multa a nobis relicta ſint, quæ feliciores induſtrias exercere poſſunt. Non enim matheſis Maniliana, quod fatui dicunt, nos remorata eſt, ſed multa millia mendorum, quorum partem codicis auctoritas, partem ratio expunxit. reliqua a melioribus ingeniis opem expectant. Quanto autem iudicio in manuſcriptis verſandum ſit, ſciunt non qui hodie atque heri has literas tractant, ſed qui infinitos codices ſcriptos legerunt. Ridiculi enim ſunt, qui nunquam codicem ſcriptum legerunt, & ex primo, quem illis videre contingit, harum rerum vſum quendam ſibi vindicant. De Manilio autem nondum ſtatui, magis optandum ne fuerit, illum publice in ſcholis legi, an dolendum, quod hactenus neglectus iacuerit, poeta ingenioſiſſimus, nitidiſſimus ſcriptor, qui obſcuras res tam luculento ſermone, materiam moroſiſſimam tam iucundo

cundo charactere exornare potuerit, Ouidio ſuauitate par, maieſtate ſuperior. vno vincitur, quod non poteſt manum tollere de tabula, &, (quod tam falſo, quam immerito Ouidio obiectum olim) nunquam ſcit deſinere: in quo peccat, non iudicio, ſed fertilitate, & indulgentia ſtyli: qua in re non iudicium ſed animum Ouidio quoque defuiſſe Quintilianus animaduertit. Eſt & aliud non leue vitium in noſtro, quod nimius in verborum iteratione, quum poſſet aut parcius eadem, aut alia pro illis vſurpare. Itaque criticas aures offendunt illa toties totieſque inculcata, *Sidera, cælum, mundus, per templa, per ſidera:* & alia non pauca, quæ ter quater trinis, quaternis continuis verſibus infulcit. Hoc vt non mediocre vitium eſt in nitido ſcriptore, ita puri ſunt ab hac labe principes poetæ Virgilius, & Ouidius. Hoc vno excepto, nihil ad perfectionem abſoluti operis in hoc auctore requiras. Inprimis omnia eius procemia & παρεκβάσεις extra omnem aleam poſita ſunt. Nihil illis diuinius, nihil copioſius, grauius, & iucundius dici poteſt. Sed præſtat ex ipſo potius, quam ex noſtra prædicatione hoc diſcere. Audiamus igitur olorem canentem.

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. CASTIGATIONES ET NOTÆ In Sphæram M. MANILI.

Manilii astronomicon liber primvs.] Liber vetuſtiſſimus Caſinenſis, quo ſe vſum profitetur Bonincontrius, hunc tiulum præferebat. C. Manilii poetæ inlvstris astronomicon incipit. Apparet igitur opus ab auctore proſcriptum τὸ ἀστρονομικὸν, non autem τὰ ἀστρονομικά, vt Virgilius τὰ γεωργικά. Sic Hyginus librum ſuum Aſtronomicon poeiicum, non Aſtronomica poetica inſcripſit. Retinuimus priſcum titulum. De prænomine Marco, quod editiones præferunt, non poſſum ſatis mirari, quum omnium exemplarium vetùſtiſſimum Caſſinenſe Caium non Marcum habuerit.

Liber primvs.] Iſte liber eſt Sphæra Mundi, aut de Vniuerſitate. Secundus prima Iſagoge apoteleſmatice. Tertius ſecunda Iſagoge. Quartus Signorum apoteleſmata. Quintus Sphæræ Barbaricæ prima apoteleſmata. Ac aliorum quidem quatuor rationes ſuis locis redduntur. Huius autem hæc eſt. Aſtrononomiæ partes duæ ſunt. Altera circa ſtellarum motus verſatur, & vocatur μετεωρολογία: quod μετέωρα etiam ſtellas ſignificet, non ea tantum, quæ tractat Ariſtoteles, quæ infra Lunam.

nam. Altera eſt circa effectus ipſos : & vocatur ἀποτελεσματικὴ, καὶ ποιητική. Ambæ in quibuſdam differunt : quædam communia habent. Differunt, quod ἡ μετεωρολογία ſeipſa contenta eſt : illa huius indiget. hæc eſt αὐτοτελὴς : illa ſine hac ἀτελὴς, & inchoata. quippe hæc eius principia docet: quod ἡ μετεωρολογία ſit ἐπαναβεβηκυῖα τῇ ἀποτελεσματικῇ. Nam, vt inquit ſchola peripatetica, τῶν ὑποβεβηκυιῶν τὰς ἀρχὰς αἱ ἐπαναβεβηκυῖαι ἐπιστῆμαι ἀποδεικνύουσι. Sic Architecturæ principia tradit Mechanice:illius Geometria: Geometriæ prima philoſophia. Quum igitur Aſtronomiæ partes duas fecerimus: τὸ μετεωρολογικὸν, καὶ τὸ ποιητικὸν: prior quidem pars, vt diximus, alteri ἐπαναβεβηκυῖα eſt, & illam docere debet : quo nomine hunc librum, qui meliori parte meteorologicus eſt, reliquis præire & tanquam facem allucere voluit Manilius. Eſt enim ἡ περὶ ὑγροῦ πραγματεία τῆς ποιητικῆς εἰσαγωγὴ, καὶ στοιχείωσις.

Pag. 1. verſ. 1. *Carmine diuinas artes.*] Diuinas artes κατὰ τὸ ἀποτελεστικὸν, qua notione Horatius: *Imbrium diuina auis imminentum.* Proximum eidem ſignificationi quod ſequitur, *& conſcia fati*

Sidera —— Quod accepit a Virgilio.

Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sidera. —— Et ſequutus eſt Auſonius:
Tu cæli numeros, & conſcia ſidera fati
Callebas. —— Poſtremum non abſimile — *diuerſos*

v. 2. *hominum variantia caſus.*] In Epigrammate Græco:

ἀπλανέες δ' ἑκάτερθε, καὶ ἀντιθέοντες ἀλῆται
ἀνδρομέης γενεῆς πᾶσαν ἄγουσι τύχην.

v. 3. *Cæleſtis rationis opus.*] Stoicum eſt, Cæleſtis ratio ἡ πρόνοια. Nam Stoicorum natio ὅλον τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ λογικὸν decernit : eius autem τὸ ἡγεμονικὸν cælum eſſe, vt docebat Chryſippus ἐν τῷ περὶ προνοίας. Quod igitur eſt ἡγεμονικὸν, ſeu Ratio homini, hoc Cælum eſſe Mundo. Ergo quum cælum velint eſſe μέρος λογικὸν τοῦ κόσμου, nunc inde intelligimus, quid per cæleſtem rationem Manilius deſignarit. Ab eodem pendet, quod de cælo hanc artem ſe deducere profitetur :

Et quoniam cælo deſcendit carmen ab ipſo.

v. 9. *Nunc mihi tu Cæſar.*] Codex Gemblacenſis habet *Hunc.* quod rectum eſt. Hunc animum mihi facis, o Cæſar.

— *Ad tanta canendum.*] Gemblacenſis, alter, & Bonincontrij codex habebant *canenda.*

v. 14. Et

v.14. *Et rapit ætherios.*] Gemblac. *Et cupit.* Ex quo docti fecerunt. *Et rapit*, optime meo iudicio.

v.14. *Pandere ſenſus*] Omnino ſcribendum *cenſus*. Ita ſemper loquitur.

——— inque ipſos Mundi deſcendere cenſus.

& in ſecunda inſtitutione:

——— hominis per ſidera cenſum. Sæpe in hoc ſcriptore *ſenſus* pro *cenſus* commutatum. Quod ſemel monuiſſe, ſatis fuerit.

v.15. *Hoc ſub pace vacat tantum.*] Gemblacenſis & Bonincontrij interpungit.

Hoc ſub pace vacat. Tantum iuuat ire per ipſum.

Quod non ſequemur.

v.15. *Hoc ſub pace vacat tantum.*] Ita loquitur Germanicus, qui hæc Maniliana interpretatur:

Quantum etenim poſſent anni certiſſima ſigna,
Qua Sol ardentem Cancrum rapidiſſimus ambit,
Diuerſaſque ſecat metas gelidi Capricorni:
Quave Aries & Libra æquant diuortia lucis:
Si non parta quies, te præſide, puppibus æquor,
Cultorique daret terras? procul arma ſilerent?
Nunc vacat audaces ad cælum tollere vultus,
Sideraque & varios cæli cognoſcere motus. Et poſt:
Hæc ego dum lætis cogor prædicere muſis,
Pax tua, tuque adſis nato, numenque ſecundes.

Nam Germanicus intelligit de templo Pacis ab Auguſto conſeſecrato. Ouidius:

Ipſum nos Pacis carmen deduxit ad aram.
Hæc erit a menſis fine ſecunda dies.

v. 17. *Signaque & aduerſus.*] Signa quidem habemus & eorum apoteleſmata: de ſtellis an fidem liberauerit, non eſt quod dubitemus, quum alibi non ſemel nos ad illud opus remittat.

v.17. —*Et aduerſos Stellarum.*] Stellarum quinque, item Solis, & Lunæ ab occaſu in ortum curſus eſt. Eum ſero didicerunt Græci. Seneca Naturalium libro ſeptimo ſcribit, Democriti tempore Græcis nondum comprehenſum fuiſſe Planetarum curſum, & ab Eudoxo primum in Græciam delatum. Quod verum eſt. Nam tres iſti profectionis in Ægyptum ſocij Plato, Eudoxus, Euripides, ab Ægyptiis didicerunt, & primi omnium

Græcorum

Græcorum populares ſuos id docuerunt : Plato quidem in ſuo Timæo, Eudoxus ἐν ἐνόπτρῳ, Euripides in Thyeſte :

δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδόν. Poetæ Græci deinde ἀντιθέοντας ἀλήτας, obluctantes errones dixerunt.

v. 18. *Quod ſolum nouiſſe parum eſt.*] Propterea laudatur Ptolemæus in Græco epigrammate, eo quod τῆς μεγάλης συντάξεως editione contentus non fuerit, niſi illi τὴν ἀποτελεσματικὴν τετράβιβλον, tanquam, coronidem appoſuiſſet. Verſus, qui ad rem pertinebant, hi ſunt :

οὐδὲ πόνῳ φρεσὶν σῇ δίζησαι ἀπαρτίζειν,
ἀλλὰ καὶ αὐτάπης ὅ, τι τελεῖ σημεῖα φαίνεις.
τοὔνεκα δὴ χρεὼ καλέειν σέ τιν᾽ οὐρανιώνων;
αἰθέριόν τι νόον φορέειν, οὐ γήϊνον ἔμπης.

Quæ hunc locum non leuiter illuſtrant.

v. 20. *Quæque regat.*] Inepte. Non enim quæ animalia regit Zodiacus, vult ſcire. regit enim omnia. ſed qua regit. Scribe igitur, *Quaque regat.* Quid eſt abſurdius vulgari lectione ?

v. 21. *& in numerum Phœbo m. r.*] *In numerum*, ἐμμέτρως: vt infra:

——— *certa tum lege canentem.*

Nam & illud quoque eſt ἐμμέτρως. Alij quidem apud Romanos καταλογάδην tentarunt, Varro, Nigidius, qui vtranque Sphæram, barbaricam ſcilicet, & Græcanicam conſcripſit. Apud Græcos Phænomena verſibus ediderunt, Eratoſthenes, Aratus, Hegeſianax, Hermippus, teſte Ptolemæo rege Ægypti.

Πάνθ᾽ Ἡγησιάναξ τε, καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ᾽ αἴθρην
Τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα
Βίβλοις ἐγκατέθεντο, ἀποσκόποι δ᾽ ἀφάμαρτον.
Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

Sed & Ouidius poſt M. Tullium Aratea Phænomena vertit, & poſt eum Germanicus. Apoteleſmata vnus veterum, quod ſciam, verſibus ſcripſit Dorotheus Sidonius, quem legerunt Arabes, Omar, Meſſaalla, auctor Alcabicij. ita vt ante quingentos annos eum auctorem extitiſſe non dubitemus.

v. 22. *Bina mihi poſitis.*] Perperam Lilius Giraldus cenſet his verbis Manilium dicere, ſe bis vatem eſſe. Atqui duplicia ſacra ſibi obeunda teſtatur, ſtili, & materiæ, poetices, & aſtronomiæ. Vtrunque enim inuentum Deorum. Propterea dixit, *Carminis*

 & rerum

& rerum. Altero ſcriptionem, altero materiam deſignat. Itaque duo templa adeunda dicit.

Pag.2. v.1. *certa tum lege canentem.*] Ita diſtinximus. Nam totus verſus continuatus eſt in editionibus. Vt valde falli eum neceſſe ſit, qui legebat, *certa cum lege.* Res & puero patet.

v.2. *immenſo vatem circumſtrepit orbe.*] Hoc dicit, tanquam Mundus noua verba nouæ materiæ explicandæ illi ſuggerat. Soluta ἔναρθρα, & articulata verba dicit, quæ vix ſibi ſuggeri conqueritur: quia intacta Latinis Camenis materia. Itaque verba ægre ſibi ſuppetere: & noua formanda, propter patrij ſermonis egeſtatem. quod & Lucretius in nouæ materiæ incepto conqueritur. Figuras vocat notiones verborum, imitatione Græcorum, qui χαρακτηρισμοὺς dicunt.

v.* *Per te iam cælum interius iam ſidera nota: Sublimes aperire vias*] Quod hæc hiulca ſint, & quo referantur, non habeant, & vix literis Latinis tincto patet. Nos contendimus, duos illos verſiculos, *Tu princeps auctorque ſacri, &c.* traducendos ante illum, *Maior vti facies.* Locum integrum apponemus, vt conſtet fides veri.

Quem primum infernis licuit cognoſcere terris
Munera cæleſtum? Quis enim condentibus illis
Clepſiſſet furto Mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diis cuperet Deus ipſe videri,
Sublimes aperire vias: imumque ſub orbem,
Et per inane ſuis parentia finibus aſtra,
Nominaque, & curſus ſignorum, pondera, vires?
Tu princeps, auctorque ſacri, Cyllenie, tanti.
Per te iam cælum interius, iam ſidera nota.
Maior vti facies Mundi foret, &c.

Cui mortalium licuiſſet cælum in terra cognoſcere, aut quis, ſine ope Deorum, auſus fuiſſet tam arduum facinus inceptare, ſublimes vias cæli aperire, & curſus ſignorum? Nemini ſane mortali hoc licuiſſet primo aperire. Quis ergo aperuit? Deus, non homo. Mercurius enim auctor tantæ rei. Quare? vt maior ſpecies, maiorque auctoritas rei accederet, ſi Mercurius, quam ſi homo auctor rei diceretur.

v.4. *Quem primum infernis.*] Male Gemblacenſis, *Quem primum*

mum interius. Nam neceſſaria eſt vox *infernis.* Quis ab his locis infernis ad illa ſuperna penetraſſet?

v. 5. *Quis enim condentibus illis.*] Accepit a Sophocle:

ἀλλ' οὐ γὰρ τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

In prima Inſtitutione:

Quis neget eſſe nefas inuitum prendere Mundum?

v. 8. *Inuitu vt Diu.*] Inepta interpunctio totam ſententiam turbauit. Ita enim interpungendum:

Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diu cuperet Deus ipſe videri,
Sublimes aperire vias, &c.

Quis tantum opus aggredi auſus eſſet, nempe ſublimes aperire vias, vt cuperet Deus videri?

v. 9. *vnumque ſub orbem.*] Legendum —*imumque ſub orbem,* vt olim emendauimus. & ita habet Gemblacenſis. Imum orbem opponit inani, id eſt aëri. altero inferius hemiſphærium, altero ſuperius intelligit.

v. 11. *Nominaque & curſus.*] Scribe *Mominaque & curſus.* Creberrime hoc verbo vtitur. Sed nuſquam reperies niſi deprauatum. Sic in Ætna olim correximus:

Spiritus inflat enim. momen languentibus aër.

In aliis quoque auctoribus pariter deprauatum reperies.

v. 11. *Signorum pandere vires.*] Omnino legendum, vt Gemblacenſis habet, —*pondera, vires.*

v. 12. *Tu princeps.*] Tu, inquit, Mercuri, auctor mihi es tanti ſacri ad duo altaria obeundi, carminis & rerum. Tu enim primus aſtronomiam de cælo in terras deduxiſti. Neque enim homines ſoli id adepturi erant, Diis occultantibus. Sed propterea placuit Diis, vt a te Deo hæc indicarentur, *Maior vti ſpecies Mundi foret.* Ægyptios aſtronomiam didiciſſe, docente Mercurio, omnes libri loquuntur. Propterea illi diuinos honores Ægyptij habuerunt, & primum menſem illi cognominem fecerunt. Firmicus: *Mundi itaque genituram hanc eſſe voluerunt, ſequuti Æſculapium, & Anubim, quibus potentiſſimum Mercurij nomen iſtius ſcientiæ ſecreta commiſit.*

v. 14. *Maior vti facies.*] Mercurio inuentum attribuitur, vt maior ſpecies & maieſtas arti attribuatur: & ſimilia Ælianus:

Αἰγύπτιοι φασὶ παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμουσωθῆναι· οὗτοι δ' ἔχουσι τὰ παρ' αὐτοῖς σημειώσεων πρόρρησιν.

v. 17. *Qui ſua diſpoſuit per tempora.*] Omnino legendum: *Quis ſua.* Quibus ſua negotia Deus diſpoſuit per tempora. Non enim Deus ſua, ſed hominum negotia intelligitur diſpoſuiſſe per tempora. Breui enim gyro includit Aratea illa:

ἀυτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν
ἄστρα διακρίνας. ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
ἀστέρας, οἵκε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.

Tempora autem & Momina apud hunc auctorem ſunt καιροὶ ſæpenumero. Iſti autem duo verſus aberant a Gemblacenſi.

v. 19. *Naturaque dedit vires.*] Gemblacenſis: *Et natura dedit vires.* Deus diſpoſuit omnia per tempora mortalibus. Natura autem eorum animos ad contemplationem ſui mouit.

v. 20. *Regales animos.*] Ouidius:

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiiſque iociſque.
Altius humanis exeruiſſe caput.

Plinius: *Viri ingentes, ſupraque mortalium naturam tantorum numinum lege deprehenſa.* Mox: *Macte ingenio eſte cæli interpretes, rerumq; naturæ capaces, argumenti repertores, quo homines, Deoſque viciſtis.*

v. 21. *Proxima tangentes.*] In Epigrammate in Ptolemæum:

εἰ γὰρ καὶ μερόπεσσι χαμαιπετέεσσι συμβιάχθεσαι,
καὶ φύσιος θνητῶν τῆρ ἀλυκτοπέδησιν ἐδέσμευ.
ἀλλὰ νόον παθέων ἐν τοῖσι πόνοισι κάθηρας.

v. 22. *Quæ domuere.*] Legebamus olim *Qui.* Et ita habet Gemblacenſis.

v. 23. *Quas ferat Euphrates.*] Et puero patet legendum *Quas ſecat.* Ita olim correximus. Ita habet Gemblacenſis. Sic Virgil. *Pinguia culta ſecat.* De Tiberi. Babyloniorum autem & Ægyptiorum inuentum eſſe Aſtrologiam adteſtatur & Ariſtoteles: Αἰγύπτιοι, καὶ Βαβυλώνιοι, παρ' ὧν πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων. Quare autem Ægyptij plurimum illis diſciplinis valuerunt, cauſſam adfert Ptolemæus & ipſe homo Ægyptius: ὅτι μᾶλλον συνοικειοῦνται τοῖς Διδύμοις καὶ τῷ τοῦ Ἑρμοῦ. Quare? διόπερ διανοητικοί τε καὶ συνετοὶ καὶ ὅλως ἱκανοὶ περὶ τὰ μαθήματα. De Babyloniis: ὅτι τῇ παρθένῳ

καὶ τῷ

καὶ τοῦ τοῦ Ἑρμοῦ συνοικοῦντος. διὸ καὶ παρ' αὐτοῖς τὸ μαθηματικὸν καὶ παρατηρητικὸν τῶν ἀστέρων σώζεται. Primus quidē Eudoxus ab Ægyptiis Aſtronomiam in populares ſuos Græcos deduxit. Beroſus autem a popularibus ſuis Chaldæis Genethlialogiam in Græcos. Vitruuius: *Eorum autē inuentiones, quas ſcriptis reliquerunt, qua ſolertia, quibuſq. acuminibus, & quam magni fuerint, qui ab ipſa Chaldæorū natione profluxerunt, oſtendunt. Primuſq. Beroſus in inſula, & ciuitate Coa conſedit, ibiq. aperuit diſciplinā.* Plinius ſcribit ob diuinas prædictiones ipſi ſtatuam inaurata lingua ab Athenienſibus publice dicatam.

v. 27. *Officio vinxere Deum.*] Correximus olim *vinxere.* Cui emendationi adſtipulatur Cod. Gemblac. qui ita habet. Θεοπρόσπολοι dicuntur qui Deo applicantur: quod eſt verbum clientelæ. Vnde τὴν προστασίαν Athenienſium ius applicationis vertit Seneca. Mutato autem accentu θεοπροσπόλοι, qui Deos officio ſibi deuinciunt. Vtro modo legendum apud Ptolemæum, nondum conſtitui. Sane vbi de Ægyptiis loquitur, & vulgo legitur θεοπρόσπολοι, φιλόθρηνοι, emendandum θεοπρόσπολοι, φιλόθρησκοι. Quarum lectionum priorem aſſerit priſcus Scholiaſtes Græcus: alteram nos repoſuimus. Ea autem verba non ſolum idem cum Manilio, ſed & de iiſdem Ægyptiis loquuntur. θεοπρόσπολοι quoque alibi legitur apud Ptolemæum; & rectum eſt. Quin & non ſemel θεοπροσπόλοι ibidem reperias.

v. 29. *Inque Deum Deus ipſe tulit.*] Deus ipſe Deum in ipſos immiſit, θεὸς ἐνθάζει αὐτούς. Sic apud Maronem *Plena Deo.*

v. 29. *patuitque miniſtris.*] θεοπροσπόλους. Ptolem.

v. 30. *Hi tantum mouere decus.*] Gemblacenſis, *mouere decus.* Quod melius eſt.

v. 32. *Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu.*] Geminus: ἐκ τοῦ ὡς ὀλίγιστα ἂν γίνοιτο διὰ τὸ καθ' ἡμέραν παρατηρήσαντες τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες εἰς τὰ παραπήγματα κατεχώρισαν. Niſi quis legendum contendat: *Singula nam propria ſignarunt tempora cauſa,* vt in priore editione: cuius lectionis non pœnitet. Sic alibi:

Quæ poſtquam in proprias deduxit ſingula cauſſas.

Pag. 3. v. 1. *Naſcendi quæ cuique dies.*] Id quibus rationibus collegerint, apponam ex Sex. Empirico. νύκτωρ μὲν ὁ Χαλδαῖος, φασὶ, ἐφ' ὑψηλῆς τινὸς ἀκρωρείας ἐκαθέζετο ἀστεροσκοπῶν. ἕτερος δὲ παρήδρευε τῇ ὠδινούσῃ μέχρις ἀπετέξατο. ἀποτεκούσης δὲ εὐθὺς δίσκῳ διεσήμαινε τῷ ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας. ὁ δ' ἀκούσας καὶ αὐτὸς παρεσημειοῦτο τὸ ἀνίσχον ζώδιον ὡς ὡροσκοποῦν.

ὡροσκοπεῖν. μεθ' ἡμέραν δὲ τοῖς ὡροσκοπίοις προσεῖχε καὶ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει.

v. 5. *Percepta.*] Gemblacenſis *Praecepta. redeuntia aſtra* dixit, vt Aratus ἑξείης παλίνορσα.

v. 8. *Exemplo monſtrante viam.*] Hoc enim annotatum poſteris tradiderunt per exempla & γενέσεις παραδειγματικάς. Ptolemæus: διὰ τὸ συμφωνεῖν αὐτοῖς ὡς ἐπίπαν τὰς μοίρας τῶν ὁρίων τῶν κατατεταγμέναις ὑπ' αὐτῶν παραδειγματικαῖς γενέσεσιν. Nam exemplares genituras vocat, quas ex obſeruationibus in tabulas referebant. vt iam ex Sex. Empirico oſtendimus.

v. 10. *Et totum alterna.*] Si non eſt error, noue alternam vocat, quæ redit in orbem. Sed memini tria hæc, *aterna*, *alterna*, *etheria* in hoc auctore vitio librariorum inter ſe commutari. Itaque menti auctoris magis conueniens eſt, vt *aterna* legatur. Quoties enim ita legitur?

v. 11. *Fatorumque vices certis diſcernere ſignis.*] Quis dubitet legendum *diſcurrere ſignis*, niſi qui ſuperiora non aduerterit? τὸ *Diſcernere* irrepſit ex verſu, qui octauus ab hoc.

v. 15. *Tum velut amiſſis mærens.*] Ad verbum Græci: ποτὲ δὲ Αἰγύπτιοι ὑπὸ κρίσιν ἐπὶ αἰγοκέρωτα τὸν ἥλιον κατιόντα ὁρῶντες, καὶ ἐκ μακροτέρων συμμικρύνοντα τὰς ἡμέρας, ἐπένθουν, ὑπολαβόμενοι, μὴ κατὰ βραχὺ καταλίπῃ αὐτοὺς ὁ ἥλιος. καί ἐστιν ὁ καιρὸς, οὗτος ὁ περὶ αὐτοῖς τῶν καλουμένων Ἰσείων. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἀναβαίνειν ἤρξατο, καὶ μακροτέρας ποιεῖν τὰς ἡμέρας, τηνικαῦτα λαμπαδηφορήσαντες ἐστεφανηφόρησαν. Hæc ſine dubio ſcripta ſunt ex Octaeteride Eudoxi. In qua brumam Eudoxus, a qua annum ſuum φυταλιάς incipiebat, ab Iſiis ordiebatur, in quod tempus tum brumæ ſidus conficiebatur. Sed de hac re vide librum ſecundum operis noſtri de Emendatione temporum.

v. 17. *nec Sole regreſſo.*] Gemblacenſis & Bonincontrij —*iam Sole regreſſo.* quod verum eſt.

v. 22. *Ignotuſque nouos.*] Melius Gemblacenſis, *Immotuſque nouos.* Non fruſtra dixit nouos orbes propter Britanniam paulo ante ſua tempora a C. Iulio Cæſare detectam, quam nouum orbem vocabant.

v. 23. *ventis nec credere vela.*] Gemblacenſis & Bonincontrij —*nec ventis credere vota.* Quod melius.

v. 27. *Aduigilare ſibi iuſſit Fortuna premendo.*] Premendo eos Fortuna acuit, quaſi dicat, Neceſſitas curas acuit. vt,

——*duriſque vrgens in rebus egeſtas.* Theocritus:

ἁ πενία,

ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Nam id plane eſt, quod antea dixit: *Et labor ingenium miſeris dedit.*

v. 29. *Et quacunque ſagax.*] Legendum *Et quodcunque.* Ita olim emendauimus. Ita habet Gemblacenſis. Nam quis ſanus conſtruat *commentum* cum illo *quacunque?*

v. 30. *In commune bonum.*] Satis oſtendit ſe Stoicum eſſe: ἐπιστήμη ἐστὶν ἐκ πολλῶν καταλήψεων συγγεγυμνασμένων σύστημα.

v. 31. *Tunc & lingua ſuas accepit barbara leges.*] Κυριολογία. Nam contraria methodo, lingua, quæ leges ignorat, βαρβαρισμὸς dicitur.

v. 32. *Et fera diuerſis.*] Quemadmodum dixit barbaram linguam accepiſſe leges, ita & fera arua domita fuiſſe. Poteſtne hoc cuiquam æquiori diſplicere?

v. 33. *Et vagus incertum.*] Gemblacenſis: *Et vagus in cæcum.* Recte.

Pag. 4. v. 1. *Fecit & ignotis itiner.*] Itiner ἀποδημία, ἐμπορεία.

v. 3. *Semper enim ex aliis alios.*] Lege *alias.* Gemblacenſis & Bonincontrius habebat *alia.* Quod eſt veſtigium veræ lectionis.

v. 4. *volucrum prædicere linguas.*] Gemblacenſis melius: —*linguas didicere volucrum.* Eiuſque lectionis veſtigia extant in Bonincontrio. Intelligit οἰωνοσκοπίαν.

v. 4. *Conſultare fibras.*] σπλαγχνοσκοπίαν.

v. 5. *Et rumpere vocibus angues*] ψυλλείαν. Ptolem.

v. 6. *Sollicitare vmbras.*] νεκυομαντείαν. Empedocles.

ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

v. 7. *In noctemque dies.*] γοητεία Empedoclis.

θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα.

v. 16. *ſoluitque animis miracula rerum.*] Lucretius.

Et finem ſtatuit cupedinis, atque timoris.

v. 17. *Eripuitque Ioui fulmen, vireſque Tonantis.*] Exoluit animos ſuperſtitione, & cauſſas, quæ ἀνεπιστημόνως Deorum mythologiis adſcribebantur, ab vltima natura repetiuit: quod ab Epicuro ſuo factum Lucretius gloriatur. Propterea dixit eripuiſſe Ioui nomen & vires Tonantis: vt non Ioui amplius cauſſa tonandi, ſed naturæ attribuatur. Nam qui legebat *Tonanti*, valde, vt in pleriſque omnibus, hallucinabatur.

V. 22.

v. 22. *Attribuitque ſuas formas.*] κυριολογία. Nam μορφαὶ τὰ κατηστερισμένα dicuntur. Contra ἀμόρφωτοι ἀστέρες, quorum nulla eſt ἀστροθεσία. Aratus de eadem re, ἤλιθα μορφώσας. Hyginus etiam formas & corpora. Ptolemæus μορφώσεις in magna conſtructione, item lib. IV. τετραβίβλου, capite περὶ τῶν μὴ νομίμων γάμων: qui titulus deeſt hodie in excuſis.

v. 23. *certa ſub lege notauit.*] Gemblacenſis · —*certa ſub ſorte notauit.* quod retinemus. Ita ſemper loquitur.

v. 25. *Sideribus variis.*] Omnino legendum *vario.*

v. 29. *Tantas emergere moles.*] ἀρχαϊκῶς moles pro fluctibus. Attius: ——— *tantas moles fluctuum.*

v. 33. *Ipſa mihi primum Naturæ.*] οἰκονομία ad Sphæram Mundi, quæ præit Apoteleſmaticæ, vt antea diximus.

Pag. 5. v. 2. *Quem ſiue ex nullis.*] Sententia Ariſtotelis, quem nunc deſignat. Is, vt probet Mundum ἀγένητον, inter alia ἀπὸ τοῦ τῆς κυκλοφορίας εἴδους ita concludit in ſecunda figura: Quod circulariter mouetur, nullum contrarium habet. Quod naſcitur, & denaſcitur, contrarium habet. Quod igitur circulariter mouetur, neque naſcitur, neque denaſcitur. Vide primum περὶ οὐρανοῦ. Nam ibi tandem concluditur, ἀδύνατον ἐστὶ, ἢ γινόμενόν ποτε ἄφθαρτόν τι διατελεῖν. ἢ ἀγένητον ὄν, καὶ ἀεὶ πρότερον ὂν φθαρῆναι. Fatum more ſuo Manilius φθορὰν vocat. Et ſubinde coniungit hæc vt contraria, natalem & fatū, vt Ariſtoteles γένεσιν καὶ φθοράν. Reliquos Philoſophos, qui negant mundo principiū eſſe, vide apud Cenſorinum.

v. 5. *Seu permixta Chaos*] Siue Mundus principio caret, vt vult Ariſtoteles: ſiue principium habet, vt Ægyptij. Scholiaſtes Ptolemæi: περιττῶς εἰώθασι λέγειν γένεσιν Αἰγύπτιοι κόσμου. καὶ γὰρ ἀρχὴν μίαν οὐκ ἔχει, πολλὰς δέ. τὰ δὲ μερικὰ καὶ πολλὰς καὶ μίαν. μίαν μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐν τῇ γενέσει τῶν ἀστέρων σύγκρασιν, ἣν εἰώθασι πῆξιν οἱ ἀποτελεσματικοὶ καλεῖν. Æſculapius Ægyptius vetuſtiſſimus ſcriptor in ſua Myriogeneſi dixit in poſterioribus partibus Libræ hanc πῆξιν factam, eumque fuiſſe natalem Mundi. Firmicus de Libra: *Cætera enim ad* XXX *numeros collocantur. In iſtis enim poſterioribus partibus terra dicitur eſſe compoſita, vt barbarica ratio confirmat.* Barbarica ratio eſt Ægyptiaca, vt alibi oſtendimus. Libram intelligit Ægyptiaci parapegmatis Dionyſij aut Hipparchi, XXVII Septembris Iuliani. Ergo finis eius XXVI Octobris Iuliani. vbi ſane mundus creatus. Vide librum quintum de Emend. Temp. cap. de conditu rerum.

v. 5. *Chaos.*

v. 5. *Chaos.*] Præter Heſiodum, Euripides Menalippa:

ὁ δ' οὐρανὸς τ̓ γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος
τὰ δένδρεα, πτηνὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
γένος τὸ θνητῶν. ———

v. 8. *Siue indiuiduis.*] ἀτόμους. Eandem cæcam materiem quum vocat, vſus eſt verbo Epicurei dogmatis. Nam Epicurus vult οὐδέποτε ἄτομον ὦφθαι αἰσθήσει. πᾶν τε μέγεθος μὴ εἶναι περὶ ἀτόμους.

v. 10. *Et pene ex nihilo ſummum eſt.*] Emendandum auctore Gemblacenſi,

Et pene ex nihilo ſumptum eſt. id eſt cæpit. Pene nihilum vocat τὴν ἄτομον, qua Epicurus nihil exiguius in rerum natura eſſe dicebat. quod valde exagitat Cicero de Finib.

v. 12. *Siue ignis fabricauit.*] Dogma Heracliti.

v. 13. *habitantque per omne Corpus.*] In fine huius libri:

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes.

v. 15. *Seu liquor hoc peperit.*] Thaletis Mileſij ſententia.

v. 16. *ipſumque vocat, quo ſoluitur ignem.*] Ex Gemblacenſi legimus: *ipſumque vorat.* Elegantiſſime. Firmicus ſcribit libro tertio ἐκπύρωσιν καὶ κατακλυσμὸν alterum per alterum deſtrui, & ex eo interitu magnam ἀποκατάστασιν ſequi. Liquor igitur vorat ignem, & ignis liquorem. alter alteri peſtis eſt. Cenſorinus refert Ariſtotelem ſcripſiſſe maximi anni hiemem eſſe κατακλυσμὸν, æſtatem ἐκπύρωσιν, & alterum ab altero alternis deſtrui.

v. 17. *Aut neque terra patrem.*] Patrem, δημιουργόν. Contra Platonis Timæum, in quo Deus opifex mundi adſtruitur.

v. 18. *faciuntque Deum per quatuor artus.*] Deum, τὸ πᾶν, cuius artus, hoc eſt membra, quatuor στοιχεῖα, ſecundum veteres Theologos, qui illa τοῦ ὅλου μέρη dicunt, ideoque ἀγέννητα: ſed κατὰ διαδοχὴν γενέσεως καὶ φθορᾶς vnumquodque γεννητὸν, hoc eſt κατὰ μέρος: vt στοιχεῖα; quæ ſunt in me γεννητά: at τὰ ὅλα, ἀρχὰς στοιχείων. Nam diuerſa, ἀρχαὶ, καὶ στοιχεῖα: quum ἀρχαὶ nihil aliud ſint, quam πάντων στοιχείων ἠθροισμένοι ὄγκοι καὶ ὁλότητες τῶν στοιχείων. Qui plura ad hunc locum deſiderat, adeat Alexandrum Aphrodiſienſem principio Cōmentariorum in ſecundū Meteoron. Alioquin Stoici ἀρχὴν τῶν ὅλων dicebāt θεὸν καὶ ὕλην. θεὸν μὲν τὸ ποιοῦν; ὕλην δὲ τὸ πάσχον. ἀφ' οὗ τὰ

τέτταρα στοιχεῖα γεγονέναι. Sed non eſt idem cum hoc noſtro. Nam Stoici non faciunt *τὰ στοιχεῖα* membra *θεοῦ*, vt illi veteres Theologi, de quibus iam diximus. Locus iſte non omnibus patebat. Ideo fuſius viſum explicare.

v. 20. *tum per ſe cuncta creantur.*] Melius Gemblacenſis: ——— *quum per ſe cuncta creantur.*

v. 23. *Quam nexus habiliſque.*] Gemblacenſis: *Quem nexus habilis, & opus, &c.* Legendum omnino.

Quæ nexus habiles, & opus generabile fingit.

Neque de hac lectione dubitauerit, niſi qui ſuperiora non intelliget. Nexus vocat *τὰς στοιχείων συζυγίας*. Eſtque idem, quod non dudum dixerat:

Frigida ne calidis deſint, aut humida ſiccis.

Et puero hoc perſpicuum.

v. 24. *Atque omnis partus elementa rapacia reddunt.*] *Reddit* non *reddunt* ſcribendum, niſi Grammaticæ ludibrium debemus. Nam de eadem concordia diſcorde, quæ nexus habiles reddit, ſermo eſt, & ideo quæ reddit elementa omnis partus rapacia, aut capacia.

v. 24. *elementa rapacia.*] vel *capacia.* Vult enim *ὕλην πᾶσαν φύσιν ὑποδέχεσθαι*: quæ propterea *πανδεχὴς* a Platonicis dicitur. Omnium enim formarum *δεκτική.* Tamen quod *ὕλην τόπον καὶ χώραν* vocet, non alienum eſt a mente huius noſtri, qui capacem vocat.

v. 26. *Quod latet.*] Locus ob leue mendum corruptiſſimus: Pro *ſupereſt* Gemblacenſis habet *ſupra eſt.* rectiſſime. Lege igitur:

Quod latet, & tantum ſupra eſt hominemque Deumque.

Nunquam, inquit, eius rei origo patebit, vtpote, quæ lateat, atque adeo ſupra ipſum Deum ſit, nedum hominis captum. Impia illa ſententia illorum Græcorum & Latinorum, Ne Deo quidem poſſibile eſſe, quod Plinius dixit *rem Deo improbam* lib. 11. de Hipparcho. Rectiſſima emendatio. Nam *τὸ Supereſt* ineptiſſimum erat.

v. 27. *Sed facies quacunque.*] Lege *quæcunque.* Quæcunque, inquit, eſt origo mundi, ſiue principium habet, ſiue non (nam id in dubio eſt) quæcunque igitur eius origo eſt, non dubitatur de forma; tametſi de natali eius.

Pag. 6. v. 2. *flatuſque natantis.*] Lege *fluctuſque.* & ita Gemblac.

V. 3.

v. 3. *Æquora perſudit.*] Traiectio Maniliana, *Fluctus natantes Æquora perſudit.* id eſt fluctus natantes fudit per æquora. Sic ſupra: *Inque Deum Deus ipſe tulit.* Deus Deum intulit.

v. 14. *mediam tenet vndique ſedem.*] Eratoſthenes:

> αὐτὸς μέν μιν ἔτετμε μεσήρεα πάντη ὀλύμπε
> κέντρου ἀπὸ σφαίρας. διὰ δ' ἄξονος ἐρήρεισο.

v. 16. *fecitque cadendo Vndique ne caderet.*] Idem infra:

Qua caderet, ſubeat cælum, rurſusque reſurgat.

Parmenides:

> εἴσῃ δ' αἰθερίαν τε φύσιν, τά τ' ἐν αἰθέρι πάντα
> σήματα, καὶ καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο
> λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα, καὶ ὁππόθεν ἐξεγένοντο.
> ἔργα τε κύκλωπος πεύσῃ περίφοιτα σελήνης,
> καὶ φύσιν. εἰδήσεις δὲ καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα,
> ἔνθεν ἔφυ τε, καὶ ὥς μιν ἄγουσ' ἐπέδησεν ἀνάγκη
> πείρατ' ἔχειν ἄστρων. —

Omnino poſtremos verſus expreſſit Manilius.

v. 18. *Iſtaque contractis.*] Partes terræ in medium feruntur. pondus enim habent, donec ad medium peruenerint. Nam quod pondus habet, & ſecundum pondus mouetur, id eo vſque mouetur, quoad perueniat ad medium, ſiquidem nihil impediuerit. Quum igitur omnes partes in medium vergant, & minores à maioribus trudantur, ac denſentur, propterea quod maiores ſemper vrgeant vi ſua, quia ſcilicet pollent minoribus: eo facto tandem globi forma prodit: veluti quum e cera pila fit, ſemper id, quod inæqualiter extat, ac protuberat, in medium truditur fingendo. Igitur contractas plagas τὴν εἴλησιν καὶ τὸν συμπιεσμὸν dicit. Atque eam τῆς σφαιρώσεως cauſſam eſſe opinatur Ariſtoteles, quum ait: σχῆμα δ' ἔχειν σφαιροειδὲς ἀναγκαῖον αὐτήν. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων βάρος ἔχει μέχρι πρὸς τὸ μέσον. καὶ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ μείζονος ὠθούμενον οὐχ οἷόν τε κυμαίνειν, ἀλλὰ συμπιέζεσθαι μᾶλλον, καὶ συγχωρεῖν ἕτερον ἑτέρῳ, ἕως ἂν ἔλθοι ἐπὶ τὸ μέσον. Hæc ad verbum mentem Manilij aperiunt.

v. 20. *Quod niſi librato.*] Contra Xenophanem. Pendere enim terram negabat, quam potius κάτω εἰς ἄπειρον καθήκειν contendebat. Ita enim canit:

> γαίης μὲν τόδε πεῖρας ἄνω πρὸς ποσὶν ὁρᾶται,
> καὶ ῥεῖ προσπλάζον. τὸ κάτω δ' ἐς ἄπειρον ἱκνεῖται.

mæus ἐκ τῶν ἀφροσκοπίων. Platonici vero ità colligunt: Quod tenuiſſimum, ſimpliciſſimum & maxime ſimilarium partium ſit æther. Similarium autem ſimiles ſuperficies. Eiuſmodi vero ſunt ſoli circuli inter planas figuras, globi inter ſolidas, &c.

v.26. *Cui neque principium eſt vſquam*] Ita hæc interpungenda:

Cui neque principium eſt vſquam, neque finis: in ipſo
Sed ſimilis toto remanet, perque omnia par eſt.

In ipſo, id eſt in ſeipſo. vt in Sphæra barbarica: — *populum ſuſpendit ab ipſo.* a ſe ipſo. & — *totus volat vndique in ipſum.* in ſe ipſum. ἑλληνισμὸς. εἰς αὐτὸν, ἐν αὐτῷ, pro εἰς αὑτὸν, ἐν αὑτῷ.

v. 28. *Sic ſtellis glomerata manent mundumque figurant.*] Lege:

Sic ſtellis glomerata manet, Mundoque figura.

Quis tam alienus a ſenſu literarum, vt vulgatam lectionem tueri velit, neque ad congruentiam ſermonis, neque ad mentem auctoris?

v. 29. *Iccirco terris non omnibus omnia ſigna.*] Duobus argumentis diſputationem ſuam munit: ἐκ τῶν πόῤῥωθεν ſcilicet, καὶ ἐκ τῶν ἐγγύθεν: quorum alterum ἐν ὑπομνήσει verſatur, alterum ἐν κοινῇ ἐννοίᾳ καὶ αἰσθήσει. Nam omnia pondera deorſum vergere, & eo dato terram σφαιροειδῆ probare, primum ἐκ τῆς κατὰ μέσον φορᾶς, deinde ὅτι πᾶν σῶμα ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα νεύει, ea vere eſt ἡ πόῤῥωθεν ὁμολογουμένοις. Longe enim quanquam ex confeſſis petitum argumentum. At ex mari, item ex ſtellis, vt in Canopi exemplo, quod adfert, & eiuſmodi ſimilibus idem probare, id τῶν ἐγγύθεν eſt. Senſu enim percipimus. Sic ἐκ τῶν ἐγγύθεν terræ rotunditatem colligit Plinius: quem vide lib. 11. cap. LXX. vt Ptolemæum in primo magni operis, vt alios taceam.

v. 30. *nuſquam inuenies fulgere Canopum.*] Canopus eſt fulgida ſtella in malo auſtrino nauis Argus. Ita omnes veteres, præter Hyginum, qui τὸ ἔσχατον τοῦ ποταμοῦ Canopum vocatum ſcribit. Et idem ſcribit Capella ab Hygino mutuatus. Alio nomine ab adulatoribus aulæ Ægyptiacæ hæc ſtella dicta fuit Ptolemæus. Canopus igitur ὁ λαμπρότατος ἐν τῷ νοτίῳ τοῦ Ἀργοῦς πηδαλίῳ nõ videtur niſi Rhodo in Auſtrum pergentibus. Canopum Gadibus & Cnidi videri, quia in eadem inclinatione ſunt, teſtis Strabo. Et quidem Cnidij diu oſtendebant turrẽ, ſeu ſpeculam, ex qua Eudoxus eorũ popularis Canopũ ſpeculari ſolebat. Ab eo eam turrim magna veneratione obſeruabant, & σκοπιὴν Εὐδόξου vocabant.

v. 32. *Sed*

v,32. *Sed quærent Helicen.*] Falſum. Hodie Alexandriæ Canopus extat ſupra orizontem plane conſpicuus, item tota Vrſa maior, ſiue Helice cum principio Virginis. Itaque Sole in quinto gradu Piſcium ſubtus Orizontem Alexandrinum demerſo, tota Helice, & Canopus e regione, in ortiuo finitore veſpere conſpicui ſunt. Hoc tantum debebat dicere Manilius, Canopum in Ægypto apparere, qui in Græcia numquam videtur, & argumentum tritiſſimum eſt. Sæculo Manilij Sole circiter in XXIII parte Aquarij occidente, ambo Helice & Canopus ἀκρόνυχοι toti ſupra finitorem extabant.

Pag. 8. v. 2. *Te teſtem dat, Luna, ſui.*] Et hoc vnum ex vulgatiſſimis argumentis τῶν ἐγγύθεν: deliquia Lunaria ab iis prius videri, qui propius a Sole oriente abſunt. Vnde terræ rotunda forma colligitur, cuius κυρτώματα officiunt, ne eclipſim videant eodem tempore, qui remotiores ſunt occidentem verſus.

v. 8. *Seraque in extremis.*] Lunæ delinquenti crepitu æreorum vaſorum ſuccurri ſolitum ſi pluribus probare velim, & lectorum iudiciis diffidam, & meo otio abutar. Pleni ſunt libri veterum hiſtoricorum, & Poetarum. Plinius: *Deliquio Solis & Lunæ veneficia arguente mortalitate; & ob id crepitu diſſono auxiliante.* Turcæ & Muhammedani omnes idem faciunt hodie. Sed miratus ſum Bonincontrium hoc factum vidiſſe in municipio ſuo Miniatenſi.

v. 9. *Simul icta per omnes.*] Icta, vel quia amiſit lucem, vnde & Arabibus eclipſis انكساف & Iudæis dicitur לקוי id eſt percuſſio: vel quia dicebatur vapulare veneficis mulieribus. Martialis:

Quum ſecta magico Luna vapulat Rhombo.

Nam & Martiali ſecta eſt, quod hic icta. Sane percuſſam Lunam dicit Lucanus, quum deficit:

Terrarum ſubita percuſſa expalluit vmbra.

v. 9. *per omnes Deficeret.*] Exemplum. Defectus Lunæ, qui accidit pugna ad Gaugamela, viſus hora ſecunda noctis Babylone, Sole occidente in Calabria. Itaque Toleti non potuit videri. Ita per omnes gentes non poteſt deficere Luna, vt loquitur Manilius. id eſt, per omnes gentes defectus idem non videtur. Cauſſa, tumor terræ, vt argumentatur.

v. 11. *Sed quia per teretem.*] Non eſt quidem abſoluti orbis, ſi campos,

v.14. *Et rapit ætherios.*] Gemblac. *Et cupit.* Ex quo docti fecerunt. *Et rapit*, optime meo iudicio.

v.14. *Pandere ſenſus*] Omnino ſcribendum *cenſus.* Ita ſemper loquitur.

——— inque ipſos Mundi deſcendere cenſus.

& in ſecunda inſtitutione:

——— hominis per ſidera cenſum. Sæpe in hoc ſcriptore *ſenſus* pro *cenſus* commutatum. Quod ſemel monuiſſe, ſatis fuerit.

v.15. *Hoc ſub pace vacat tantum.*] Gemblacenſis & Bonincontrij interpungit.

Hoc ſub pace vacat. Tantum iuuat ire per ipſum.

Quod non ſequemur.

v.15. *Hoc ſub pace vacat tantum.*] Ita loquitur Germanicus, qui hæc Maniliana interpretatur:

Quantum etenim poſſent anni certiſſima ſigna,
Qua Sol ardentem Cancrum rapidiſſimus ambit,
Diuerſaſque ſecat metas gelidi Capricorni:
Quave Aries & Libra æquant diuortia lucis:
Si non parta quies, te præſide, puppibus æquor,
Cultorique daret terras? procul arma ſilerent?
Nunc vacat audaces ad cælum tollere vultus,
Sideraque & varios cæli cognoſcere motus. Et poſt:
Hac ego dum latis cogor prædicere muſis,
Pax tua, tuque adſis nato, numenque ſecundes.

Nam Germanicus intelligit de templo Pacis ab Auguſto conſecrato. Ouidius:

Ipſum nos Pacis carmen deduxit ad aram.
Hæc erit a menſis fine ſecunda dies.

v.17. *Signaque & aduerſus.*] Signa quidem habemus & eorum apoteleſmata: de ſtellis an fidem liberauerit, non eſt quod dubitemus, quum alibi non ſemel nos ad illud opus remittat.

v.17. —*Et aduerſos Stellarum.*] Stellarum quinque, item Solis, & Lunæ ab occaſu in ortum curſus eſt. Eum ſero didicerunt Græci. Seneca Naturalium libro ſeptimo ſcribit, Democriti tempore Græcis nondum comprehenſum fuiſſe Planetarum curſum, & ab Eudoxo primum in Græciam delatum. Quod verum eſt. Nam tres iſti profectionis in Ægyptum ſocij Plato, Eudoxus, Euripides, ab Ægyptiis didicerunt, & primi omnium

Græcorum populares ſuos id docuerunt: Plato quidem in ſuo Timæo, Eudoxus ἐν ἐνόπτρῳ, Euripides in Thyeſte:

δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδόν. Poetæ Græci deinde ἀντιθέοντας ἀλήτας, obluctantes errones dixerunt.

v. 18. *Quod ſolum nouiſſe parum eſt.*] Propterea laudatur Ptolemæus in Græco epigrammate, eo quod τῆς μεγάλης συντάξεως editione contentus non fuerit, niſi illi τὸ ἀποτελεσματικὸν τετράβιβλον, tanquam, coronidem appoſuiſſet. Verſus, qui ad rem pertinebant, hi ſunt:

> οὐδὲ πόνῳ φρεσὶν σὺ διέγνως ἀστερίης,
> ἀλλὰ καὶ αὐτά περ ὅ, τι τελεῖ σημεῖα φαίνεις.
> τοίνυν δὴ χρεὼ καλέειν σέ τιν' οὐρανιώνων;
> αἰθέριόν τι νόον φορέειν, οὐ γήϊνον ἔμπης.

Quæ hunc locum non leuiter illuſtrant.

v. 20. *Quaque regat.*] Inepte. Non enim quæ animalia regit Zodiacus, vult ſcire. regit enim omnia. ſed qua regit. Scribe igitur, *Quaque regat.* Quid eſt abſurdius vulgari lectione?

v. 21. *& in numerum Phœbo m. r.*] *In numerum*, ἐμμέτρως: vt infra:

——— certa tum lege canentem.

Nam & illud quoque eſt ἔμμετρος. Alij quidem apud Romanos καταλογάδην tentarunt, Varro, Nigidius, qui vtranque Sphæram, barbaricam ſcilicet, & Græcanicam conſcripſit. Apud Græcos Phænomena verſibus ediderunt, Eratoſthenes, Aratus, Hegeſianax, Hermippus, teſte Ptolemæo rege Ægypti.

> Παῖδ' Ἡγησιάναξ τε, καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' ἄστρων
> Τείρεα, καὶ πολλοὶ τοῦτα τὰ φαινόμενα
> Βίβλοις ἐγκατέθεντο, ἀποσκόποι δ' ἀφάμαρτον.
> Ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει.

Sed & Ouidius poſt M. Tullium Aratea Phænomena vertit, & poſt eum Germanicus. Apoteleſmata vnus veterum, quod ſciam, verſibus ſcripſit Dorotheus Sidonius, quem legerunt Arabes, Omar, Meſſaalla, auctor Alcabicij. ita vt ante quingentos annos eum auctorem extitiſſe non dubitemus.

v. 22. *Bina mihi poſitis.*] Perperam Lilius Giraldus cenſet his verbis Manilium dicere, ſe bis vatem eſſe. Atqui duplicia ſacra ſibi obeunda teſtatur, ſtili, & materiæ, poetices, & aſtronomiæ. Vtrunque enim inuentum Deorum. Propterea dixit, *Carminis*

& rerum. Altero ſcriptionem, altero materiam deſignat. Itaque duo templa adeunda dicit.

Pag.2. v.1. *certa tum lege canentem.*] Ita diſtinximus. Nam totus verſus continuatus eſt in editionibus. Vt valde falli eum neceſſe ſit, qui legebat, *certa cum lege.* Res & puero patet.

v.2. *immenſo vatem circumſtrepit orbe.*] Hoc dicit, tanquam Mundus noua verba nouæ materiæ explicandæ illi ſuggerat. Soluta ἔναρθρα, & articulata verba dicit, quæ vix ſibi ſuggeri conqueritur: quia intacta Latinis Camenis materia. Itaque verba ægre ſibi ſuppetere: & noua formanda, propter patrij ſermonis egeſtatem. quod & Lucretius in nouæ materiæ incepto conqueritur. Figuras vocat notiones verborum, imitatione Græcorum, qui χαρακτηρισμοὺς dicunt.

v. * *Per te iam cælum interius iam ſidera nota: Sublimes aperire vias*] Quod hæc hiulca ſint, & quo referantur, non habeant, & vix literis Latinis tincto patet. Nos contendimus, duos illos verſiculos, *Tu princeps auctorque ſacri, &c.* traducendos ante illum, *Maior vti facies.* Locum integrum apponemus, vt conſtet fides veri.

Quem primum infernis licuit cognoſcere terris
Munera cæleſtum? Quis enim condentibus illis
Clepſiſſet furto Mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diis cuperet Deus ipſe videri,
Sublimes aperire vias: imumque ſub orbem,
Et per inane ſuis parentia finibus aſtra,
Nominaque, & curſus ſignorum, pondera, vires?
Tu princeps, auctorque ſacri, Cyllenie, tanti.
Per te iam cælum interius, iam ſidera nota.
Maior vti facies Mundi foret, &c.

Cui mortalium licuiſſet cælum in terra cognoſcere, aut quis, ſine ope Deorum, auſus fuiſſet tam arduum facinus inceptare, ſublimes vias cæli aperire, & curſus ſignorum? Nemini ſane mortali hoc licuiſſet primo aperire. Quis ergo aperuit? Deus, non homo. Mercurius enim auctor tantæ rei. Quare? vt maior ſpecies, maiorque auctoritas rei accederet, ſi Mercurius, quam ſi homo auctor rei diceretur.

v.4. *Quem primum infernis.*] Male Gemblacenſis, *Quem primum*

mum interius. Nam neceſſaria eſt vox *infernis.* Quis ab his locis infernis ad illa ſuperna penetraſſet?

v. 5. *Quis enim condentibus illis.*] Accepit a Sophocle:

ἀλλ' ὁ γὰρ τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν.

In prima Inſtitutione:

Quis neget eſſe nefas inuitum prendere Mundum?

v. 8. *Inuitu vt Diis.*] Inepta interpunctio totam ſententiam turbauit. Ita enim interpungendum:

Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diis cuperet Deus ipſe videri,
Sublimes aperire vias, &c.

Quis tantum opus aggredi auſus eſſet, nempe ſublimes aperire vias, vt cuperet Deus videri?

v. 9. *vnumque ſub orbem.*] Legendum —*imumque ſub orbem*, vt olim emendauimus. & ita habet Gemblacenſis. Imum orbem opponit inani, id eſt aëri. altero inferius hemiſphærium, altero ſuperius intelligit.

v. 11. *Nominaque & curſus.*] Scribe *Mominaque & curſus.* Creberrime hoc verbo vtitur. Sed nuſquam reperies niſi deprauatum. Sic in Ætna olim correximus:

Spiritus inflat enim. momen languentibus aër.

In aliis quoque auctoribus pariter deprauatum reperies.

v. 11. *Signorum pandere vires.*] Omnino legendum, vt Gemblacenſis habet, —*pondera, vires.*

v. 12. *Tu princeps.*] Tu, inquit, Mercuri, auctor mihi es tanti ſacri ad duo altaria obeundi, carminis & rerum. Tu enim primus aſtronomiam de cælo in terras deduxiſti. Neque enim homines ſoli id adepturi erant, Diis occultantibus. Sed propterea placuit Diis, vt a te Deo hæc indicarentur, *Maior vti ſpecies Mundi foret.* Ægyptios aſtronomiam didiciſſe, docente Mercurio, omnes libri loquuntur. Propterea illi diuinos honores Ægyptij habuerunt, & primum menſem illi cognominem fecerunt. Firmicus: *Mundi itaque genituram hanc eſſe voluerunt, ſequuti Æſculapium, & Anubim, quibus potentiſſimum Mercurij nomen iſtius ſcientiæ ſecreta commiſit.*

v. 14. *Maior vti facies.*] Mercurio inuentum attribuitur, vt maior ſpecies & maieſtas arti attribuatur: & ſimilia Ælianus:

Αἰγύπτιοι φασὶ παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμουσωθῆναι· οὕτω δ' ἔνιοι τὰ παρ' αὐτοῖς σημειοῦσιν περίεργον.

v. 17. *Qui ſua diſpoſuit per tempora.*] Omnino legendum: *Quis ſua.* Quibus ſua negotia Deus diſpoſuit per tempora. Non enim Deus ſua, ſed hominum negotia intelligitur diſpoſuiſſe per tempora. Breui enim gyro includit Aratea illa:

> αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν
> ἄστρα διακρίνας. ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
> ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
> ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.

Tempora autem & Momina apud hunc auctorem ſunt χωροὶ ſæpenumero. Iſti autem duo verſus aberant a Gemblacenſi.

v. 19. *Naturaque dedit vires.*] Gemblacenſis: *Et natura dedit vires.* Deus diſpoſuit omnia per tempora mortalibus. Natura autem eorum animos ad contemplationem ſui mouit.

v. 20. *Regales animos.*] Ouidius:

> *Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primum,*
> *Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.*
> *Credibile eſt illos pariter vitiiſque iociſque.*
> *Altius humanis exeruiſſe caput.*

Plinius: *Viri ingentes, ſupraque mortalium naturam tantorum numinum lege deprehenſa.* Mox: *Macte ingenio eſte cæli interpretes, rerumq; naturæ capaces, argumenti repertores, quo homines, Deoſque viciſtis.*

v. 21. *Proxima tangentes.*] In Epigrammate in Ptolemæum:

> εἰ γὰρ καὶ μερόπεσσι χαμαιπετέεσσι συμβιότευσας,
> καὶ φύσεως θνητῶν πὲρ ἀλυκτοπέδησιν ἐδέσμευς,
> ἀλλὰ νόον παθέων ἐν τοῖσι πόνοισι κάθηρας.

v. 22. *Quæ domuere.*] Legebamus olim *Qui.* Et ita habet Gemblacenſis.

v. 23. *Quas ferat Euphrates.*] Et puero patet legendum *Quas ſeçat.* Ita olim correximus. Ita habet Gemblacenſis. Sic Virgil. *Pinguia culta ſecat.* De Tiberi. Babyloniorum autem & Ægyptiorum inuentum eſſe Aſtrologiam adteſtatur & Ariſtoteles: Αἰγύπτιοι, καὶ Βαβυλώνιοι, παρ' ὧν πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων. Quare autem Ægyptij plurimum illis diſciplinis valuerunt, cauſſam adfert Ptolemæus & ipſe homo Ægyptius: ὅτι μᾶλλον συνοικειοῦνται τοῖς Διδύμοις καὶ τῷ τοῦ Ἑρμοῦ. Quare? διόπερ διανοητικοί τε καὶ συνετοὶ καὶ ὅλως ἱκανοὶ περὶ τὰ μαθήματα. De Babyloniis: ὅτι τῷ παρθένῳ καὶ τῷ

καὶ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ συνοικειοῦνται. διὸ καὶ παρ' αὐτοῖς τὸ μαθηματικὸν καὶ παρατηρητικὸν τῶν ἀστέρων συνίσταται. Primus quidẽ Eudoxus ab Ægyptiis Aſtronomiam in populares ſuos Græcos deduxit. Beroſus autem a popularibus ſuis Chaldæis Genethlialogiam in Græcos. Vitruuius: *Eorum autẽ inuentiones, quas ſcriptis reliquerunt, qua ſolertia, quibusq. acuminibus, & quam magni fuerint, qui ab ipſa Chaldæorũ natione profluxerunt, oſtendunt. Primusq. Beroſus in inſula, & ciuitate Coa conſedit, ibiq. aperuit diſciplinã.* Plinius ſcribit ob diuinas prædictiones ipſi ſtatuam inaurata lingua ab Athenienſibus publice dicatam.

v. 27. *Officio vinxere Deum.*] Correximus: olim *vinxere*. Cui emendationi adſtipulatur Cod. Gemblac. qui ita habet. Θεοπρόσκολοι dicuntur qui Deo applicantur: quod eſt verbum clientelæ. Vnde τὴν προστασίαν Athenienſium ius applicationis vertit Seneca. Mutato autem accentu θεοπροσκόλοι, qui Deos officio ſibi deuinciunt. Vtro modo legendum apud Ptolemæum, nondum conſtitui. Sane vbi de Ægyptiis loquitur, & vulgo legitur θεοπρόσπολοι, φιλόθρηνοι, emendandum θεοπρόσκολοι, φιλόθρησκοι. Quarum lectionum priorem aſſerit priſcus Scholiaſtes Græcus: alteram nos repoſuimus. Ea autem verba non ſolum idem cum Manilio, ſed & de iiſdem Ægyptiis loquuntur. θεοπρόσπολοι quoque alibi legitur apud Ptolemæum; & rectum eſt. Quin & non ſemel θεοπρόσκολοι ibidem reperias.

v. 29. *Inque Deum Deus ipſe tulit.*] Deus ipſe Deum in ipſos immiſit, θεὸς ἐνθεάζει αὐτοῖς. Sic apud Maronem *Plena Deo.*

v. 29. *patuitque miniſtris*]. θεοπροσπόλους. Ptolem.

v. 30. *Hi tantum nouere decus.*] Gemblacenſis, *mouere decus.* Quod melius eſt.

v. 32. *Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu.*] Geminus: ἐκ τοῦ ὡς ἐπίπαν γίνεσθαι διὰ τῆς καθ' ἡμέραν παρατηρήσεως τὸ σύμφωνον λαμβάνοντες εἰς τὰ παραπήγματα κατεχώρισαν. Niſi quis legendum contendat: *Singula nam propria ſignarunt tempora cauſa*, vt in priore editione: cuius lectionis non pœnitet. Sic alibi:

Quæ poſtquam in proprias deduxit ſingula cauſſas.

Pag. 3. v. 1. *Naſcendi quæ cuique dies.*] Id quibus rationibus collegerint, apponam ex Sex. Empirico. νύκτωρ μὲν ὁ Χαλδαῖος, φασὶν, ἐφ' ὑψηλῆς τινὸς ἀκρωρείας ἐκαθέζετο ἀστεροσκοπῶν. ἕτερος δὲ παρῄδρευε τῇ ὠδινούσῃ μέχρις ἀποτέξατο· ἀποτεκούσης δὲ εὐθὺς δίσκῳ διεσήμαινε τῷ ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας. ὁ δ' ἀκούσας καὶ αὐτὸς παρεσημειοῦτο τὸ ἀνίσχον ζῴδιον ὡς ὡροσκοποῦν.

ὡροσκοποῦν. μεθ' ἡμέραν δὲ τοῖς ὡροσκοπίοις προσεῖχε καὶ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει.

v. 5. *Percepta.*] Gemblacenſis *Pracepta. redeuntia astra* dixit, vt Aratus ἑξείης παλίνορσα.

v. 8. *Exemplo monſtrante viam.*] Hoc enim annotatum poſteris tradiderunt per exempla & γενέσεις παραδειγματικάς. Ptolemæus: διὰ τὸ συμφωνεῖν αὐτοῖς ὡς ἔπιπαν τὰς μοίρας τῶν θείων τῶν κατατεταγμένας. ὑπ' αὐτῶν παραδειγματικαῖς γενέσεσι. Nam exemplares genituras vocat, quas ex obſeruationibus in tabulas referebant. vt iam ex Sex. Empirico oſtendimus.

v. 10. *Et totum alterna.*] Si non eſt error, nouæ alternam vocat, quæ redit in orbem. Sed memini tria hæc, *aterna*, *alterna*, *etheria* in hoc auctore vitio librariorum inter ſe commutari. Itaque menti auctoris magis conueniens eſt, vt *aterna* legatur. Quoties enim ita legitur?

v. 11. *Fatorumque vices certis diſcernere ſignis.*] Quis dubitet legendum *diſcurrere ſignis*, niſi qui ſuperiora non aduerterit? τὸ *Diſcernere* irrepſit ex verſu, qui octauus ab hoc.

v. 15. *Tum velut amiſsis mœrens.*] Ad verbum Græci: ποτὲ δὲ Αἰγύπτιοι ἀπὸ καρκίνου ἐπὶ αἰγοκέρωτα τὸν ἥλιον κατιόντα ὁρῶντες, καὶ ἐκ μακροτέρων ζμικρυνόντα τὰς ἡμέρας, ἐντεῦθεν, δυλαβούμενοι, μὴ κατὰ βραχὺ καταλείπῃ αὐτοὺς ὁ ἥλιος. καί ἐστιν ὁ καιρὸς, οὗτος ὁ πάρ' αὐτοῖς τῶν καλουμένων Ισείων. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἀναβαίνειν ἤρξατο, καὶ μακροτέρας ποιεῖν τὰς ἡμέρας, τηνικαῦτα λαχειμονήσαντες ἐστεφανηφόρησαν. Hæc ſine dubio ſcripta ſunt ex Octaeteride Eudoxi. In qua brumam Eudoxus, a qua annum ſuum φυτασίας incipiebat, ab Iſiis ordiebatur, in quod tempus tum brumæ ſidus conficiebatur. Sed de hac re vide librum ſecundum operis noſtri de Emendatione temporum.

v. 17. *nec Sole regreſſo.*] Gemblacenſis & Bonincontrij —*iam Sole regreſſo.* quod verum eſt.

v. 22. *Ignotuſque nouos.*] Melius Gemblacenſis, *Immotuſque nouos.* Non fruſtra dixit nouos orbes propter Britanniam paulo ante ſua tempora a C. Iulio Cæſare detectam, quam nouum orbem vocabant.

v. 23. *ventis nec credere vela.*] Gemblacenſis & Bonincontrij — *nec ventis credere vota.* Quod melius.

v. 27. *Aduigilare ſibi iuſsit Fortuna premendo.*] Premendo eos Fortuna acuit, quaſi dicat, Neceſſitas curas acuit. vt,

——— *duriſque vrgens in rebus egeſtas.* Theocritus:

ἁ πενία,

ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Nam id plane eſt, quod antea dixit: *Et labor ingenium miſeris dedit.*

v. 29. *Et quacunque ſagax.*] Legendum *Et quodcunque.* Ita olim emendauimus. Ita habet Gemblacenſis. Nam quis ſanus conſtruat *commentum* cum illo *quacunque?*

v. 30. *In commune bonum.*] Satis oſtendit ſe Stoicum eſſe: ὅτι τέχνη ἐστὶν ἐκ πολλῶν καταλήψεων συγγεγυμνασμένων σύστημα.

v. 31. *Tunc & lingua ſuas accepit barbara leges.*] Κυριολογία. Nam contraria methodo, lingua, quæ leges ignorat, βαρβαρισμὸς dicitur.

v. 32. *Et fera diuerſis.*] Quemadmodum dixit barbaram linguam accepiſſe leges, ita & fera arua domita fuiſſe. Poteſtne hoc cuiquam æquiori diſplicere?

v. 33. *Et vagus incertum.*] Gemblacenſis: *Et vagus in cacum.* Recte.

Pag. 4. v. 1. *Fecit & ignotis iter.*] Iter ἀποδημία, ἐμπορεία.

v. 3. *Semper enim ex aliis alios.*] Lege *alias.* Gemblacenſis & Bonincontrius habebat *alia.* Quod eſt veſtigium veræ lectionis.

v. 4. *volucrum prædicere linguas.*] Gemblacenſis melius: —*linguas didicere volucrum.* Eiuſque lectionis veſtigia extant in Bonincontrio. Intelligit οἰωνοσκοπίαν.

v. 4. *Conſultare fibras.*] σπλαγχνοσκοπίαν.

v. 5. *Et rumpere vocibus angues*] ψυλλείαν. Ptolem.

v. 6. *Sollicitare vmbras.*] νεκυομαντείαν. Empedocles.

ἄξεις δ' ἐξ ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.

v. 7. *In noctemque dies.*] γοητεία Empedoclis.

θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
ῥεύματα δενδρεόθρεπτα.

v. 16. *ſoluitque animis miracula rerum.*] Lucretius.

Et finem ſtatuit cupedinis, atque timoris.

v. 17. *Eripuitque Ioui fulmen, vireſque Tonantis.*] Exoluit animos ſuperſtitione, & cauſſas, quæ ἀναιτιολογήτοις Deorum mythologiis adſcribebantur, ab vltima natura repetiuit: quod ab Epicuro ſuo factum Lucretius gloriatur. Propterea dixit eripuiſſe Ioui nomen & vires Tonantis: vt non Ioui amplius cauſſa tonandi, ſed naturæ attribuatur. Nam qui legebat *Tonanti*, valde, vt in pleriſque omnibus, hallucinabatur.

v. 22.

v. 22. *Attribuitque ſuas formas.*] κυκλολογία. Nam μορφαὶ τὰ κατηστερισμένα dicuntur. Contra ἀμόρφωτοι ἀστέρες, quorum nulla eſt ἀστροθεσία. Aratus de eadem re, ἤλιθα μορφώσας. Hyginus etiam formas & corpora. Ptolemæus μορφώσεις in magna conſtructione, item lib. IV. τετραβίβλου, capite περὶ τῶν μὴ νομίμων γάμων: qui titulus deeſt hodie in excuſis.

v. 23. *certa ſub lege notauit.*] Gemblacenſis —*certa ſub ſorte notauit.* quod retinemus. Ita ſemper loquitur.

v. 25. *Sideribus variis.*] Omnino legendum *vario.*

v. 29. *Tantas emergere moles.*] ἀρχαϊκῶς moles pro fluctibus. Attius: ——— *tantas moles fluctuum.*

v. 33. *Ipſa mihi primum Naturæ.*] οἰκονομία ad Sphæram Mundi, quæ præit Apoteleſmaticæ, vt antea diximus.

Pag. 5. v. 2. *Quem ſiue ex nullis.*] Sententia Ariſtotelis, quem nunc deſignat. Is, vt probet Mundum ἀγέννητον, inter alia ἀπὸ τοῦ τῆς κυκλοφορίας εἴδους ita concludit in ſecunda figura: Quod circulariter mouetur, nullum contrarium habet. Quod naſcitur, & denaſcitur, contrarium habet. Quod igitur circulariter mouetur, neque naſcitur, neque denaſcitur. Vide primum περὶ οὐρανοῦ. Nam ibi tandem concluditur, ἀδύνατον εἶναι, ἢ γενόμενον ποτὲ ἄφθαρτον τι διατελεῖν. ἢ ἀγέννητον ὄν, καὶ ἀεὶ πρότερον ὂν φθαρῆναι. Fatum more ſuo Manilius φθορὰν vocat. Et ſubinde coniungit hæc vt contraria, natalem & fatū, vt Ariſtoteles γένεσιν καὶ φθοράν. Reliquos Philoſophos, qui negant mundo principiū eſſe, vide apud Cenſorinum.

v. 5. *Seu permixta Chaos*] Siue Mundus principio caret, vt vult Ariſtoteles: ſiue principium habet, vt Ægyptij. Scholiaſtes Ptolemæi: περὶ τοῦ πῶς εἰώθασι λέγειν γένεσιν Αἰγύπτιοι κόσμου. καὶ γὰρ ἀρχὴν μίαν οὐκ ἔχει, πολλὰς δέ. τὰ δὲ μερικὰ καὶ πολλὰς καὶ μίαν. μίαν μὲν τὴν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐν τῇ γενέσει τῶν ἀστέρων σύγκρασιν, ἣν εἰώθασι τάξιν οἱ ἀποτελεσματικοὶ καλεῖν. Æſculapius Ægyptius vetuſtiſſimus ſcriptor in ſua Myriogeneſi dixit in poſterioribus partibus Libræ hanc τάξιν factam, eumque fuiſſe natalem Mundi. Firmicus de Libra: *Cætera enim ad* XXX *numeros collocantur. In iſtis enim poſterioribus partibus terra dicitur eſſe compoſita, vt barbarica ratio confirmat.* Barbarica ratio eſt Ægyptiaca, vt alibi oſtendimus. Libram intelligit Ægyptiaci parapegmatis Dionyſij aut Hipparchi, XXVII Septembris Iuliani. Ergo finis eius XXVI Octobris Iuliani. vbi ſane mundus creatus. Vide librum quintum de Emend. Temp. cap. de conditu rerum.

v. 5. *Chaos.*] Præter Heſiodum, Euripides Menalippa:

ὁ δ' οὐρανὸς ἡ γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος
τὰ δένδρα, πτηνά, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
γένος τὸ θνητῶν. ———

v. 8. *Siue indiuiduis.*] ἀτόμους. Eandem cæcam materiem quum vocat, vſus eſt verbo Epicurei dogmatis. Nam Epicurus vult οὐδέποτε ἄτομον ὦφθαι αἰσθήσει. πᾶν τε μέγεθος μὴ εἶναι περὶ ἀτόμους.

v. 10. *Et pene ex nihilo ſummum eſt.*] Emendandum auctore Gemblacenſi,

Et pene ex nihilo ſumptum eſt. id eſt cæpit. Pene nihilum vocat τὴν ἄτομον, qua Epicurus nihil exiguius in rerum natura eſſe dicebat. quod valde exagitat Cicero de Finib.

v. 12. *Siue ignis fabricauit.*] Dogma Heracliti.

v. 13. *habitantque per omne Corpus.*] In fine huius libri:

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes.

v. 15. *Seu liquor hoc peperit.*] Thaletis Mileſij ſententia.

v. 16. *ipſumque vocat, quo ſoluitur ignem.*] Ex Gemblacenſi legimus: *ipſumque vorat.* Elegantiſſime. Firmicus ſcribit libro tertio ἐκπύρωσιν καὶ κατακλυσμὸν alterum per alterum deſtrui, & ex eo interitu magnam ἀποκατάστασιν ſequi. Liquor igitur vorat ignem, & ignis liquorem. alter alteri peſtis eſt. Cenſorinus refert Ariſtotelem ſcripſiſſe maximi anni hiemem eſſe κατακλυσμὸν, æſtatem ἐκπύρωσιν, & alterum ab altero alternis deſtrui.

v. 17. *Aut neque terra patrem.*] Patrem, δημιουργόν. Contra Platonis Timæum, in quo Deus opifex mundi adſtruitur.

v. 18. *faciuntque Deum per quatuor artus.*] Deum, τὸ πᾶν, cuius artus, hoc eſt membra, quatuor στοιχεῖα, ſecundum veteres Theologos, qui illa τῶν ὅλων μέρη dicunt, ideoque ἀγέννητα: ſed κατὰ διαδοχὴν γινόμενα καὶ φθορὰς vnumquodque γεννητόν, hoc eſt κατὰ μέρος: vt στοιχεῖα; quæ ſunt in me γεννητά: at τὰ ὅλα, ἀρχὰς στοιχείων. Nam diuerſa, ἀρχαί, καὶ στοιχεῖα: quum ἀρχαὶ nihil aliud ſint, quam πάντων στοιχείων ἠθροισμένοι ὄγκοι καὶ ὁλότητες τῶν στοιχείων. Qui plura ad hunc locum deſiderat, adeat Alexandrum Aphrodiſienſem principio Cōmentariorum in ſecundū Meteoron. Alioquin Stoici ἀρχὴν τῶν ὅλων dicebāt θεὸν καὶ ὕλην. θεὸν μὲν τὸ ποιοῦν· ὕλην δὲ τὸ ποιούμενον. ἀφ' ὧν τὰ

τέσσαρα στοιχεῖα γεγονέναι. Sed non eſt idem cum hoc noſtro. Nam Stoici non faciunt τὰ στοιχεῖα membra θεῶ, vt illi veteres Theologi, de quibus iam diximus. Locus iſte non omnibus patebat. Ideo fuſius viſum explicare.

v. 20. *tum per ſe cuncta creantur.*] Melius Gemblacenſis: ——— *quum per ſe cuncta creantur.*

v. 23. *Quam nexus habiliſque.*] Gemblacenſis: *Quem nexus habilis, & opus, &c.* Legendum omnino.

Quæ nexus habiles, & opus generabile fingit.

Neque de hac lectione dubitauerit, niſi qui ſuperiora non intelliget. Nexus vocat τὰς στοιχείων συζυγίας. Eſtque idem, quod non dudum dixerat:

Frigida ne calidis deſint, aut humida ſiccis.

Et puero hoc perſpicuum.

v. 24. *Atque omnis partus elementa rapacia reddunt.*] *Reddit* non *reddunt* ſcribendum, niſi Grammaticæ ludibrium debemus. Nam de eadem concordia diſcorde, quæ nexus habiles reddit, ſermo eſt, & ideo quæ reddit elementa omnis partus rapacia, aut capacia.

v. 24. *elementa rapacia.*] vel *capacia.* Vult enim ὕλην πᾶσαν φύσιν ὑποδέχεσθαι: quæ propterea πανδεχὲς a Platonicis dicitur. Omnium enim formarum δεκτική. Tamen quod ὕλην τόπον καὶ χώραν vocet, non alienum eſt a mente huius noſtri, qui capacem vocat.

v. 26. *Quod latet.*] Locus ob leue mendum corruptiſſimus. Pro *ſupereſt* Gemblacenſis habet *ſupra eſt.* rectiſſime. Lege igitur:

Quod latet, & tantum ſupra eſt hominemque Deumque.

Nunquam, inquit, eius rei origo patebit, vtpote, quæ lateat, atque adeo ſupra ipſum Deum ſit, nedum hominis captum. Impia illa ſententia illorum Græcorum & Latinorum, Ne Deo quidem poſſibile eſſe, quod Plinius dixit *rem Deo improbam* lib. 11. de Hipparcho. Rectiſſima emendatio. Nam τὸ *Supereſt* ineptiſſimum erat.

v. 27. *Sed facies quacunque.*] Lege *quæcunque.* Quæcunque, inquit, eſt origo mundi, ſiue principium habet, ſiue non (nam id in dubio eſt) quæcunque igitur eius origo eſt, non dubitatur de forma; tametſi de natali eius.

Pag. 6. v. 2. *flatuſque natantis.*] Lege *fluctuſque.* & ita Gemblac.

v. 3. *Æquora perſudit.*] Traiectio Maniliana, *Fluctus natantes Æquora perſudit.* id eſt fluctus natantes fudit per æquora. Sic ſupra: *Inque Deum Deus ipſe tulit.* Deus Deum intulit.

v. 14. *mediam tenet vndique ſedem.*] Eratoſthenes:

αὐτὰς μέν μιν ἔτετμε μεσήρεα πάντῃ ὀλύμπου
κέντρου ἀπὸ σφαίρας. διὰ δ' ἄξονος εἰρήρειστο.

v. 16. *fecitque cadendo Vndique ne caderet.*] Idem infra:

Qua caderet, ſubeat cœlum, rurſuſque reſurgat.

Parmenides:

εἴσῃ δ' αἰθερίαν τε φύσιν, τά τ' ἐν αἰθέρι πάντα
σήματα, καὶ καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο
λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα, καὶ ὁππόθεν ἐξεγένοντο.
ἔργα τε κύκλωπος πεύσῃ περίφοιτα σελήνης,
καὶ φύσιν. εἰδήσεις δὲ καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχοντα,
ἔνθεν ἔφυ γε, καὶ ὥς μιν ἄγουσ' ἐπέδησεν ἀνάγκη
πείρατ' ἔχειν ἄστρων. —

Omnino poſtremos verſus expreſſit Manilius.

v. 18. *Iſtaque contractis.*] Partes terræ in medium feruntur. pondus enim habent, donec ad medium peruenerint. Nam quod pondus habet, & ſecundum pondus mouetur, id eo vſque mouetur, quoad perueniat ad medium, ſiquidem nihil impediuerit. Quum igitur omnes partes in medium vergant, & minores à maioribus trudantur, ac denſentur, propterea quod maiores ſemper vrgeant vi ſua, quia ſcilicet pollent minoribus: eo facto tandem globi forma prodit: veluti quum e cera pila fit, ſemper id, quod inæqualiter extat, ac protuberat, in medium truditur fingendo. Igitur contractas plagas *τὴν πίλησιν καὶ τὸν συμπιεσμὸν* dicit. Atque eam *τῆς σφαιρώσεως* cauſſam eſſe opinatur Ariſtoteles, quum ait: *σχῆμα δὲ ἔχειν σφαιροειδὲς ἀναγκαῖον αὐτήν. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων βάρος ἔχει μέχρι πρὸς τὸ μέσον. καὶ τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ μείζονος ὠθούμενον οὐχ οἷόν τε κυμαίνειν, ἀλλὰ συμπιέζεσθαι μᾶλλον, καὶ συγχωρεῖν ἕτερον ἑτέρῳ, ἕως ἂν ἔλθοι ἐπὶ τὸ μέσον.* Hæc ad verbum mentem Manilij aperiunt.

v. 20. *Quod niſi librato.*] Contra Xenophanem. Pendere enim terram negabat, quam potius *κάτω εἰς ἄπειρον καθήκειν* contendebat. Ita enim canit:

γαίης μὲν τόδε πεῖρας ἄνω παρὰ ποσσὶν ὁρᾶται,
καὶ ῥεῖ προσπλάζον. τὸ κάτω δ' ἐς ἄπειρον ἱκνεῖται.

v.23. *Lunave ſubmerſos ageret per inania curſus.*] Malim *currus*. *Submerſos* dicit, quod ex inferioribus partibus ſupra orizontem producuntur. Vnde aſtruit argumentum de rotunditate terræ. Quomodo enim ſubmerſos currus in lucem prometer, ſi terra non eſſet rotunda?

v.27. *Sed medio ſuſpenſa manet, ſunt peruia cuncta.*] Concluſio. Quia tellus in medio ſita eſt, ſecundum ea, quæ demonſtrata ſunt: ergo omnia peruia ſunt. Super ſubterque terram omnia patent. verſiculus ſequens alio pertinet.

v.28. *Nam neque fortuitos.*] Contra Epicurum, qui cenſebat ortus fieri κατ' ἄναψιν, occaſus κατὰ σβέσιν, quotieſcunque ferat ἡ κατάστασις: item κατ' ἐμφάνειαν ὑπὲρ γῆς, καὶ κατ' ἐπιπρόσθησιν.

v.30. *Soliſue aßiduos partus.*] Puerilis & ridicula Heracliti ſententia. Dicebat Solem ac cætera aſtra ignem eſſe: quum in oriente ſint, accendi, propter eius partis calorem: in occaſu extingui, propter frigiditatem, quæ in occiduis partibus eſt. verba eius ſunt: ἥλιος νέος ἐφ' ἡμέρῃ ἐστί.

v.30. *& facta diurna.*] Lege, *fata*. Semper in hoc ſcriptore *factum* pro *fatum* commutatur etiam in Gemblacenſi. Aſſiduos partus, & fata diurna Solis intelligit τὴν ἐφήμερον τοῦ ἡλίου γένεσιν καὶ φθορὰν: quod vaticinabatur Heraclitus. Iamdudum monuimus τὴν φθορὰν fatum verti a Manilio.

v.*. *Inde ſuos ſinuat flexus.*] Tres hos verſiculos non habebat Gemblacenſis, & merito. Sunt enim ex deſcriptione Lactei circuli. & quidem mirum, eos non ſolum in Codice Bonincontrij fuiſſe, ſed etiam ab ipſo tanquam legitimo loco poſitos explicari. Nos iamdudum eos expunximus.

v.31. *Quum facies eadem ſignis per ſæcula conſtet.*] Poſt hunc verſum continuandus eſt ille, qui quintus ante hunc legebatur. Itaque verſus ita continuandi:

Quum facies eadem ſignis per ſæcula conſtet:
Qua caderet, ſubeat cælum, rurſuſque reſurgat:
Idem Phœbus eat cæli de partibus iiſdem
Lunaque per totidem luces mutetur & orbes.

Plana ſententia. Non, inquit, poſſum credere Solem aut Mundum quotidie renaſci, quum videam eaſdem vices cæli & aſtrorum: cælum eadem parte ſurgere, & occidere, Lunam & Solem eoſdem circuitus ſeruare. Nam vbi verſiculus ille legitur, quis

eius

eius ſententiam, qui ſaltem aliquid in literis videat, intelligebat?

Pag. 7. v. 5. *Nunc his nunc illis.*] Ita hæc leguntur in Gemblacenſi. ——— *quod tempora monſtrant*

Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis
Semper: & vlterius vadentibus ortus ad ortum,
Occaſumve obitus cælo & cum Sole perennet.

Tantum in Gemblacenſi legebatur *ortus*. pro quo *ortum* ſubſtituimus, vt infra *obitum* non *obitus* dixit. Quum, inquit, eadem tempora ſint ſemper iiſdem regionibus orbis, & vlterius vadentibus ortus ad ortum, & contra obitus ad obitum continuetur cum ipſo Cælo & Sole.

v. 8. *Nec vero tibi natura admiranda.*] Duo propoſuit, ſitum Terræ & eius formam. De ſitu iam abſoluit. Sequitur forma, quam rotundam concludit.

v. 8. —*quum pendeat ipſe Mundus.*] Parmenides ad mentem Manilij.

πάντοθεν εὐκύκλω σφαίρης ἐναλίγκιον ὄγκῳ
μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ. τὸ γὰρ οὐκέτι μεῖζον.
οὔτέ γε βαιότερον πελέναι χρεὼν ἐστι τῇ, ἢ τῇ.
τοιοῦτόν γε τὸ ὂν μέσσον τε καὶ ἔσχατον ἴσχει.

v. 18. *Nec patulas diſtenta plagas.*] Puta τραπεζοειδής: quod volebat Anaximander. Et multi veterum αἴτιον τῆς μονῆς τῆς γῆς τὸ πλάτος nugati ſunt.

v. 20. *Hæc eſt Naturæ facies.*] Empedocles περὶ τοῦ κόσμου.

ἀλλ' ὅγε πάντοθεν ἴσος ἔην, καὶ πάμπαν ἀπείρων,
σφαῖρος, κυκλοτερὴς, μονίῃ περιηγέϊ χαίρων,
τόσσον ἔνερθ' αἴδου, ὅσον οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης.

v. 24. *Quod globus obliquos.*] Quia quo proprior Soli, eo obliquius illuſtratur. Nothi enim luminis hauſtu, vt Catullus ait, lucet. Parmenides:

αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο,
νυκτιφαὲς, περὶ γαῖαν ἀλώμενον ἀλλότριον φῶς.

v. 25. *Hæc æterna manet Diuiſque ſimillima forma.*] Plato: σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον, καὶ συγγενές. Vide reliqua in Timæo. Ariſtoteles τῷ παντὶ τὸ σφαιροειδὲς attribuit a neceſſitate, ne ſcilicet vacuum extra relinquat. quod tamen ante eum dixerat Empedoc.

οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν.

Aſtronomi ἐκ τῶν φαινομένων rotundam formam colligunt: Ptole-

mæus ἐκ τῆς ἀπροσκοπίων. Platonici vero ita colligunt: Quod tenuiſſimum, ſimpliciſſimum & maxime ſimilarium partium ſit æther. Similarium autem ſimiles ſuperficies. Eiuſmodi vero ſunt ſoli circuli inter planas figuras, globi inter ſolidas, &c.

v. 26. *Cui neque principium eſt vſquam*] Ita hæc interpungenda:

Cui neque principium eſt vſquam, neque finis: in ipſo
Sed ſimilis toto remanet, perque omnia par eſt.

In ipſo, id eſt in ſeipſo. vt in Sphæra barbarica: —*populum ſuſpendit ab ipſo*. a ſe ipſo. & —*totus volat vndique in ipſum*. in ſe ipſum. ἑλληνισμὸς. εἰς αὐτὸν, ἐν αὐτῷ, pro εἰς αὑτὸν, ἐν αὑτῷ.

v. 28. *Sic ſtellis glomerata manent mundumque figurant.*] Lege,

Sic ſtellis glomerata manet, Mundoque figura.

Quis tam alienus a ſenſu literarum, vt vulgatam lectionem tueri velit, neque ad congruentiam ſermonis, neque ad mentem auctoris?

v. 29. *Iccirco terris non omnibus omnia ſigna.*] Duobus argumentis diſputationem ſuam munit: ἐκ τῆς πόῤῥωθεν ſcilicet, καὶ ἐκ τῆς ἐγγύθεν: quorum alterum ἐν ὑπομονῇ verſatur, alterum ἐν κοινῇ ἐννοίᾳ καὶ αἰσθήσει. Nam omnia pondera deorſum vergere, & eo dato terram σφαιροειδῆ probare, primum ἐκ τῆς κατὰ μέσον φορᾶς, deinde ὅτι πᾶν σῶμα ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄρτημα νεύει, ea vere eſt ἡ πόῤῥωθεν ὑπόμνησις. Longe enim quanquam ex conceſſis petitum argumentum. At ex mari, item ex ſtellis, vt in Canopi exemplo, quod adfert, & eiuſmodi ſimilibus idem probare, id τῆς ἐγγύθεν eſt. Senſu enim percipimus. Sic ἐκ τῆς ἐγγύθεν terræ rotunditatem colligit Plinius: quem vide lib. II. cap. LXX. vt Ptolemæum in primo magni operis, vt alios taceam.

v. 30. *nuſquam inuenies fulgere Canopum.*] Canopus eſt fulgida ſtella in malo auſtrino nauis Argus. Ita omnes veteres, præter Hyginum, qui τὸ ἔσχατον τοῦ πηδαλίου Canopum vocatum ſcribit. Et idem ſcribit Capella ab Hygino mutuatus. Alio nomine ab adulatoribus aulæ Ægyptiacæ hæc ſtella dicta fuit Ptolemæus. Canopus igitur ὁ λαμπρότατος ἐν τῷ νοτίῳ τῆς Ἀργοῦς πηδαλίῳ nō videtur niſi Rhodo in Auſtrum pergentibus. Canopum Gadibus & Cnidi videri, quia in eadem inclinatione ſunt, teſtis Strabo. Et quidem Cnidij diu oſtendebant turrē, ſeu ſpeculam, ex qua Eudoxus eorū popularis Canopū ſpeculari ſolebat. Ab eo eam turtim magna veneratione obſeruabant, & σκοπὴν Εὐδόξου vocabant.

v. 32. *Sed*

v,32. *Sed quærent Helicen.*] Falſum. Hodie Alexandriæ Canopus extat ſupra orizontem plane conſpicuus, item tota Vrſa maior, ſiue Helice cum principio Virginis. Itaque Sole in quinto gradu Piſcium ſubtus Orizontem Alexandrinum demerſo, tota Helice, & Canopus e regione, in ortiuo finitore veſpere conſpicui ſunt. Hoc tantum debebat dicere Manilius, Canopum in Ægypto apparere, qui in Græcia numquam videtur, & argumentum tritiſſimum eſt. Sæculo Manilij Sole circiter in xxiii parte Aquarij occidente, ambo Helice & Canopus ἀκρόνυχοι toti ſupra finitorem extabant.

Pag.8. v.2. *Te teſtem dat, Luna, ſui.*] Et hoc vnum ex vulgatiſſimis argumentis τῶν ἐγγύθεν: deliquia Lunaria ab iis prius videri, qui propius a Sole oriente abſunt. Vnde terræ rotunda forma colligitur, cuius κυρτώματα officiunt, ne eclipſim videant eodem tempore, qui remotiores ſunt occidentem verſus.

v.8. *Seraque in extremis.*] Lunæ delinquenti crepitu æreorum vaſorum ſuccurri ſolitum ſi pluribus probare velim, & lectorum iudiciis diffidam, & meo otio abutar. Pleni ſunt libri veterum hiſtoricorum, & Poetarum. Plinius: *Deliquio Solis & Lunæ veneficia arguente mortalitate; & ob id crepitu diſſono auxiliante.* Turcæ & Muhammedani omnes idem faciunt hodie. Sed miratus ſum Bonincontrium hoc factum vidiſſe in municipio ſuo Miniatenſi.

v.9. *Simul icta per omnes.*] Icta, vel quia amiſit lucem, vnde & Arabibus eclipſis انكساف & Iudæis dicitur לקי id eſt percuſſio: vel quia dicebatur vapulare veneficis mulieribus. Martialis:

Quum ſecta magico Luna vapulat Rhombo.

Nam & Martiali ſecta eſt, quod hic icta. Sane percuſſam Lunam dicit Lucanus, quum deficit:

Terrarum ſubita percuſſa expalluit vmbra.

v.9. *per omnes Deficeret.*] Exemplum. Defectus Lunæ, qui accidit pugna ad Gaugamela, viſus hora ſecunda noctis Babylone, Sole occidente in Calabria. Itaque Toleti non potuit videri. Ita per omnes gentes non poteſt deficere Luna, vt loquitur Manilius. id eſt, per omnes gentes defectus idem non videtur. Cauſſa, tumor terræ, vt argumentatur.

v.11. *Sed quia per teretem.*] Non eſt quidem abſoluti orbis,

ſi campos, montes, ac valles ſpectes. ſed eius amplexu ſi capita lineatum comprehendas in ambitu, tunc plane σφαιροειδὲς χῆμα efficitur. Terra enim non eſt σφαῖρα, ſed σφαιροειδής. Nam σφαῖρα vbique ὁμαλή. At σφαιροειδὲς habet εἰσοχὰς καὶ ἐξοχάς. Scio aliud σφαιροειδὲς eſſe apud Archimeden.

v.17. *Hanc circum variæ.*] περίοικοι.

v.20. *Sub pedibuſque iacet.*] ἀντίχθονες, ἀντίποδες.

v.23. *Hinc vbi ad occaſum.*] Sane legendum *ab occaſu*. Quis dubitat Solem ἐκ δυσμῶν intelligi? Nam Sol in occaſu conſtitutus reſpicit ortus noſtros: & ab occaſu noſtro oritur aliis. Quod ſi ortus adiectiue accipiatur, quid abſurdius poterit dici, quam Solem ortum aſpicere ad ortus noſtros?

v.23. *Hinc vbi.*] Gemblacenſis *Hanc.* male.

v.25. *Et cum luce refert operum vadimonia terris.*] Sic eodem modo Plinius dixit *vadimonia tempeſtatum*, τὴν ἐμπροσθεσμίαν τῶν χειμώνων τοὺς ἐμπροσθεσμίους χειμῶνας.

v.26. *ſomnoſque in membra locamus.*] Negamus Latine dictum, ſomnos in membra locare: ſed, membra ſomno & in ſomnos locare. Gemblacenſis, *ſomnos in membra locamus.* Nos legimus, *ſomno ſic membra locamus.* Non admittemus hanc κακοζηλίαν, vt dictum ſit, *ſomnos in* pro *in ſomnos*. Puerile & nugatorium.

v.27. *Pontus vtroſque ſuis.*] Creberrimum Arato & huic ſcriptori, Oceanum & vndam ἀντὶ τοῦ ὁρίζοντος καὶ τῆς ἀφάτης vſurpare.

v.27. *diſtinguit & alligat.*] Diſtinguit nos orizon noſter ab illis, qui vltra orizontem noſtrum incolunt. alligat idem nempe occaſus noſtros cum illorum ortibus.

Pag.9.v.1. *Alter vt alterius.*] Poteſt legi: *Alterum vt alterius.* Eleganter autem τὸ *faciatque feratque* expreſſit τὸ ποιητικὸν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ ποιητικὸν, τὴν πρώτην αἰτίαν. τὸ πάσχον, τὸ διοικούμενον.

v.5. *Quæ media obliquum.*] Auctore Gemblacenſi corrige: *Quæ media obliquo præcingunt ordine mundum.*

v.8. *Omnia quæ poſſis cælo variare ſereno.*] Melius Gemblacenſis, *cælo numerare ſereno.* Ita reponendum.

v.10. *Vt ſit idem Mundi primum.*] Zodiacum Mundi arcem vocat, quod ex eo ortus & interitus præcipuæ cauſæ defluunt, & quod, vt ipſe ait, ex eo ratio fatorum ducitur omnis. Ab eo igitur merito orditur, vt primum ſit loco, & ordine, quod Mundi

continet arcem. Sic auctor Alcabicij a Nitak, hoc eſt a Circulo Zodiaco, ab eadem cauſſa orſus eſt.

Pag 9. v. 12. *Reſpicit admirans aduerſum.*] Lege *auerſum.* Neque enim Taurus eſt aduerſus Arieti, cum clunes eius ſint oppoſitæ Arieti. Alioqui contradiceret ſibi, qui dicat Taurum ſummiſſo vultu vocantem Geminos. Reſpicit igitur Geminos. Proinde auerſus eſt Arieti. Stupidum eſſe oportet, qui aliter cenſeat, & præterea ignarum ἀϛροθεσίας. Semper aduerſum pro auerſo poſitum in his libris perperam, vbi de Tauro agitur.

v. 13. *Summiſſo vultu.*] ἐκ τῆς ἀϛροθεσίας deſumptum eſt. Eſt enim ingeniculatus, & tanquam bos humi procumbens. vnde & interpres Ptolemæi κυρτὸν vocat, Lucanus curuatum.

——— niſi poplite laſſo
Vltima curuati procederet vngula Tauri.

Quare ideo πεπτηὼς Arato dicitur: & alibi a Manilio flexus, item nixus. Eſt autem, vt diximus, auerſus Arieti, aduerſus Geminis.

v. 16. *Attrahit ardenti.*] Libra Scorpium dicitur attrahere ideo, quod Scorpij Dodecatemorion in Libra finitur, atque abſoluitur. Nam eius Chelæ partem Libræ occupant. Vnde Chelarum nomine etiam Libra intelligitur tam apud hunc noſtrum, quam alios ſcriptores. Et Græci notant τὰς χηλὰς ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ζυγὸν καλεῖσθαι.

v. 17. *Contentum dirigit arcum.*] Gemblacenſis, *contento dirigit arcu.* quod ſine dubio verum eſt. Dirigere Manilius ponit abſolute, vt Tertullianus ſemper: eſtque quod Homerus dicit τιτύσκεσθαι. ἀντιτιτυσκόμενος, contra dirigens. Sic in Apoteleſmatis:

Cancer in aduerſum Capricorni dirigit aſtrum.

v. 18. *miſſurus iamque ſagittam*] Decurtata locutio, *iamque* pro, *iamiamque.*

v. 19. *Tum venit anguſto.*] Et hic quoque ἐκ τῆς ἀϛροθεσίας anguſtum Capricornum dicit, quod contractior ἐν χειρογραφίᾳ pingeretur. Infra:

Aſt anguſta fouet Capricorni ſidera Veſta. Item:
Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in aſtris.

vel quia a centro oculi ad Capricornum linea ducta humillima eſt omnium, quæ ab oculo ad Signiferum ducuntur. Aratus de Capricorno: ——— αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νειόθι μᾶλλον
κέκλιται αἰγόκερως, ἵνα ἐς τρέπετ' ἠελίοιο.

f Qui

Qui legunt *Auguſto*, valde eos fugit ratio. Nam quid eſt Capricornus Auguſto ſidere flexus? De Auguſto ſub Capricorno nato alibi dicetur. Idem accidit loco Iuuenalis Satira x, vt *Auguſta* pro *anguſta* legeretur. — *Auguſta Caprearum in rupe ſedentis.* Nam ita habent boni codices. Et tamen eo iure poſſunt Capreæ dici Auguſtæ, quo Capricornus Auguſtus. Neutrum tamen ad mentem auctoris ſui.

v. 20. *Poſt hunc inflexam diffundit.*] Lege *defundit*. Diffundere eſt infundibulo in vas inuergere. Defundere eſt vas deplere. Sic Diffuſores olearij dicebantur, qui in vaſa olearia oleum infundebant: erantque auctorati in municipiis, vt in his regionib. diffuſores vinarij, & ceruiſiarij. In veteri inſcriptione: EQ. R. DIFFVS. OLEARIO. EX. BAETICA. Id eſt, Equiti Romano, Diffuſori oleario.

v.21. *Piſcibus aſſuetas auide.*] Nam alter ex gemellis piſcibus cognomine νότιος deglutit aquam ex vrna Aquarij defluentem. In prima Inſtitutione: — *& effuſo gaudentes æquore Piſces.*

v.26. *In diuerſa ſitu.*] Scribe *ſita*. Et ita Gemblacenſis. Exprimit Aratea:

ἔμπαλιν εἰς ὤμοις τετραμμένοι. ———

v.28. *Libratumque regit.*] Axis non regit orbem, ſed gerit. Ita repone. Germanicus de Axe: *Librataſque tenet terras.* ———

v. 30. *Æthereoſque rotat curſus immotus*]. Ex Arateis, quæ Manilius reddidit, apparet diſtinguendum:

Æthereoſque rotat curſus. immotus at ille, &c. Nam hoc vult: Ipſe rotat, at non rotatur. αὐτὰρ ὅγ' οὐδ' ὀλίγον μετανίσεται.

v.32. *directus conſpicit.*] Qui mediocriter Latine ſcit, videt verbum, quod Grammatica abſolutum vocat, hic ſubſtituendum ἀντὶ τοῦ *conſpicit*. Et tirunculo paret *conſtitit* legendum. ἄρηρεν. Reddit enim Aratea, vt ſolet. ——— ἀλλὰ μάλ' αὔτως

Ἄξων αἰὲν ἄρηρεν. ——— Ideo Auienus eadem vertens eodem verbo, quo Manilius vſus:

——— *vt ſemel hærens Conſtitit.* ——— Ecquod genus loquendi eſt? Axis conſpicit, directus per medium orbem. Quid quod neceſſarium eſt verbum *conſtitit*. Immotum enim vult deſignare. Aliter nugaretur.

v.33. *Nec vero e ſolido ſtat robore corporis eius.*] Legendum *robur*. Error natus, quia *robor* veteres librarij ſcribebant. Nec

vero

vero, inquit, robur eius corporis conſtat e ſolido. Non affingenda eſt ei robuſta materia, quia mundum ſuſtineat. neque pars eſt terræ, quod terram gerat, vt videtur velle fabula Græcorum de columna Atlantis: ſed tenuiſſimam Vniuerſi partem λόγῳ tantum διαιρετὴν ponendum eſſe. Nam in medio corporis, quod circulari motu agitatur, manet aliquid, circa quod mouetur. Mundus autem circa Axem mouetur. Igitur Axis eſt pars Mundi, non vtique ex ſolida materia. neque graue pondus habebit ideo, quod ferat onus ætheris alti. Eſt enim ἀσώματος γραμμή. Propterea tenuem, hoc eſt ἀσώματον vocat Manilius: tametſi alia ratione vocetur σῶμα, & hic corpus illi attribuatur per relationem ſcilicet καὶ πρὸς πρός τι.

v. 33. *corporis eius.*] Gemblacenſis *corporis ei.* Etiam Lucretius primam τῦ *ei* producit. Nihil tamen mutandum cenſeam. Nam in tam inquinato exemplari prudenter agendum, niſi ridiculi eſſe volumus.

Pag. 10. v. 5. *vt verti non poßit in ipſum.*] More ſuo dixit *in ipſum* pro in ſe ipſum. Vſque adeo, inquit, eſt tenuis Axis, vt ipſe circa ſe ipſum moueri non poſſit, quomodo Mundus circa ipſum mouetur. Quod ſi aliquis dicit circa ſuum centrum moueri, impoſſibilia dicit. Nam quum centrum ſit ὅρος ἀσώματος, non poterit manere interea, dum illa, quorum eſt ὅρος, mouentur. Non enim per ſe ſubſiſtit centrum. Igitur ſi non manet centrum, neque per ſe mouebitur. Videndum tamen, an præſtaret legi, *id ipſum.* Quod ſane verius eſt. Adeo tenue, vt id ipſum quidem non vertatur, circa eum autem omnia vertantur. Vera eſt lectio illa.

v. 6. *Nec iam inclinari.*] Per inclinationem intelligit duas κατ' εὐθεῖαν κινήσεις, τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω. Nam κλίσις conſtat ex vtraque. Quod addit — *nec ſe conuertere:* intelligit τὴν πέριξ.

v. 6. *nec ſe conuertere in orbem.*] Iam explicauimus. Etenim & in vniuerſum ſiquid moueri oportet ſecundum locum, neceſſe manere aliquod corpus, a quo, aut circa quod moueri debet. Hæc præclare Philoſophus & in libris de Cælo, & ἐν τοῖς περὶ κινήσεως ζώων.

v. 8. *Ipſe videt circa.*] Aratus — περὶ δ' ἄμφω αὐτὸν ἀγνεῖ.

v. 11. *decircinat arcton.*] Lege *arcum.* Aratus iiſdem verbis, ſed de minore: Μειοτέρη γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι. hoc eſt:

Arcum nanque minor decircinat Vrſa minorem.

v.14. *Anguſto Cynoſura breuis.*] Aratus: ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μέν. — Theo: τῷ φωτὶ ὀλίγη ἐστίν. ἀμυδροτέρα γάρ.

v.15. *ſed indice vincit Maiorem Tyrio* —] Aratus: — ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων. Propterea φοινίκη dicta fuit. Auctores Hyginus, & Scholiaſtes Germanici. Alij dicunt Thaletem Phœnicem fuiſſe, & primum Phœnicibus popularibus ſuis Cynoſuram indicaſſe, vt etiam Callimachus teſtatur in Choliambis,

ἔπλευσεν εἰς Μίλητον. ἦν γὰρ ἡ νίκη
Θάλητος, ὅς τ' ἄλλα δέξιος γνώμην.
καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
τοὺς ἀστερίσκους, οἷς πλέουσι φοίνικες.

Atque vt hoc non ignotum doctis, ita illud pauciſſimis, Vrſam Ἀγάνναν vocatam. Heſychius: ἀγάννα, ἡ ἐν οὐρανῷ ἄρκτος.

v.18. *vtraque caudam.*] Rotunde vertit Aratea:

αἳ δή τοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
ἀλλήλων. αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται
ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι.——— Et in veteri Sphæra:
——— ἀμφὶ μὲν πόλον
ἄρκτους διπλᾶς περὶ νῶτα νεύσας τόποις
ἀντιστρόφους οὐρανίων ἀλλήλαιν φορεῖς
Σκολιαῖσιν εἴργει μὴ πελάζειν δράκων.

v. 20. *amplexus vtrunque*] Aut *vtrinque* aut *vtranque* legendum.

v.22. *Ne coeant.*] Verba ex veteri Sphæra, quæ modo protulimus. εἴργει μὴ πελάζειν δράκων.

v.26. *Hinc vicina Poli.*] Legendum *Polis*. Nam aliæ ſtellæ vtrique polo, aliæ Zodiaco vicinæ. Zodiacum autem vocat Cæli flammas, quod per eum Sol feratur.

v.27. *Quæ quia diſsimilis.*] Ab aere ſtellas temperari vult: quaſi ab aere vires accipiant, & non potius aerem inficiant ipſæ. Simile quid Ptolemæus de Luna, cui humectandi vim ideo tribuit, quod terræ vaporibus vicinior ſit. Nimirum perſpicue hoc vult, Lunæ humiditatem & frigiditatem a terra eſſe. Idem tinnit eius ſententia, quæ concludit Saturnum minus humectare, quod a terræ vaporibus remotiſſimus ſit. Ergo ſupra Lunam omnia, etiam Luna ipſa, erunt corruptioni obnoxia, ſiquidem vera prædicat. Cardanus ſententiam interpretatione lenire conatur: Lunam

Lunam non infici vaporibus, ſed ab ea vapores trahi. Quod longe alieniſſimum ab hypotheſi Ptolemæi: qui diſerte ſcribit Lunam perinde humectare, quod terræ vaporibus vicina ſit, vt calefacere, quia & radiis Solis afficitur. Si afficitur a terra, quomodo terram afficiet, vt vult Cardanus? Qui Ptolemæum hic defendunt, fruſtra ſunt. Quemadmodum igitur Ptolemæus vim humiditatis Lunaris τῇ προσγειότητι, & ſiccitatis Saturniæ τῇ ἀπογειότητι attribuit, ita etiam Manilius noſter ab eadem Philoſophia vires ſtellarum cenſet non ex ipſis, ſed ex vicinitate aut interuallo.

v.18. *Frugiferum ſub ſe reddunt.*] Ex Arato de Zodiaco ad verbum pene.

——— καὶ οἱ περὶ τοῦτον ἰόντι
Κύκλον ἀέξονται πᾶσαι ἐπικάρπιοι ὧραι.

Propterea Zodiacus Lucano dicitur — *varij mutator circulus anni.* Peripatetici ad mentem Arati & Manilij: ἡ τῶν ἄστρων καὶ καθόλου τῶν οὐρανίων περιφορὰ τῆς τῶν ἔνδον ἁπάντων σωμάτων διοικήσεως ἐστιν αἰτία. ἡ γὰρ ποιὰ κίνησις αὐτῶν τροπὰς ποιεῖ τοῖς τῇδε καὶ μεταβολάς, ἐξ ὧν χειμῶνος καὶ θέρους, καὶ ἡ τῶν ἄλλων καιρῶν ὕπαρξις, ἐξ ὧν γενέσεις καρπῶν, καὶ φυτῶν, ἀφ' ὧν τρέφεται τὰ ζῷα καὶ γίνεται τὴν ὕλην ἐξ αὐτῶν χορηγούμενα. Sed non dicunt hæc omnia accidere ab aere, aut interuallis, vt Manilius, ſed ἀπὸ τῆς ποιᾶς αὐτῶν κινήσεως.

v.30. *Nixa venit ſpecies.*] Aratus dicit non habere nomen.

——— τὸ μὲν οὔτις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
οὐδ' ὅτιῳ κρέμαται κεῖνος πόνῳ. ———

Sed Hygenus dicit vocatum Cetea, Κητέα. alij Herculem. Vide Hygenum & Feſtum Auienum. Apud Aratum legimus ὅτιῳ non ᾧτινι.

v.32. *Quod ſimilis iunctis.*] Cuinam eſt ſimilis? De hoc ſilentium: neque mirum. Corruptus enim locus. Legebamus *Cui ſimilis.* *Cui* Bootæ ſcilicet. Βοώτης eſt bubulcus. Arctophylax, inquit, dicitur & βοώτης ſiue bubulcus. Quare? quod bubulco aut bootæ ſimilis inſtat iunctis iuuencis. Sed & Gemblacenſis habet *Quod ſimilis.* Poteſt etiam eſſe ſolens error in illo exemplari *Quod*, pro *Quoi.* vt alibi non ſemel aperiemus. Igitur *Quoi ſimilis iunctis inſtat de more iuuencis*, exprimit Aratea:

ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
Ἀρκτοφύλαξ τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην. id eſt:

Poſt Helicem inſtanti ſimilis de more iuuencis
Artophylax ſequitur. quidam dixere bubulcum. Ouidius:
Artophylax formam terga ſequentis habet.

Quoi ſimilis.] Nimirum τῷ βοώτῃ. id eſt τῷ βουλατοῦντι inſtanti iuuencis. Cæſar Germanicus:

Inde Helicen ſequitur ſenior, baculoque minatur,
Siue ille Arctophylax Bacchio munere cæſus
Icarus ereptam penſauit munere vitam.

Ita enim olim deprauatiſſimos illos verſus corrigebamus. Quod Aratus ἐλάοντι ἐοικὼς, & Manilius *inſtat de more iuuencis*, ipſe verbo Agricolarum dixit *baculo minatur.* Nam minari boues eſt, quod Græcis ὁμοκλεῖν, & Tibullo increpare:

Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boues.

& Ouidius illas ὁμοκλὰς bubulcorũ minas vocat primo de Ponto:

Addiſcam Getici quæ norunt verba iuuenci,
Aſſuetas illis adiiciamque minas.

Inde minari ἀντὶ τοῦ βουλατεῖν. Tamen minare inferior vetuſtas dixit, non minari. quo verbo Apuleius, Hieronymus in Bibliis Latinis, & alij æquales illorum temporum vſurparunt. Idiotiſmus Italicus, Hiſpanicus, Gallicus retinet hactenus. Baculo minari quum dicit, intelligit Pedum paſtorale, quod in Aſteriſmis dicitur κολόρροβος, id eſt καλαύροψ. Adiicit Germanicus Arctophylacem a nonnullis Icarum vocari. Propterea Septemtriones Icarios boues vocat Propertius:

Flectant Icarij ſidera tarda boues.

Malim vero legere ex Gemblacenſi.

Quod ſtimulo iunctis inſtat de more iuuencis.

Sunt enim ad verbum ex Arato:

ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται ἄρκτου.

Manilius:

A tergo nitet Arctophylax, idemque bootes,
Quod ſtimulo iunctis inſtat de more iuuencis.

Nam booten, id eſt bubulcum eapropter dictum ſcribit, quod ſtimulo inſtet bubus. Ergo *Quod* ex Arati οὕνεκα.

v. 33. *Arcturumque rapit medio ſub pectore ſecum.*] Medio ſub pectore, Arato ὑπὸ ζώνῃ ex Eudoxo. Geminus: ἀνὰ μέσον τῶν σκελῶν τοῦ ἀρκτοφύ-

ἀρκτοφύλαξ. item in Aſteriſmis: *ὁ μεταξὺ τῶν μηρῶν ὁ καλούμενος* Ἀρκτοῦρος ὑπόκιῤῥος. Vitruuius: *Ab eo non longe conformata eſt Virgo, cuius ſupra humerum dextrum lucidiſsima ſtella nititur, quam noſtri prouindemiatorem, Græci* προτρυγητὴν *vocitant. candens autem magis ſpecies eius eſt. Colorata item alia contra eſt ſtella media genuorum cuſtodis Arcti, qui Arcturus dicitur.* Ita enim ille locus diſtinguendus Vitruuij, in quo ſtella colorata dicitur, quæ in Aſteriſmis ὑπόκιῤῥος. Totus locus hodie mendoſiſſime legitur, ne ab interprete quidem doctiſſimo intellectus. Hipparch. Booten collocat in Zona vt Eudoxus, & Aratus.

Pag. 11. v. 1 *Claro volat orbe corona.*] *Volat* Manilio eſt, quod Arato δεδίνηται, ἄγεται, στρέφεται, εἱλεῖται, ἑλίσσεται, & ſimilia. Mala vero fide dixit Parte alia. Nam corona ſita eſt inter Arctophylacem, & τῷ ἐν γόνασι. Male etiam A tergo nitet Arctophylax. corona enim interiecta eſt. Sed ex opinione vulgi dicit.

v. 2. *nam ſtella vincitur vna.*] Nimirum omnium ſeptem reliquarum maxima, vnica ſecūdæ magnitudinis. Frontis meminit, quia & puellam ipſam κατηστερίσθαι vult, vt patet ex Sphæra barbarica.

v. 3. *Circulus in medio.*] Perturbata ſententia huius loci ita ex Gemblacenſi reſtituitur:

——— nam ſtella vincitur vna
Circulus, in media radians quæ proxima fronte,
Candidaque ardenti diſtinguit lumina flamma,
Gnoſsia deſerta & fulgent monimenta puellæ.

v. 3. *in media radians quæ.*] ἐλλειπισμός. ὅστις λαμπρότατος κατὰ τὸ μέτωπον. Supplendum enim ἐστί.

v. 5. *Gnoſsia deſerta fulgent*] Gemblacenſis: *Gnoſsia deſerta & fulgent.* ſine qua fultura corruebat contextus totius ſententiæ.

v. 6. *At Lyra deductis.*] Inepte. Lege *diductis.* vt dicuntur diducta brachia, quomodo illa cornua brachia dicuntur Hygino, pectines Scholiaſtæ Germanici, quum tamen alias pecten ſit πῆχυς. Qui ſcit quæ figura fuerit veteris Lyræ, nunquam poterit dubitare recte a nobis *diductis* correctum fuiſſe. Sic in eadem notione infra de Cycno: *Nunc quoque diductas volitat ſtellatus in alas.* Vbi par error. Nam notio verbi deducere in illo verſiculo —*tenuis deducitur Axis*, non poteſt hic locum habere. Ibi enim deducitur, eſt διάγεται, a polo ad polum traiicitur. Itaque nihil eſt diſſimilius. Sunt pueriles σκιαμαχίαι.

v. 13.

v. 13. *Serpentem magnis.*] Quis tam cæcus, vt non videat hic non ſolum perturbatum ſenſum eſſe ob menda codicum, ſed etiam traiectionem vnius verſiculi factam eſſe? Apponemus locum integrum, quomodo legendum cenſemus, imo quomodo ratio poſtulat legi.

Serpentem magnis Ophiuchus nomine ſignis
Diuidit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, & nodos ſinuataque terga per orbes
Expedit, effuſis per laxa volumina palmis.
Reſpicit ille tamen molli ceruice reflexus.
Semper erit paribus bellum, quia viribus æquant.

Quibus verſibus quis meliores ſuper hac re aut facere, aut exigere velit? Valde alienum a Muſis eſſe oportet, qui hanc venuſtatem non capit. At quæ abſurditas in vulgata lectione erat? Ex ipſa ergo ſchedographia pulchre Serpentarium nobis propoſuit.

v. 14. *Diuidit.*] Quia vtraque manu anguem tenet, vt ex vno duos efficere videatur.

v. 14. *& toto mergentem corpore corpus Explicat.*] Nam pingitur Serpentarius expediens ſpiras & volumina Serpentis. Mallem *& torto.* In Gemblacenſi hoc verſu inducto alius ſuperſcriptus erat:

——— *atque etiam toto ingens corpore corpus Explicat.* ———

v. 15. *vt nodos.*] Et ſententia poſtulat legi *& nodos*, & Gemblacenſis ita habet. Totus autem locus adumbratus ex illo 11 Æneidos: *Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.*

v. 16. *Et dedit.*] Ex hoc monſtro lectionis veram eruimus *Expedit.* Nam, vt diximus, pingitur ἐν σχεδιογραφίᾳ expediens volumina Serpentis. vtraque enim manus onerata pingitur ſerpente. Aratus: ἀμφότεροι δ' ὄφιος πεπονέαται. Traiiciendus autem fuit ante illum: *Reſpicit*, &c. Nam eſt concluſio totius σχεδιογραφίας. *Diuidit, Explicat, Expedit* pro eodem ponit.

v. 17. *Reſpicit ille tamen.*] Eleganter. Flexa enim ceruice ad caput Ophiuchi ſinum anguis obuertit; vt quidem vult Manilius. Nam aliter habet σχεδιογραφία. Aratus:

——— ἀτὰρ οἱ ὄφις γε δύο τρίβεται μετὰ χερσὶν
δεξιτερῇ ὀλίγος, σκαιῇ γε μὲν ὑψόθι πολλός.

Alte enim erigitur ſupra ſiniſtram manum.

v. 23. *Nunc quoque deductas.*] Par vitium ſuperiori, Nam & hic

quoque

quoque *diductas* legendum. volanti enim & alas diducenti ſimilis. Aratus de Aquila:

αὐτὰρ ὅγ' ἐλθόντι ποτὶ ὄρνιθι ἐοικώς.

Quis mediocriter Latine docto perſuaſerit, deducere alas eſſe explicare alas? Quod autem diductis alis pingatur in ἀφροδισίᾳ, teſtes Aſteriſmi.

v.25. *Tum magni Iouis.*] Mœro Poetria Byzantina dicit de Aquila, quæ alibi temere non reperias:

Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας. οὐδ' ἄρα τίς νιν
ἠείδει μακάρων. ὁ δ' ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι.
τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ
ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.
νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
γαμφηλῇ φορέεσκε ποτὸν Διὶ μητιόεντι.
τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρυόπα Ζεὺς
ἀθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσεν.
ὡς δ' αὔτως τρήρωσι πελειάσιν ὤπασε τιμὴν,
αἳ δή τοι θέρεος καὶ χείματος ἄγγελοί εἰσι.

v.26. *Aſſueto volitans.*] Maniliana locutio, *Aſſueto*, magis aſſueto. In prima Inſtitutione: *Quo mirer*: quo magis mirer. Fortaſſe propius aſſueto. Aratus de Sagitta:

——— ὁ δέ οἱ προτετάνυσται ὄρνις
ἀσσότερος βορέῳ. παρόθεν δέ οἱ ἄλλος ἄηται
οὐ τόσσος μεγέθει χαλεπὸς γέμων ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν
νυκτὸς ἀπερχομένης, καί μιν καλέουσιν ἀητόν.

Male in omnibus codicibus Arateis αἰέτης pro ἀητόν.

v.26 *geſtet ceu fulmina.*] Gemblacenſis: *geſtet cui.*

v.32. *Et finitur in Andromeda.*] Equus eſt ἡμιτελὴς καὶ ἡμίτομος. Aratus:

οὐδ' ὅγε τετράπος ἐστίν. ἀπ' ὀμφαλίοιο γὰρ ἄκρου
μεσσόθεν ἡμιτελὴς περιτέλλεται ἱερὸς ἵππος.

Stella vero communis contingit Andromedam, diſcernens eius caput ab Equi interciſione, quia dimidiatus eſt, vt diximus, non integer. In Sphæra veteri:

ἵππῳ ζωάνθεσ' Ἀνδρομέδα τῇ κρατὶ ἔχει
τὸν αὐτὸν ἵππου γαστρὶ κοινὸν ἀστέρα.

Hyginus de Equo: *In vmbilico nouiſſimam vnam, quæ Andromedæ caput vocatur.* Vitruuius: *Lucidiſſima ſtella finit ventrē Equi, & caput Andromedæ.* Vocatur in aſteriſmis ὁ κοινὸς ἵππου καὶ Ἀνδρομέδας ἀστήρ.

v. 32. *quam Perſeus armis Eripit.*] Valde falluntur, qui putant hic de Andromeda a Perſeo liberata intelligi. Imperiti aſpicientes ad illam fabulam locum corruperunt. At periti Latinitatis ſciunt, Perſeus, Orpheus, Theſeus apud poetas illius ſæculi ne apud poſteriores quidem eruditiores triſyllabum eſſe poſſe. In quibuſdam vidimus, ſed corrupte, vt in Culice. Præterea, vt diximus, non hic de fabula, ſed de aſtrotheſia Andromedæ & Perſei ſermo eſt. Itaque ſine dubio legendum:

——— *quam Perſeos armus*
Excipit & ſociat ſibi. ———

Nam armus Perſei excipit pedes Andromedæ, & coniungit ſibi. Eudoxus: παρὰ δὲ τοὺς πόδας τῆς Ἀνδρομέδας ὁ Περσεὺς ἔχει τοὺς ὤμους, τὴν δεξιὰν χεῖρα πρὸς τῇ Κασσιεπείᾳ ἀποτείνων· τὸ δ' ἀριστερὸν γόνυ πρὸς τὰς Πλειάδας. Aratus μεταφράζων:

ἀμφότεροι δὲ πόδες γαμβροῦ ἐπισημαίνουσιν
Περσέος, οἵ ῥά οἱ αἰὲν ἐπωμάδιοι φορέονται.

Hoc frænabit eorum ſententias, qui huic noſtræ emendationi obluctantur.

v. 33. *Eripit.*] Correximus *Excipit.* Nam nugatorium eſt Andromedam eripi armis a Perſeo, quæ ſemper vincta in aſtris fingitur. Vt taceam aliam eſſe mentem poetæ aliud, quam liberationem Andromedæ, proponentis.

v. 33. *& ſociat ſibi.*] Quia Andromedæ pedes eius armi excipiunt. Tam ſociatam Perſeo, id eſt coniunctam vult, quam iniquo ſpatio diſiunctum Deltoton. Quid? Dicendum eſt Perſeum eam vindicare armis, & ſibi vxorem coniungere? Non, ſi ſapimus.

Pag. 12. v. 1. *quod terna lampade diſpar Conſpicitur.*] Gemblacenſis: ——— *quod tertla lampada.* — Omnino ſcribendum: *quoi tertia lampada.* Ita ſemper Gemblacenſis *Quod* pro *Quoi*. cui, inquit, tertia lampada eſt diſpar duabus reliquis. Non enim intelligit vnum latus eſſe inæquale duobus reliquis, vt ſit triangulum iſoſceles: ſed de tribus ſtellis, qui ſunt limites trigoni, vnam eſſe lucidiorem cæteris. Scholiaſtes Germanici: *Habet autem ſtellas tres, in ſingulis angulis ſingulas: e quibus vna eſt clarior.* Sunt pene ipſa verba Manilij. At Aratus eſſe Trigonum iſoſceles, cuius baſis minor reliquis duobus lateribus.

——— τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται,

Δήγωτον πλευρῇσιν ἰσαιομένοισιν ἐοικὸς
ἀμφοτέροις. ἡ δ' ἔτι τόση. ——

Quod elegantiſſime Germanicus:

Tres illi laterum ductus. æquata duorum
Sunt ſpacia. vnius breuior, ſed clarior ignis.

modo intelligamus ignem pro tota baſi intelligi, quum tamen nullus ſit ignis in lateribus, ſed in limitibus, qui nihil aliud ſunt, quam ſtellæ. Aliter Cicero:

Huic ſpatio ductum ſimili latus extat vtrunque.
At non tertia pars lateris. ——

Quod dixit *ſimili* pro æquali, excuſat priſca conſuetudo. Nam propoſitio quinta primi elementi Euclidis fuit antiquitus Theorema Thaletis ita conceptum: *παντὸς ἰσοσκελοῦς αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ὅμοιαί εἰσι.* vbi *ὁμοίας* dixit *ἴσας*, *ἀρχαϊκωτέρως*, vt Cicero ſimilem pro æquali. Sed illud excuſari non poteſt, quod tertiam partem laterum dixit pro tertio latere. Qui ſane non eſt Ciceronis, ſed librarij error. Legendum enim: *At non tertia par lateris.* Intelligit enim lineam. Auienus:

Eſt etiam, Graio quod ſemper nomine noſtri
Deltoton memorant. ſimile & latus iſtud vtrumque
Porrigitur. ſummum ſigno caput angulus arctat,
Et gemini ſuprema iugi vicinia mordet.
Tertia, quæ ſtantes ſuſtentat linea ductus,
Parcior haud ſimili ſeſe ſub limite tendit,
Et contracta modum gemina face flammigerarum
Stellarum ſuperat. ——

Hic quoque bis *ſimile* poſitum pro æquali. Sed imperite ſtantes ductus dixit pro cruribus trigoni. Quomodo ſtantes lineæ angulum conſtituere poſſunt? Si enim ſtantes, & parallelæ. Non eſt inſcitia, ſed *ἀκυρολογία*. Reliqua ſatis bene. Et tamen Auienus eſt optimus Arati non ſolum paraphraſtes, ſed etiam interpres.

v. 1. *quod terna lampada*] Emendauimus ex Gemblacenſi, *quoi tertia lampada.* Metaplaſmus eſt lampada, hebdomada, Narbona, Ancona, pro lampade, hebdomade, Narbone, Ancone. Abſque ope codicis deſperata erat ſalus huius loci.

v. 3. *Ex ſimili dictum.*] Cicero: —— *ſimili quia forma litera claret.*

v. 3. *Cepheuſque & Caßiepea.*] Magna labes, magnuſque hiatus poſt hunc verſum factus eſt, luxatis hinc viginti duobus verſiculis, quorum initium, *In pœnas ſignata ſuas.* — Quæ enim hæc continuabant, importune inter aſtra Notia tam abſurdo ſenſu, quam alieno loco, collocata erant. Ita igitur continuabis: — *Cepheuſque & Caßiepea In pœnas ſignata ſuas.* — Non igitur mirum, ſi aliquando in hoc auctore vnus verſiculus in tertium locum tranſmotus eſt, quod non raro accidit, quum tot verſus, & quidem de re, de qua nemo dubitare poteſt, tam longe diſtracti erant. Non dubito, quin eo nomine a Zelotypis crimine audaciæ arceſſamur, qui ſæpe mirantur, nos in manifeſta ſententia vnum verſiculum a tertio loco, in antiquam ſedem ſæpe traduxiſſe.

v. 3. *Caßiopea.*] Scribe *Caßiepea*, vt Græci, & codex Gemblacenſis, qui nunquam aliter habet.

v. 4. *In pœnas ſignata ſuas.*] Ob ἀστροθεσίαν. quia tale eius χειρολογέγραμμα, ἐσχημάτισται γὰρ στερνοκοπουμένη. Aſtronomi enim eam imaginantur panſis brachiis ſeſe miſerantem. Aratus:

—— ἡ δ' αὕτως ὀλίγων ἀποτείνεται ὤμων
ὀργυιήν. φαίης κεν ἀνιάζειν ἐπὶ παιδί.

Vel potius ob ἀμυδρότητα, vt tanquam atrata lugere videatur. Nam, inquit Aratus, plenilunio obſcuratur: quod minimas ſtellas habeat ſimiles capitulo clauis intrantis in foramen feræ, ſeu obicis, aut, vt Germanicus vocat, cloſtri. Hoc enim plane eſt, quod ait:

οἵῃ δὲ κληῖδι θύρην ἔνδοθ' ἀραρυῖαν
διπλίδ' ἐπιπλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆες. Germanicus.

Qualis ferratos ſubicit clauicula dentes
Subcutit, & foribus producit vincula cloſtri.

Qui locus ita legendus eſt:

Qualis ferratos vbicis clauicula dente
Subcutit, & foribus reducit vincula cloſtri.

Vbicis antique pro *obices*. *Reducit* & id quoque ἀρχαϊκῶς prima producta; vt apud Lucretium, & alios. Interpres Arati Theo in illum locum ait claues antiquorum non extrinſecus aperire ſolitas, vt poſtea factum; ſed intrinſecus. quod verum eſt. Sed falſum, quod adiicit, Laconum claues intrinſecus aperire ſolitas. quem redarguit ille in Moſtellaria Plauti, qui ante fores poſitus

clauem

clauem Laconicam ſibi dari optat, qui eas aperire poſſit.

v. 6. *Expoſitam ponto deflet.*] φαίνει καὶ ἀνιάζεσθαι πυδί. Aratus. & Manilius ſequenti libro.

Perſea, & Andromedæ pœnas, matremque dolentem.

v.7. *Ne veterem.*] Gemblac. *In veterem.* Legendum *Ni veterem.* Alioqui, quam idoneam huius loci ſententiam comminiſcar, non video. Poteſt fieri vt fallar.

v. 9. *ſpoliumque ſibi teſtemque videnti.*] Spolium, τὸ γοργόνειον. *Subſtineat* dixit pro oſtentet, opponat. Sic infra:

——— *nec plura alias incendia Mundus Subſtinuit.* — id eſt, oſtendit. Veteres dicebant obſtinere. Vide Feſtum. Liuius eodem modo, quo Manilius. *Male ſuſtinenti arma ſuperne gladium iugulo defigit.* lib. 1. *ſuſtinenti*, προβαλλομένῳ.

v.9. *ſpoliumque ſibi.*] τὸ *ſibi* ἑλληνίζει. Nam vt Græci οἱ pro αὐτῷ, ſic Manilius ſibi, pro ipſi. Et Virgilius:

Nanque ſuam antiqua patria cinis ater habebat.

Suam, τὴν αὐτῆς. Quanuis Græci ita loquuntur, tamen ἰδιωτισμὸς potius, quam ἑλληνισμὸς in ſcriptoribus Latinis dici poſſit. Loquitur ita & Seneca, & alij. Igitur *ſibi*, id eſt, ipſi Ceto. Sic in Sphæra barbarica: *ſuum* id eſt *ſuorum* pro florum ipſius.

v.9. *Teſtemque videnti.*] id eſt Perſea præſentem. Nam vt ſuperſtes pro præſente & teſte vſurpatur apud veteres, ita Manilius teſtem pro præſente accipit. Neque locus eſt mendoſus, vt perperam aliquando putauimus.

v.10. *Tum vitina ferens flexo.*] Supra monuimus Taurum ἐκ τῆς ἀστροθεσίας flexum dici. Ita enim pingitur. Gemblacenſis habebat *nexo* pro *flexo*. Nimirum legendú *nixo*. quod ſane reſpondet τῷ ὀκλάζοντι. ὀκλάζει enim. eſt autem deſumptum hoc ex Arato:

πὰρ ποσὶ δ' ἡνιόχου κεραὸν πεπτηότα ταῦρον Μαίεσθαι. —

v.14. *Claudentes ſidere pontum.*] *Ex die tertio Iduum Nouembris, vſq. in diem ſextum Iduum Martiarum maria clauduntur.* Vegetius.

v.15. *Nubibus & mundi.*] Lege *Nobilis.* Ita etiam Gemblac. In veteri Sphæra:

λαιῷ δ' ἐν ὤμῳ Ζηνὸς αἲξ ἔστι τροφός,
ἣν αὐτὸς ἄστροις ἐγκαθίδρυσεν καλοῖς,
θρόνων κρατήσας οὐρανοῦ σκηπτουχίας.

v. 20. *Pleiades, Hyadeſque feri pars vtraque Tauri.*] Nam Hyades τὸ μέτωπον efficiunt, Pleiades circumcæſuram, qua

finitur Taurus. Eſt enim, vt & Equus, ἡμίτομος.

v.21. *Hæc ſunt Aquilonia ſigna. Aſpice nunc infra Solis.*] Ex Arato:

> καὶ τὰ μὲν οὖν βορέω καὶ ἀλήτου ἠελίοιο
> μεσσηγὺς κέχυται. τὰ δ' νειόθι τέλλεται ἄλλα
> πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.

v.22. *Aſpice nunc infra Solis.*] καὶ τὰ μὲν οὖν βορέω καὶ ἀλήτεος ἠελίοιο Μεσσηγὺς κέχυται.

v.24. *Quæque intra gelidum.*] τὰ δ' νειόθι τέλλεται ἄλλα πολλὰ μεταξὺ νότοιο, καὶ ἠελίοιο κελεύθου.

v.24. *Quæque intra gelidum.*] Gelidus Capricornus non magis eſt, quam Cancer calidus. Sed ἰδιωτικῶς dixit, & ex vſu vulgi: quod Sole id ſignum obtinente tunc nobis bruma conficitur. Sic alibi:

> *Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in aſtris.*

v.25. *Imo ſubnixum.*] Locus deprauatiſſimus, qui ex codice Gemblacenſi ita legendus:

> *Quæque intra gelidum Capricorni ſidus, & axe*
> *Imo ſubnixum vertuntur ſidera Mundum.*

Nos tantum *axe* pro axem emendauimus. Abſoluta τῶν βορείων deſcriptione pergit ad Notia ſigna, quorum nomine profitetur ſe intelligere illa tantum, quæ citra tropicum Capricorni, & orbem nobis incognitum ſita ſunt.

v.*. *Altera pars orbis.*] Profeſſus eſt ſe ſcripturum non de iis ſignis, quæ a nobis nunquam videntur, ſed de illis tantum, quæ vocantur Notia, quæ in Auſtrum ſubmota quidem ſunt, ſed tamen in conſpectum noſtrum veniunt. Ea enim ſola ſunt, quæ νοτίων nomine Græci appellant, ſicut altera, quæ expoſuit, dicuntur βόρεια. At in his decem verſibus loquitur de iis terræ tractibus, ad quos nemo vnquam noſtrum penetrauit, & in quibus non pauciora ſigna oriri coniicit, quam in noſtris. Hoc enim volunt illa:

> *Nec minor eſt illis mundus, nec lumine peior.*

An non ſatis iſtis declarat ſe de ignotis ſtellis agere? Itaque tam conſtat alieno loco poſitos hos decem verſus, quam importune illis diſiungi principium Notiorum ſignorum: quod ita inſtitutum fuerat a Manilio:

> *Aſpice nunc infra Solis ſurgentia curſus*
> *Quæ ſuper exuſtas labuntur ſidera terras,*

Quaque intra gelidum Capricorni ſidus, & axe
Imo ſubnixum vertuntur ſidera Mundum.
Cernere vicinum Geminis licet Oriona.

Nemo hunc ſitum horum verſuum eſſe negabit, niſi, quod quotidie experior, quibus dolet aliquid a nobis repertum, quod præter expectationem illorum ſit. Sed quo pertineant illi verſus, infra indicabitur: qui quidem tam neceſſarij ſunt ibi, quam huic loco alieni.

v. 26. *Cernere vicinum.*] Eſt principium Auſtralium ſignorum. Sphæram enim, quod & Ptolemæus, & ante eum Hipparchus fecerat, in tria diuidit: in Zodiacum, in partem Aquilonarem, & in Auſtrinam. Progreditur ſecundum longitudinem, ac latitudinem. Longitudo eſt ab Oriente, ad Occidentem. Latitudo ab ecliptica ad Aquilonem, & ab eadem, ad Auſtrum. Sub Zodiaco ſunt XII Signa, & ſeptem errones. Sub Septentrione Aquilonia ſigna, quæ iam explicata ſunt. Sub Auſtro, quæ iam explicabuntur, vno nomine Notia dicta, vt illa altera Borea; quæ iam exegit.

v. 26. *Cernere vicinum.*] Tractaturus de ſignis Auſtralibus recte ab Orione incipit. In ſignis enim Aquiloniis ab Vrſa initium fecit, a qua, ad Orionem recta linea eſt. Eſt ergo Orion e regione Vrſæ. Homerus:

ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' ὠρίωνα δοκεύει. Manilius:
Arctos, & Orion aduerſis fontibus ibant.

Et Aratus ſtatim incipit ab Orione. Manilius autem Arati procemium Notiorum ſignorum pene ad verbum vertit.

v. 27. *In magnam Cæli.*] Nam vtrunque hemiſphærium obſidens ſecundum longitudinem obtinet partes XVII: ſecundum latitudinem partes XXX. Propterea in Sphæra barbarica dixit

——— *Orion magni pars maxima Cæli.*

v. 31. *excelſo immenſus Olympo.*] Immenſus, vt quod citauimus modo ex Sphæra barbarica, quod ſit magni pars maxima Cæli. niſi (quod non dubito) *immerſus* legendum ſit: quod caput eius longe ſubductum ſit. De Orione Græcus quidam innominatus: ὠρίων ἐστὶ τὸ λεγόμενον παρ' ἰδιώταις ἀλεκτροπόδιον. πρώτως δ' ἀνατέλλει κατὰ τὴν κϛ τοῦ ἰουνίου. Hodie emergit ſupra finitorem Græcanicum dimidiatus medio Iunio Iuliano.

v.31. *Per tria ſubducto.*] Poterat legi: *Per tria ſubductos ſignatur lumina vultus*: & melius, meo iudicio. Habet enim claras in capite ſtellas tres, & quidem vnam reliquis duabus clariorem, vt vult Hyginus ex veteribus aſteriſmis, ex quibus hæc quoque hauſit Manilius. Sed Ptolemæus νεφελοειδῆ tantum collocat in capite. Valde enim Ptolemæi aſteriſmi ab antiquis differunt.

v. 31. *ſubductos vultus.*] χειρογραφίαι referunt formas cæleſtes ad nos conuerſas. Neque aliter Hipparchus cenſet. ἅπαντα τὰ ἄστρα ἐσχημάτισται πρὸς τὴν ἡμετέραν θεωρίαν, καὶ ὡς ἂν πρὸς ἡμᾶς ἐστραμμένα, εἰ μή τι αὐτῶν κατάγραφόν ἐστι. Item infra: τὰ γὰρ ἄστρα πάντα εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ κόσμου μέρος ἐπεστραμμένα, ὡς ἔφην, ἀστροθετεῖται ὑπὸ πάντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ Ἀράτου. Sed Theo dicit earum dorſa nobis, anteriora autem cælo obuerſa eſſe. ἐμπέπηγε γὰρ ἐπ' ὄψιν τῷ οὐρανῷ τὰ ζῴδια καὶ τὰ νῶτα αὐτῶν ἡμεῖς ὁρῶμεν. ἡμεῖς δὲ τὸ ἀνάπαλιν τὰ νῶτα πρὸς τὴν σφαῖραν γράφομεν. οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ σφαίρᾳ οὕτως ὥσπερ ἐν οὐρανῷ χαφῆναι. οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ ἑωρῶμεν.

Pag. 13. v. 1. *Hoc duce.*] Ab hoc enim principium Auſtralium ſignorum. quod ſupra tetigimus.

v 4. *Nec grauius cedit nec horrens frigore ſurgit.*] Gemblacenſis: ——— *nec horrida frigore ſæuit.* Sed male. Nam omnino *horrens* non horrida legendum. Poſt hunc verſiculum cætera pars Auſtralium ſignorum parti Septentrionali importune cohæſerat poſt Caſſiepeam: & præter illum tranſpoſitum, accidit quoque, vt duo verſiculi locum inter ſe commutarint.

Nec grauius cedit, nec horrens frigore ſurgit.
Sic in vtrumque mouet mundum, & contraria reddit.
Nec vacuum Solis fulgentem deſerit orbem.

v.4. *nec horrens.*] Ita liber Gemblacenſis. vulgo, *non horrens*. Ergo aſpiratio eſt pro conſonante.

v. 5. *Sic in vtrunque mouet mundum.*] Quod ſententia poſtulante recte hic verſiculus huc traiectus ſit, non ſolum doctos, ſed etiam mediocriter Latine intelligentes iudices fero, ne credamus illi ſciolo, qui aliter cenſebat, & ſemper videtur occaſionem captare a nobis diſſentiendi. Quam ridiculus eſt & ille, & qnibus dolet nos ſupra illos aliquid ſapere. Igitur Canicula in contraria mouet mundum, quod exorientem maximi calores, occidentem pruinæ gelidæ ac frugibus metuendæ excipiunt. Auctor Columella libro vndecimo: item Sophocles Nauplio: ἄστρων στρο-

φάς τε

φάς τι καὶ κωῦδε ψυχρὰν δύσιν. Quæ omnia diſerte explicat Plinius libro decimoſeptimo: *Rudis fuit priſcorum vita, atque ſine literis. non minus tamen ingenioſam fuiſſe in illis obſeruationem apparebit, quam nunc eſſe rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant. propter quod inſtituerunt ferias, dieſque feſtos, Robigalia, Floralia, Vinalia. Robigalia Numa inſtituit anno regni ſui vndecimo: quæ nunc aguntur a. d. ſeptimum Kalend. Mai: quoniam tum fere ſegetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat Sole Tauri partem decimam obtinente, ſicut tunc ferebat ratio. Sed vera cauſa eſt, quod poſt dies vndeviginti ab æquinoctio verno per id quatriduum varia gentium obſeruatione in IV Kal. Mai Canis occidit, ſidus & per ſe vehemens, & cui præcedere Caniculam neceſſe ſit.* Paulo poſt. *Hanc diem Varro determinat Sole Tauri quartamdecimam obtinente. Ergo ſi in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges, & omnia quæ florebant, lædi neceſſe eſt.* Plene Manilium enarrat Plinius.

v. 6. *Nec vacuum Solis.*] Hoc eſt, ſine Sole Canicula nunquam oritur eo tempore. Aratus: — *Κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα.* Quod antea iſte verſus a nemine intelligeretur, tam conſtat nobis, quam ineptiſſime illi Cenſori viſum non debere loco ſuo ſollicitari. Mens Manilij ad verbum: Subſequitur Canicula, qua nullum aſtrum grauius eſt, ſiue occidat, ſiue oriatur. Sic diuerſe afficit mundum, frigore occidens, & calore oriens. Neque vnquam ſine ſole oritur, aut occidit. Qui hæc bene cohærere negauerit, nos eum ſua ſine riuali amare ſinemus. Si ego non indicaſſem tranſpoſitionem hanc, neque grauis ille Cenſor, neque doctior vllus odoratus fuiſſet hæc de Canicula dici. & mirum eſt me non vapulaſſe, quod luxationem illam Auſtralium ſignorum loco ſuo repoſuerim. A nobis diſcunt, quæ ſine nobis ignoraturi erant, & tamen ita volunt diſſimulare ſe nobis illa debere, vt nos ea vltro docere velint.

v. 6. *Nec vacuum Solis.*] Cum Sole caniculam oriri perperam vulgo perſuaſum arguit Geminus: *τὸ δὲ λεγόμενον ὑπὸ τῶν πλείστων, ὅτι περὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀνατέλλει σὺν τῷ ἡλίῳ, παντελῶς ἐστιν ἰδιωτικόν. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ἡλίου διέστηκεν ὁ ἀστήρ.* Vide reliqua.

v. 7. *Hanc qui ſurgentem.*] Ait obſeruari ortum Caniculæ a Cilicibus, & incolis Tauri: vt ex eo quantus frugum prouentus futurus ſit, augurentur: item & quæ valetudo, & alia id genus. Quod & omnino tangit Germanicus de ipſa Canicula loquens,

vt videa-

vt videatur conſulto Manilium noſtrum interpretari:

——— nullo gaudet maiuſve minuſve
Agricola, & ſidus primo ſpeculatur ab ortu.
Sic in vtrunque oritur, ſic occidit in freta ſidus.

Et hoc eſt, quod ſcribit Plinius: non minorem ei aſtro venerationem eſſe, quam deſcriptis in Deos ſtellis. Igitur Germanicus ſcribit nullo minus aut magis ſidere gaudere agricolam, quod in vtrunque vehemens ſit, occaſu & ortu. Quemadmodum Manilius dixit, *Sic in vtrunque mouet mundum*: ſic eodem epiphonemate vſus eſt Germanicus. *Sic in vtrunque oritur, ſic occidit in freta ſidus.* Paria facit cum Manilio, ſed non cum Cenſore noſtro, quem plurimi facerem viuere, vt pudorem a ferreo ore exprimeremus.

v.8. *Montis ab excelſo.*] In gratiam Arati dictum, qui Cilix fuit. Itaque quum Cilices aſtrorum obſeruatores inducit, fauet Arato Cilici. Sic Auienus:

Quæ rurſum ingenio numeriſque Solenſibus idem
Iuppiter efferri melius dedit, incola Tauri
Muſa vt Cecropios raperetur, & Aonas agros.

Incolam Tauri Muſam Arateam nominat. Sic idem Auienus Cariam clauem dixit fauens memoriæ Eudoxi Cnidij. Nam Cnidus Cariæ accenſebatur. Loquitur autem de Caſſiepea:

——— vix qualem Caria quondam
Nouerat intrantem per clauſtra tenacia clauim.

Nam hæc de Caſſiepea quamuis ab Arato acceperit, non Eudoxo, tamen meminerat Aratum ab Eudoxo accepiſſe ex libro, cui titulum auctor fecerat ἔνοπτρον. Nam φαινόμενα Arati nihil aliud ſunt, quam aut φαινόμενα, aut ἔνοπτρον Eudoxi: quod & docuit nos Hipparchus. Itaque quum Aratea verteret Auienus, tamen omnia pene attribuit Eudoxo: vt quum ait: — *Sic aſtrum dici Cnidium dedit.* — quæ diligenter notanda ſunt.

v.8. *vertice Tauri.*] Quod fauens Arato Manilius Cilicibus attribuit, hoc Cicero de Ceis prodit primo de Diuinatione: *Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis ſolere ſeruare, coniecturamque capere, vt ſcribit Ponticus Heraclides, an peſtilens annus futurus ſit, &c.* Quæ omnia ad mentem Manilij.

v. 13. *varieque reuertens Sic mouet.*] In vtranque partem ortu & occaſu ſuo vehemens ſidus eſſe, iam dictum a nobis. Nam &

eius ortu, ——— οὐκέτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα
φυταλιαὶ ψεύσονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι.

Et occaſum quoque tremendum ait Aratus: Κεῖνος καὶ τελλόντος ἀκούομεν. Arati interpres Theo & M. Tullius aliter Aratum interpretantur, ac Manilius; qui pene ad verbum Aratea reddidit: & in verbis Arati non Κεῖνον, ſed Κενὸν manifeſto videtur legiſſe: quia nondum Græca apicibus & accentibus notata erant, vt ſunt hodie. Ita enim legit:

——— Καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι
Σείριον, οὐκέτι κενὸν ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα.
φυταλιαὶ ψεύσονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι.

hoc eſt, ——— *quem dicunt Sirion omnes,*
Qui ſurgens Solis vacuum non deſerit orbem:
Et ſpem mentitur male adultis frondibus arbos.

At M. Tullius Κενὸν quoque legit, ſed vulgata diſtinctione,

——— οὐκέτι κενὸν ἅμ' ἠελίῳ τελλόντα
φυταλιαὶ ψεύσονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι.
——— *haud patitur foliorum tegmine fruſtra*
Suſpenſos animos arbuſta ornata tenere.

V. 13. *Curſuſque micantis In radios vix Sole minor.* —] Vix, inquit Soli ipſi claritate cedat, niſi quod remotiores quaſdam ſtellas habet. hoc eſt enim τὸ, *niſi quod procul hærens*. Remotius enim Καταβεβηκὼς ait: vt ſupra eodem modo de Orione:

Non quod clara minus, ſed quod magis alta recedant.

Obſcuritatem aſſignat interuallo. quod ἰδιωτικωτέρως, quam φυσικωτέρως dictum. Sed Poetis quædam concedenda, neque omnia ad vnguem exigenda. Hinc ergo intelligimus, quare dixerit Aratus: τυκτὸς, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος. ——— Quod & ipſum haud ſcio an bene aſſecutus ſit Theo. Sed mirum quomodo M. Tullius ſequentia reddiderit. Aratus:

——— ἀλλὰ κατ' αὐτὴν Γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται. ———

Cicero: *Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper.*

Sane κυάνεος περιτέλλεται illi viſum eſſe, ἀκρόνυχος ἄχρι τῆς γαστέρος ἐπιτέλλει. quia τὸ κυάνεον nocti & veſperi poetæ attribuant. Quod non leuiter miramur. De Caniculæ ortu quæ erudite diſputat Geminus, digna ſunt, quæ a lectore conſulantur. Ibi enim diſerte concluditur, non Caniculam eſſe æſtuum cauſſam, ſed ſignum & argumentum, quo vtuntur homines, nempe tunc ca-

lores vehementes cieri, quum illud ſidus cum Sole oritur, non autem propterea quod cum Sole oritur.

ibid. *micantis in radios.*] Aiunt cerni meridie in ſpeculo, aqua in pelui radiis Solis oppoſita. Multos Ruſticos nouimus, qui meridie ſine ſpeculo viderunt. Eſt autem ſtellarum fulgentiſſima, in ore canis, ſeu maxilla poſita: quæ proprie σείριος dicitur.

v. 15. *Frigida cæruleo*] Mutuatur ab Arato, qui κυάνεον, cæruleum locum ſtellis vacantem vocat.

——— ἀλλ' ὁ πάντα πεφασμένος, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν
γαστέρα κυάνεος. —

hoc eſt ἄναστρος. quod male reddidiſſe M. Ciceronem iam indicauimus. Recte autem Auienus. Inde τοὺς ἀμυδροὺς ἀστέρας *frigida lumina* vocat, quod exiguis flammis prædita ſint: vt alibi per frigidum lumen Solis Solem occidentem intelligit. Sed Manilium fugit ratio, qui in vultu τοὺς ἀμυδροὺς conſtituit, quos Aratus in ventre. Neque enim Canis ἄναστρον os poteſt habere, aut vultum ἀμυδρὸν, in cuius roſtro, ſiue maxilla, illa fulgentiſſima eſt.

v. 20. *Emeritum magnis Mundum tenet acta procellis.*] Gemblacenſis non *procellis*, ſed *periclis*. Mundum autem more ſuo, id eſt Cælum. neque aliter poteſt intelligi. Sic Vitruuius libro IX, cap. VII: *de mundi circa terram peruolitantia.*

v. 23. *Et Phœbo ſacer Ales, & magno gratus Iaccho.*] Reponendum ex fide codicis Gemblacenſis: *Et Phœbo ſacer Ales, & vna gratus Iaccho.*

v. 26. *Ipſius hinc mundo.*] Lege: *Ipſius hinc Mundi.* Aliter apud Grammaticos de ſolœciſmo cauſſa dicenda eſſet. *Mundi* more ſuo, id eſt Cæli. Quis dubitat illam aram dici Aram Cæli? Auienus: ——— *ſpectabilis exit Ara poli.* — Quid verbis opus eſt? Nil intra eſt oleam, nil extra eſt innuce duri, ſi quibuſdam credîmus.

v. 27. *Ara.*] Sic vertunt θυτήριον, vel potius βωμὸν, vt vetus Sphæra:

ὑπ' αὐτὸ κέντρον σκορπίου βωμὸς τέως.

quidam Turibulum, vt Germanicus, & Auſonius: quia quibuſdam λιβανωτὶς dicitur, & θυμιατήριον. Interpres Germanici Pharon, id eſt φρυκτώριον. Eius ſuperficies, in qua prunæ collocantur, dicitur ἐσχάρα. Baſis altaris τὸ ἐπίπεδον. Supra ἐσχάραν eſt

ζωμίσκος

βωμίσκος, id eſt altar, locus ipſe prunarum. Altar apud Prudentium legitur, & Gloſſæ adteſtantur. Templum vocat, quod vota apud Aram ſoluerunt Dij. Nam aliter putare eſt Latine neſcire.

Ibid. *vaſtos quum Terra Gigantes.*] Theo: Ἐρατοσθένης δέ φησι τοῦτο τὸ θυτήριον εἶναι, ἐφ' ᾧ τὸ πρῶτον οἱ θεοὶ συνωμοσίαν ἐποιήσαντο, ὅτε ἐπὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν ὁ Ζεύς, Κυκλώπων κατασκευασάντων. ἔχει δὲ τὸ πυρὸς κάλυμμα, ὅπως μὴ ἴδωσι τοῦ κεραυνοῦ δύναμιν. ἐπιτυχόντες δὲ τῆς πράξεως ἔθηκαν εἰς οὐρανὸν τὸ αὐτοῦ κατασκεύασμα. ὃ καὶ εἰς τὰ συμπόσια φέρουσιν οἱ κοινωνεῖν βουλόμενοι, ἢ αὐτοὺς αἱρούμενοι ἐν τοῖς ἀγῶσι. Καὶ τοῖς ὀμνύειν βουλομένοις δίδοται, ὡς δικαιοτάτην πίστιν τηρῶσι. καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται δικαιοῦντες εὐγνωμοσύνης μεταλύειν τὸ πῦρ. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ μάντεις τοῦτο ποιοῦσι. Similia Scholiaſtes Germanici. In his duos ritus obſeruamus. alter eſt, ὀμνύοντα τῷ βωμῷ ἐφάπτεσθαι: quod eſt in Romanorum ritu, Aram tangere. Alter, vas, quod ad firmanda fœdera in conuiuiis adhiberi ſolebat, is eſt Batillus Latinis. Helenius Acro: *Vatillum, deminutiuum a vaſe, eſt vas paruum, in quo pro felici hoſpitum aduentu incenſis odoribus Ioui hoſpitali ſacra fiebant.* quanquam χρηματικῶς, hoc eſt inepte, a vaſe ὑποκορίζεται. Gloſſaria tamen per V. Vatillum, πυρέμιον. In vetuſto Martylogio etiam Batulum memini legere.

v. 28. *tumidi quoque magnos.*] Et puero patet legendum — *tum Di quoque magnos.* Elegantiſſime: Dij inuocarunt Deos. Diis alij Dij opus fuerunt. Vota enim ſoluerunt ad ipſum Turibulum. Quibus autem votum ſoluitur niſi Diis?

v. 29. *Quæſiuere Deos.*] Inuocarunt. In fine huius libri— *& in ponto quæſitus rector Olympi.* inuocatus. Quæſo Deos apud Comicos. Lucretius:

Non Diuum pacem votis adit, & prece quæſit
Ventorum pauidus paces, animaſque ſecundas.

v. 32. *Montibus atque alios.*] Scribe *aliis.* Adſtipulatur Gemblacenſis.

Pag. 14. v. 1. *& rupta matre creatos.*] Gemblac. *coactos.* haud ſcio, an bene.

v. 3. *Hoſtiferum necdum.*] Vox *Hoſtiferum* non caret mendo. Gemblacenſis habet: *Nec dum hoſtiferum.* Hæc omnia nobis ſuſpecta. & profecto niſi me animus fallit, ſuſpicor Manilium ſcripſiſſe: *Nec dum peſtiferum.*

v. 6. *Quapropter.*] *Quam propter.* Sic etiam Gemblac. Puerilia

ſunt hæc.. Tamen monenda. Sed quam immani ſpatio diſiunctam Aram & Cetum in vnum coniungit? Itane, Manili, Cetum prope Aram collocas?

v.8. *Intentans morſu.*] *Intentans morſum.* Et Gemblacenſis.

v.11. *venti de nomine dictus.*] Piſcium, quod eſt vltimum Signum in Zodiaco, alter dicitur νότιος, ad differentiam ſui gemini, qui βόρειος appellatur. Sed & βόρειος proprio nomine χελιδονίας dictus. Nam in eius χελιδονοκεφαλία caput hirundininum ei affingunt Chaldæi. Sed ego puto ab eo, quod quum Sol eſt in extremo Piſce, hirundo incipit videri in Græcia, quæ veri præludit. Iſte vero Piſcis, quo de agitur, etiam νότιος, vt ille alter gemellus, vocatur. Sed ad diſtinctionem gemelli Notij cognominatur Solitarius. Hyginus: *Fuſio aquæ peruenit ad eum Piſcem, qui ſolitarius figuratur.* hoc eſt, ὁ μονάζων μορφούμενος, &, quod dixit Aratus, οἶος ἀπὸ προτέρων. — Dictus etiam fuit μέγας. Theo: οὗτος δ᾽ ὁ ἰχθύς ἐστιν, ὁ μέγας καλούμενος, ὃς κάτωθεν λέγεται ὕδωρ ἀπὸ τῆς τοῦ ὑδροχόου χύσεως. τούτου δ᾽ ἐκγόνους τοὺς δύο ἰχθῦς εἶναι λέγεται. Scholiaſtes Germanici: *Piſcis Magnus, cuius nepotes dicuntur Piſces.*

v.12. *cui cuncta feruntur.*] Legendum: *cui iuncta.* Notius enim Piſcis, quem alio nomine Piſcem Capricorni dicunt, flumen Aquarij deglutire dicitur, hoc eſt χύσιν ὕδατος, vt vocatur ab Arato. Alia eſt a fuſione aquæ ſtellarum fuſio apud Vitruuium libro IX. cap. VII: *Arieti & Piſcibus Cetus eſt ſubiectus: a cuius criſta ordinate vtriſque piſcibus diſpoſita eſt tenuis fuſio ſtellarum, quæ Græce vocatur ϵρμηδόνη.* Lege ἁρπεδόνη. Heſychius: ἁρπεδόνη, τῶν ἀμυδρῶν ἀστέρων χύσις. Eſt enim δεσμὸς ἰχθύων, vocatum aliter λίνον, Plinio commiſſura piſcium. Itaque caue ποταμὸν οἰείωνος, χύσιν ὕδατος, ζωόδεσμον ἰχθύων confundas. χύσις ὕδατος Aquarij intelligitur hoc verſiculo:

Flexa per ingentes ſtellarum flumina gyros.

gyros autem intelligit, quas συστροφὰς ὕδατος vocant Hipparchus & Ptolemæus.

v.14. *Alterius capiti coniungit Aquarius vndas*
Amnis, & in medium.] Legendum *Alterius capitis.* Nam hanc fuſionem aquæ vocat Amnem, cuius alterum caput iunctum eſt notio Piſci, alterum Aquario. At longe hinc eſt alter Amnis, Eridanus, vel potius ποταμὸς οἰείωνος. Aratus:

οὐ γὰρ κἀκεῖνο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται

λείψανον

λείψανον Ἠριδανοῖο πολυκλαύστου ποταμοῖο.

καὶ τὸ μὲν Ὠρίωνος ὑπὸ σκαιὸν πόδα τείνει.

In veteri Sphæra: ἴδοις δ' ἂν Ὠρίωνος ἐξ ἀριστερῶν ποταμόν.— Ἠριδανὸν autem & Ῥοδανὸν confundebant vetuſtiſſimi illi, vt Italiam & Galliam. Hanc κατάχεσιν inuenies apud Apollonium Rhodium. Quin etiam Ῥοδανὸν apud inferos collocat Homerus.

v. 15. *Amnis & in medium.*] Hoc verſu finitur luxatio illa ſiderum auſtralium. Hinc perge ad illum, *Has inter Soliſq; vias.*

v. 16. *Has inter.*] Lege *His inter*, vt etiam Gemblacenſis habet. Eſt concluſio auſtralium ſiderum.

v. 17. *Axem quem Mundi ſ. p. torquet.*] Scribe, vt olim emendauimus, & atteſtatur Gemblacenſis: *Axem quæ Mundi ſtridentem pondere torquent.*

v. *. *Vltima quæ mundo ſemper voluuntur.*] Hæc omnino pertinent ad polum antarcticum, vt infra ſuo loco declarabitur. Ante hunc verſum reponi debent decem verſus, quorum primus

Altera pars orbis ſub aquis iacet inuia nobis.

v. 20. *Altera pars orbis.*] Abſoluta parte Notiorum ſignorum, quæ nobis quidem conſpicua, a nobis autem remotiſſima ſunt, nunc agit de iis, quæ nunquam a nobis quidem videntur, ſed tamen eſſe exemplo noſtrorum cogimur credere. Nam polum ex aduerſa parte eſſe neceſſe eſt & ſimilem noſtri, vt ipſe ait, & ſimili ſpecie ſtellarum inſignitum. Sed longe diſſimillimos aſteriſmos illius Cæli his noſtris eſſe alibi declarabimus.

Ibid. *ſub aquis iacet.*] τὴν περάτην ſiue ὁρίζοντα ὠκεανὸν vocabant, vt alibi diximus. Quæ igitur ἐν τῇ περάτῃ, ea ſub Oceano, ſiue ſub vndis.

v. 21. *nec tranſita regna.*] Plus eſt, quam quod ſupra dixit *Orbe peregrino*, id eſt, qui peregrinus eſt, ſed tamen aditur. hic autem orbis, de quo agimus, inuius nobis, ἀπρόσμικτος καὶ ἀπρόσιτος.

v. 23. *Diuerſaſque vmbras.*] Sunt enim nobis ἀντίσκιοι. Nam extra Capricornum habitant. Nos, & illi, ambo quidem ſumus inter nos ἑτερόσκιοι. ſed illis dextri ortus, ſiniſtra vmbra: nobis ſiniſtri ortus, dextra vmbra. At qui ſunt inter vtrunque tropicum, illi ſunt ἀμφίσκιοι, vt quos imaginatur Lucanus:

Extremum vobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Quare mirantur apud nos vmbras non ire ſiniſtras, quum & dextræ

dextræ ſint illis aliquando, vt nobis? Admirationem facit inſolentia. Atqui hoc ſolens ipſis. Arabes enim vltimi habitant extra tropicum Cancri, & citra Æquinoctialem. *ἀμφίσκιοι* ergo ſunt. Quare mirantur in Europa, quod ipſis inſolens non eſt?

v. 26. *Nec numeroſa minus.*] Nec pauciora habent ſidera, a tropico Capricorni, ad polum antarcticum, quam nos a noſtro tropico, ad polum boreum. Sed quod ait, *nec lumine peior*, falſum experientia conuincit. Nullæ enim ſtellæ magnitudinis primæ vltra Tropicum Capricorni. omnes enim ſtellæ primæ magnitudinis veteribus notæ fuerunt.

v. 28. *ſidus noſtro quod contigit.*] Alludit ad præſentes honores diuinos, quos Romani viuo Auguſto habuerunt. Horatius:

Præſenti tibi maturos largimur honores.

Et nota eſt ara tam Lugdunenſis, quam Narbonenſis.

Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

& quidem quot menſibus res diuina fiebat: ——*quotannis*

Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.

v. 30. *Vltima quæ Mundo.*] Hæc mirum in modum antea perturbata erant. Nam coniungebantur cum anterioribus,

Quæ Notia antiqui dixerunt ſidera vates. Atqui nihil tale præferunt: imo de polo antarctico loquitur. Paulo antea dixerat, non pauciora numerant ſidera intra tropicum ac polum ſuum, quam nos intra tropicum noſtrum & polum boreum. quod quidem ἐκ τῶ ἀναλόγου argumentatur, comparatione ſcilicet inferiorum cum iſtis ſuperioribus. At vltimæ, inquit, partes mundi, id eſt polus antarcticus, referunt ſpeciem iſtius noſtri mundi. id eſt, eadem eſt analogia.

Ibid. *Vltima.*] Vltima id eſt vltimæ partes mundi, quæ circa polum conuertuntur.

v. 31. *Queis innexa manent cœli fulgentia templa.*] Repone ex Gemblacenſi, *fulgentia ſigna.* id eſt ſtellæ polares Antarcticæ, quæ innexæ manent, & immobiles ſunt, vt hæc noſtra polaris.

v. 32. *Nuſquam conſpectu.*] Gemblacenſis *Nunquam in conſpectu.* Si non eſt mendum, *ἀρχαϊκῶς* dictum in conſpectu, pro in conſpectum. Hæc futilia ſunt. Non dubito quin *conſpectum* ſcribendum ſit. ſic in ſequenti *ſpecie* pro *ſpeciem* ſcriptum erat. Et ita paſſim litera M finalis deerat in eodem exemplari.

v. 33. *Sublimem ſpeciem.*] Locus deprauatus. Optime Gemblacenſis:

blacenſis: *Sublimis ſpeciem mundi.* Quanquam corrupte *ſpecie* pro *ſpeciem* habebat. Illa infera referunt ſpeciem ſublimis huius noſtri hemiſphærij. Eadem eſt ratio. Sed experientia in illas partes nauigantium aliter docet. Nulli enim aſteriſmi ibi his noſtris ſimiles.

Ibid. *ſimileſque figuras Aſtrorum referunt & verſas frontibus Arctos.*] Quamuis, inquit, Arctos, quæ in altero polo ſunt, non videmus, tamen eas noſtratibus ſimiles eſſe ratio vincit, καὶ ἡ ἀναλογία. Nam vt ait Euripides Oenomao,

τεκμαιρόμεσθα τοῖς παροῦσι τἀφανῆ.

Quod tamen falſum eſt. Nam Septentriones nulli ſunt in altero polo, nulla maior Vrſa, nulla minor, nullus Draco. neque vllas alias ſtellas lucidas habet is polus, præter quatuor in quadrum æquilatus diſpoſitas; quæ vicem plauſtri noſtri eſſe poſſint. Earum vna eſt tertiæ magnitudinis: reliquæ tres ſecundæ. Id nos docuit ex iis, quæ in literas retulit, Americus Veſputius, vir immortali gloria dignus. Multos vidimus, & videmus fere quotidie, qui αὐτόπται rei fuerunt. Id vocant Crucem.

Pag. 15. v. 3. *quanuis fulgentia.*] Lege — *quia vis fulgentia.* Iamdudum ita correximus. Item *Hunc orbem.* quia, inquit, vis viſus id eſt ὄψις ex analogia eadem fingit. Id eſt, quia ἐκ τῶν ὁρατῶν τὰ ἀόρατα cenſemus. Exemplo colligimus id cælum, quod vertit ſidera, quæ in conſpectum noſtrum non veniunt, tam ſimili cardine fultum eſſe, quam vertice. Polum Antarcticum non videmus. ſed in abſoluto globo ratio in altera parte analoga colligit, quod in vna.

v. 5. *quæ vertice pingit*] Scribe, *quam vertice fingit.* Fingit, ὑποτίθησι. Dicit autem quod Strabo, ὅτι δ᾽ ἡ αἴσθησις λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι.

v. 8. *Tu modo corporeis.*] μορφώσεις ἄστρων Corpora vocat Hyginus: Geminus ζῴδια, etiam Lyram, Argo, Sagittam. Ariſtoteles ζώματα, vt Hyginus. Noli, inquit, corpora abſoluta in ſideribus quærere, quanuis corpora dicuntur. Non enim omnia deſignata ſunt: ſed πρὸς τὴν κατάληψιν quædam ſtellæ appoſitæ ſunt.

v. 10. *Deficiat nihil &*] Lege: *Deficiat nihil vt, vacuumque a lumine ceſſet.* Male Gemblacenſis. *Omnia vt æquali.* item *Deficiat nihil & vacuum qua lumine ceſſit.* Quæ qui interpretari velit, operam luſerit.

v.11. *Non poterit Mundus.*] More ſuo ſemper Mundum pro cælo. Idem argumentum in fine Sphæræ barbaricæ:

Ipſe ſuas Æther flammas ſufferre nequiret,
Totus & accenſo Mundus flagraret Olympo.

Ariſtoteles Meteoris: εἰ τά τε διαςήματα πλήρη πυρὸς ἦν, καὶ τὰ σώματα συνέςηκεν ἐκ πυρὸς, πάλαι φροῦδον ἦν ἕκαςον τῶν ἄλλων ςοιχείων. In vno conuenit illi cum Manilio, non credendum ſpatia omnia igne plena eſſe: in altero non item, corpora eſſe ignea.

v.15. *& ſtellis oſtendere ſidera certis.*] κατάληψις ἄςρων: quum ſcilicet a globo ſtellarum, aut alia quapiam aſtrotheſia notatur forma. Aratus:

τῶ καὶ ὁμηγερέας τῶν ἐείσατο ποιήσασθαι
ἀςέρας, ὄφρ' ἐπιτὰξ ἄλλῳ παρακείμενος ἄλλος
εἴδεα σημαίνοιεν, ἄφαρ δ' ὀνομαςὰ γένοντο
ἄςρα. ——— Omnia Manilium interpretantur. Ex his autem Manilianis intelligere licet, quid differat ſidus a ſtellis. Nam ſidus ſtellis conſtat, ſtellæ ſunt ſingularia corpora.

v.16. *Linea deſignat ſpecies.*] Linea tantum ab igne, ad ignem, id eſt a ſtella, ad ſtellam, deſignat ipſas ſpecies, ſiue μορφώσεις. Sed melius meo iudicio *Ignea ſpecies.* Id eſt, ignis tantum, non etiam interualla, quæ vacua ſunt. *Ignea ſpecies*, fulgor. Supra: *Cetera vincuntur ſpecie,* — id eſt fulgore. Vt, inquit, poſſis clara ſigna cognoſcere, ſatis eſt ad illorum κατάληψιν, vt ignea ſpecie quadam, & ſtellarum poſitu, non autem toto corpore ea cognoſcas.

v.18. *Creduntur.*] Proculdubio Manilius ſcripſit *Redduntur.*— Patet ſententia. Neque diſplicet, quod olim diuinabamus, *Cernuntur.* Nam vulgaris lectio ineptiſſima eſt.

v.19. *Præcipue medio.*] τῇ διχομήνιδι non abſconduntur: at τῇ πανσελήνῳ obſcurantur. Hoc eſt, quod dicit:

——— *cum Luna conditur omne*
Stellarum vulgus. ———

Sapphó: ἀςέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν
ἂψ ἀποκρύπτοισι φαεινὸν εἶδος,
ὁππόκα πλήθοισα μάλιςα λάμπῃ Γᾶν.—

v.20. *certa nitent mundo.*] Certa vocat τὰ καταληπτὰ, quæ ſunt primæ aut ſecundæ magnitudinis. Nam poſtea illis opponit eas, quas vulgus vocat, vt & in fine barbaricæ Sphæræ: id eſt, quæ ſunt ſine nomine, vel potius minori ſpecie.

Ibid.

Ibid. *cum Luna conditur.*] In Gemblacenſi, *cum Luna ceditur.* Sed perperam. Si placeret ineptire, & blandiri mendis codicum ſcriptorum, dicerem ſtellas cædi, quum obſcurantur: vt Luna dicitur ici, & percuti, quum deficit. Sed nobis non eſt tanti nugari, qui ſcimus, quid diſtent æra lupinis. Alij dixiſſent, certo ſcio.

v. 21. *fugiunt ſine nomine ſigna.*] Sine nomine dixit, vt Hipparchus ἀκατονομάστους ἀστέρας, quos Ptolemæus ἀμορφώτους, νωνύμους Aratus. Ptolemæus, Hipparchus, & ante eos Chryſippus numerum ſtellarum & rationem putarunt. Sed Hipparchus & Ptolemæus numero M. XXII. Chryſippus M. LVIII. eſſe dixit. Eius verba ſunt: τῶν μὲν οὖν ἀπλανῶν ἀστέρων ἀκατάληπτον εἶναι τὸ πλῆθος, τὰ δὲ πλανώμενα πολυπλάσια τῶν ἀπλανῶν. τετάχθαι δὲ τὰ μὲν ἅπαντα ἐπὶ μιᾶς ἐπιφανείας, ὡς καὶ ὁρᾶται, τὰ δὲ πλανώμενα ἐπ' ἄλλης καὶ ἄλλης φορᾶς. Plinius libro ſecundo, capite vno & quadrageſimo: *Patrocinatur vaſtitas cæli immenſa, diſcreta altitudine, in duo atque* LXX *ſigna* Legendum: *vaſtitas cæli, immenſa altitudine, diſcreta in duo de* L. *ſigna.* id eſt, in duodequaginta. Tot enim ſunt μορφώσεις ab Hipparcho, Eudoxo, & aliis deſignatæ.

v. 21. ——*fugiunt ſine nomine ſigna.*] Aratus:

πολλὰ μάλ' ἠερόεντα καὶ οὐκ ὀνομαστὰ φέρονται,

v. 22. *Plura licet vacuo tum cernere.*] Gemblacenſis *tum credere.* Non dubium eſt, quin legendum ſit, *cedere.* Sententia aperta. Pleniluniocedit omne vulgus, & vacuum cælum deſtituit. *Licet* autem ἀρχαϊκῶς Liquet.

v. 23. *Nec fallunt numero.*] Certus enim earum numerus a Chryſippo & Hipparcho collectus, vt iam diximus.

v. 24. *Et quod clara.*] *Et quo clara.* Ita etiam Gemblacenſis.

v. 26. *Certa ſed in proprias.*] Statas vices ſeruant, vt quotannis poſſis eas eodem ordine obſeruare. Ad verbum ex Arato:

ταῦτά κεν ἠελίοιο περιρχομένων ἐνιαυτῶν
ἑξείης πάντα φαείνει. τὰ γὰρ καὶ πάντα μάλ' αὔτως
οὐρανῷ εὖ ἐναργέες ἀγάλματα νυκτὸς ἰοῦσης.

v. 30. *nihil illis partibus.*] Melius Gemblacenſis *nihil vllis.*

v. 31. *Latius & leuius.*] Gembl. *Laxius & leuius.*

v. 33. *Ac mihi.*] Elegans Parecbaſis. Mundum Prouidentia, non Forte gubernari. Id probat ἐκ τῆς τῶν ἄστρων πρὸς τοὺς κύκλους ἀναλογίας: quod eorum conuerſionis λόγοι ſunt ἄπλετοι, καὶ ἀπαράλλακτοι. Quin & Ariſtoteles ipſe diſputat, nihil fortuitum eſſe in iis,

quæ ἀΐδια & æterna ſunt. Cælum autem æternum ponit ipſe. Ergo nihil fortuitum in Cælo. Porro, Fors ſiue Caſus neque vbique, neque in omnibus. At aſtrorum ad circulos proportio, & æquabilitas vbique, & in omnibus. Igitur aſtrorum ad circulos æquabilitas neque Forte, neque caſu. Rurſus: Quæ vbique & in omnibus,ea ſecundum naturam ſunt. Quæ ſecundum naturam, ea neque forte, neque temere. Si aſtrorum ad circulos proportio vbique, & in omnibus, non igitur temere aut forte. Quæ diſputatio nihil aliud loquitur, quam id, quod proponit Manilius. Hæc etiam eodem modo perſequitur Firmicus, & eadem argumenta,quibus nititur Manilius, ipſe quoque ad probabilitatem aſſumit.

Pag.16.v.2. *nec forte coiſſe magiſtra.*] Vt Epicurus voluit,apud quem crebra ſunt ταὐτόματον, & πάντα εἰκῆ, & εἰκαιότης. Quod Tertulliano vertitur *paßiuitas.* Nam εἰκῆ *paßim*, εἰκαῖος *paßiuus* apud eundem. Veteres Latini εἰκαῖα πρόβατα, Paſſales oues. Apud Sophoclẽ quidam inducebatur τὸ εἰκῆ πάντα γίνεσθαι ſciſcens.

πρόνοιά γ' ἐστὶν οὐδενός. τὰ πάντα γὰρ
εἰκῆ κρατεῖται. ζῆν δ' ὅπως δυνατόν τις.

quæ deprauatiſſima leguntur apud Theophilum.

v.3. *vt voluit credi,qui primus.*] Primus ſane hoc ſciuit Democritus, quem ſequutus Epicurus.

v.5. *Æquis & maria.*] *E quis.* Ex quibus atomis.

v.11. *Si ſors iſta dedit.*] Imperiti librarij ſemper Sors pro Fors ſcribebant: vt apud Horatium: *Seu ſors ſeu ratio.* Nam *Fors* ſcribendum erat. hoc eſt εἴτε ταὐτόματον, εἴτε πρόνοια. Alterum eſt Epicuri, alterum Chryſippi. At recte Gemblacenſis hic ſemper habet *Fors*, vbi vulgati *Sors.* Sed locus ita concipiendus:

Si Fors iſta dedit nobis, Fors ipſa gubernat:
At cur diſpoſitis vicibus, &c.

Argumenta iam ex Ariſtotele propoſuimus. Si temerario omnia: at quomodo iſta ordine? Atqui ordine. Ergo non temerario. Nam contraria omnino ſunt εἰκαιότης καὶ ἀναλογία. Ergo & contraria ταὐτόματον καὶ πρόνοια.

v.12. *At cur diſpoſitis vicib.*] Signa diſpoſitis vicibus redeuntia vno verbo Aratus παλίνορσα.

v.19. *Arctos & Orion aduerſis.*] Orion enim e directo vrſæ maioris. Homerus:

ἄρκτον

ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.
ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται, καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.

v.22. *Et toto ſemper decurrere Mundo.*]Nam vt ſupra notamus, Orion vtriuſque hemiſphærij magnas partes occupat.

v.23. *Temporaque obſcura noctis deprendere ſignis.*] Troicis temporibus, inquit, iam tum norant homines vigilias noctis ſignis cæleſtibus dependere: quod primus bello Troiano inſtituit Palamedes. Sane iam tum momina noctis ſignis notare ſolitos veteres, teſtis Euripides Iphigenia in Aulide:

τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

Ad quem locum alludit Manilius. Sed & quomodo ſignis horæ noctis notandæ ſint, aut dependendæ, docet Aratus:

οὔκεν ἀπέβλητον δεδοκημένῳ ἤματος εἴη
μοιράων ἀπλεῶς, ὅτ' ἀντέλλωσιν ἑκάστη.
αἰεὶ γὰρ τάων γε μιῇ συνανέρχεται αὐτὸς
ἠέλιος. ——— In eum locum Attalus vetus Arati interpres: ἐν δὲ τοῖς ἐχομένοις πειρᾶται ὑποδεικνύειν πῶς ἄν τις διὰ τῶν ἄστρων δύναιτο τὴν ὥραν τῆς νυκτὸς ἐπιγινώσκειν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀρχὴ νυκτὸς ἡλίου δύσις, ὁ δ' ἥλιος ἀεὶ ἔν τινι τῶν ιβ ζῳδίων ἐστίν, δῆλον, ὅτι τῷ γινώσκοντι ἐν τίνι τῶν ζῳδίων ὁ ἥλιός ἐστιν καὶ ἐν ποσῇ μοίρᾳ τοῦ ζῳδίου ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπιγνῶναι καὶ ποῖον ζῴδιον ἐν ἀρχῇ τῆς νυκτὸς ἀνατέλλει, καὶ ποία μοῖρα. τῇ γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κατεχομένῃ μοίρᾳ ἡ κατὰ διάμετρον κειμένη τὴν ἀνατολὴν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς ποιήσει. τοῦτο δὲ προϊστορηκὼς καὶ ἐπεγνωκώς, ὅτι ἐν πάσῃ νυκτὶ ἓξ ζῴδια πρὸς τῇ ἀνατολῇ ἀνίσχουσι, γνώσεται καὶ πόσον τῆς νυκτὸς παρεληλυθός ἐστι, καὶ πόσον τὸ λοιπόν, ἕως τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς. Hæc melius Attalus, quam Theo, qui mihi mentem auctoris ſui non bene aſſecutus videtur. Sed hunc errorem Arati & Attali caſtigat Hipparchus, homo φιλαληθέστατος. Eſt autem hic locus Arati & Attali huic Maniliano pernecesſarius.

v.23. *deprendere ſignis.*] Hoc Auſonius vocat dependere, σταθμήσασθαι.

v.28. *quantumque oblita refouit.*] Reſtituendum ex Gemblac.
Troianos cineres in quantum oblita refouit
Imperium? ———

v.33. *Nec ſe cognoſcunt terræ.*] Mirum, quod iam de quondam florentiſſimis vrbibus prodit Seruius Sulpitius, Megara, Co-

rintho,quas ſuo tempore proſtratas, & verius cadauera vrbium, quam vrbes fuiſſe. Habes elegans epigramma libro priore Catalectorum noſtrorum de Athenis:

Quiſquis Cecropias, hoſpes, miraris Athenas:
Quæ veteris famæ vix tibi ſigna dabunt:
Haſne Dei, dices, cælo petiere relicto?
Regia partitis hæc fuit vna Deis? &c.

Sane adeo a veteri ſplendore mutarāt, vt opus habuerint inſtauratore Adriano: quod notamus in lib. v. de Emend. Temp. hodieq. extant infimæ vetuſtatis Iambi in arce,quod ἄστυ vocabant:

αἵδ' εἴσ' Ἀθῆναι Θησέως πρῶτον πόλις.
ἥδ' Ἀδριανοῦ, κ' οὐδὲ Θησέως πόλις.

Sed quid miremur hæc eo tempore, quum Ouidius Pythagoram ita declamantem inducat?

Oedipodioniæ quid ſunt, niſi nomina, Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant, niſi nomen, Athenæ?

Sulla Athenas eo redegerat, vt cōparatione illarum veterum cadauer vrbis,non vrbs,viderentur:at aliarum comparatione etiam florentium,diuorū domus dici poſſent. Sed Ouidium non poſſum abſoluere,qui ex perſona Pythagoræ, quo tēpore florentiſſimæ erant,eas penitus corruiſſe dicat. Idem de Thebis dicas, quæ tempore quidē Ouidij nullæ erant iam ab Alexandro ſolo æquatæ;ſed quarū tamen nunquam maior ſplendor fuerit, quam ſæculo Pythagoræ. Ludit hoc argumēto in ſcholaſtico libro de Pallio Tertullianus:vbi de locis,quæ ſe amplius non cognoſcunt, vt loquitur Manilius: *Rurſus orbis alius idem: mutat & nunc localiter habitus, quum ſitus læditur: quum inter inſulas nulla iam Delos, harenæ Samos, vt Sibylla non mendax.* Ita legitur ille locus Tertulliani in priſcis editionibus Rhenani. Pamelius vir eruditus, & optime de Tertulliano meritus non bene interpolauit. Verba Sibyllæ, quæ habebat in animo & quidem trita & vulgata hæc ſunt:

καὶ Σάμος ἄμμος ἔσῃ καὶ Δῆλος ἄδηλος,
καὶ Ῥώμη ῥύμη.——— Locus ille Tertulliani eſt egregius, & huic Maniliano opportuniſſimus.

Pag.17.v.1. *Exutas variam.*] Lege *Exutas variant.* Vide Tertullianum eodem loco, & deinceps. Poteſt & legi.

Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis Exutas.— Item
Nec ſe cognoſcunt, terram vertentibus annis,

Exutas

Exutas variam faciem per ſecula gentes.

Sed prior lectio eſt vera.

v.4. *Nec motus puncto currit.*] Gemblacenſis: *Nec motus ponto curuat.* Quod eſt ineptum. Et tamen cuidam parum in lectione ſcriptorum codicum verſato daret occaſionem argutandi & editam lectionem immutandi.

v.5. *Idem ſemper erit.*] Non videtur Manilij. Tolerabilis tamen. Eſt vero argumentum a neceſſitate: Idem Mundus ſemper viſus eſt, idem Sol, eadem Luna. Quod quidem non eſſet, ſi temere regeretur, vt vult Epicurus.

v.13. *Nec cadere in terram.*] Poſt hunc verſiculum perge ad illos nouem, quorum primus:

Sed dimenſa ſuis conſumere tempora ſignis.

Perſequitur enim ἀποδείξεις ſuas, non poſſe fieri, vt caſui καὶ εἰκαιότητι aſſignetur illa æquabilis temporum diſpenſatio.

v.15. *Non opus eſt magni caſus.*] Quis negabit importune hæc ſuis ſedibus luxata, recte a nobis in hunc locum retracta? Magnum Caſum dixit, vt ſupra Fortem Magiſtram μιμητικῶς, ex Epicureorum ſcilicet perſona, qui decernunt Fortunam, ac caſum omnia regere: in quorum ore crebrum eſt, τύραννος τύχη, & Comicum illud: πάντων τύραννος ἡ Τύχη 'ſτὶ τῶν θεῶν.

Igitur poſtquam oſtendit certam ac immutabilem aſtrorum ac Mundi æquabilitatem, tandem id, quod volebat, concludit, nullum caſum Mundo aſſignandum, ſed Prouidentiam eſſe & cæleſtem Rationem, quæ ipſum gubernet. Vides, nihil verius eſſe, quam hos nouem verſus illis ſuperioribus attexendos eſſe.

v.15. *Non opus eſt magni caſus.*] Gemblacenſis codex habebat:

Non caſus opus eſt, magni ſed numinis ordo.

Vulgata lectio eſt ex mente Epicureorum, vt oſtendimus, quorum Deus erat ταὐτόματον. Hæc vero eſt Manilij, cui Deus ἡ πρόνοια. Et quidem magis placet, præſertim quum accedat codicis ſcripti auctoritas.

v.16. *Hac igitur texunt.*] Nonne hæc ſatis oſtendunt hos nouem verſus ita reponendos eſſe, vt a nobis poſiti ſunt? Quam alieni a mente Manilij erant, vbi vulgo legebantur?

v.16. *Hac igitur texunt.*] Ouidius in Phænomenis:

Tot numero talique Deus ſimulacra figura
Impoſuit cælo, perque altas ſparſa tenebras

Clara

Clara pruinoſæ iuſſit dare lumina terræ.

v. 16. *Ipſe autem quantum.*] Poſteaquam quale eſſet τὸ πᾶν oſtendit, nunc quantum ſit, docet, ac formæ τῆς ἀναμέτρησιν ſubiungit.

v. 23. *Nam quantum a terris.*] Ad verbum ex Arato:

ὅσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτέμνεται αὐγή,
ἑξάκις ἂν τόσ' ἡμὶν ὑποδράμοι. αὐτὰρ ἑκάστη
ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα.

v. 23. *Nam quantum a terris.*] Hexagona eſt figura, qualis apum cellulis. Mundus eſt pila, Terra centrum: ac nos quidem, qui in ea ſumus, centri vicem obtinemus. Neceſſe igitur rectas lineas ab oculo noſtro in cælum iactas, æquales eſſe omnes, Quanta erit linea in cælum ab oculis ducta, tantas debemus ſex lineas per totum circuli ambitum imaginari: quæ ſi æquidiſtantes aſſumantur, illo ſpatio duo complectentur Zodiaci dodecatemoria. Sic conficient ἑξάγωνον σχῆμα. Nam latus Hexagoni eſt æquale ſemidiametro.

v. 29. *Quantumque inciditur orbis.*] Quanta eſt Dimetiens orbis, ter tanta ad eam eſt peripheria.

v. 31. *Exiguo dirimens.*] Hoc eſt, vna ſeptima plus, ex epicheremate Archimedis: κύκλου παντὸς ἡ περίμετρος τριπλασιεφέβδομός ἐστι τῆς διαμέτρου. Plinius: *Quantas dimetiens habet ſeptimas, tantas circulus habet duoetuiceſimas.* Hæc nota ſunt & vulgata. Ducta perimetro ſepties, & in duas & viceſimas diſtributa, dat dimetientem.

v. 32. *Summum igitur cælum bis bina.*] Orbis circumquaque a centro ſummouetur binis ſignis. Ergo linea a peripheria, ad peripheriam per centrum ducta, quia ad illam dupla eſt, dupla quoque ſigna habebit. hoc eſt bis bina, vt dicit. Igitur a ſummo cælo, ad imum, ſigna ſunt quatuor.

v. 33. *Altera bis ſenis.*] Priſca Latinitas, Altera tertia, id eſt duæ tertiæ. Apud Liuium, altero & viceſimo anno, id eſt viceſimo ſecundo. Virgilius:

Alter ab vndecimo iam tum me ceperat annus.

id eſt tertius decimus. Apud Iuriſcõſultum: *Alter ſemiſſis inter duos fratres diuiditur.* id eſt duo ſemiſſes. Tota diametrus eſt vna tertia peripheriæ. Accedat altera tertia, id eſt duæ tertiæ, nimirum octo, fient bis ſena ſigna. Hoc eſt, quod vult. Neque inde quiuis facile ſeſe extricaſſet. Sed hæc non tractanda ſunt niſi ab iis, qui & Latine

Latine ſciunt, & mentem Manilij aſſequuntur. Aliter quanto riſu ſeſe traduceret, qui ab iis male paratus ad hæc explicanda ſeſe conferret? Sed profectò verſus iſte luxatus eſt ſuis ſedibus. Manilius enim hòc ordine eos digeſſerat:

Summum igitur cælum bis bina reſurgit ab imo.
Sed quia per medium eſt tellus ſuſpenſa profundum:
Binis à ſummo ſignis diſcedit & imo,
Altera biſſenis vt ſit pars tertia ſignis.

Quo quid clarius dici poteſt? A ſummo cælo, ad imum ſunt quatuor ſigna; hoc eſt, quanta eſt dimetiens orbis. Sed quia, inquit, tantum eſt hinc ad ſummum cælum, quantum hinc ad imum, propterea hinc ad ſummum bina ſigna, & ad imum totidem erunt. Tamen quia vulgaris lectio poteſt defendi, noluimus eam mutare: neque mutandam cenſemus.

v. 5. *Bis bis æquandum eſt.*] Lege *Binis.* & Gemblacenſis ita habet.

v. 5. *ſextante rotunda.*] Ineptiſſime. Olim recte correximus *ſex tanta rotundæ.* Et ita habet Gemblacenſis. Et puer hoc correxiſſet. Adde quod ad verbum Aratea interpretatur:

ἑξάκις αὖ τόσσ' ἤμιν ὑποδράμοι. ———

Nam ſexies duo ſunt duodecim, ſi bene putare ſcio.

Ibid. *ſex tanta rotundæ.*] Quæcunque ſupra diſputata ſunt, ea his verſibus complectitur elegans & eruditus Arati Paraphraſtes Auienus:

——— puncti vice Terra locanda eſt.
Vnde acies oculi quum tenditur, hæc quoque puncti
Sedem habet. hoc ſigno percurrit miſſa per auras,
Signiferi in ſummum. medio de tramite ſiquis
Dirigat obtutus agiles procul, hoſque locorum
Defeſſos longo ſpatio tener amputet aer:
Id, quod contenti viſus abſcinditur, vltro
Si qui in Signiferi patulum circumferat orbem:
Sex olli partes magnæ dabit impetus oræ.
Aſt hæ dimenſa ſpatij ſic lege locantur,
Binaque deciſis includunt partibus aſtra.

Hæc verba Auieni luculenta interpretis vicem eſſe poſſunt Manilio noſtro. Nam quod Manilius dixit:

—— ſex tanta rotundæ Efficiunt orbem Zonæ, ——

Auienus dixit oram Signiferi tot ſex partium eſſe, quot partium eſt obtutus hinc ad ſummum cælum.

v. 26. *Efficiunt orbem Zona.*] Zonæ, τοῦ Ζωδιακοῦ.

v. 8. *Nec mirere.*] Familiaris clauſula Manilio Epilogi vicem obtinens. vt:

Nec mirere moras, quum Sol æſtiua per aſtra, &c. Item:
Nec mirere in ea pugnantia ſidera parte. Item;
Nec ſit mirandum, ſi fœdus non datur aſtris.

Ibid. *Nec mirere vagos partus.*] Ad verbum Theo Mathematicus: μὴ θαυμάζωμεν. ὅτι, εἰ ἕκαστον τῶν ζῳδίων τηλικοῦτον ὂν κατὰ τὸ μέγεθος, ὡς τὸ ἥμισυ ἐπέχειν τοῦ ἀπὸ γῆς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν διαστήματος, σμικρότατον ὁρᾶται. διὰ γὰρ τὸ πόρρωθεν ἡμᾶς εἶναι ἐκείνων, διὰ τοῦτο ἡμῖν μικρὰ εἶναι φαίνεται.

v. 12. *Reſtat, vt ætherios fines.*] Exempla Arati poſt Phænomena ad circulorum Sphæræ deſcriptionem aggreditur: quanquam Aratus ante dimenſionem τοῦ παντὸς circulos deſcribit. Contra Manilius dimenſionem Mundi, ante circulorum deſcriptionem poſuit. Hoc vero arbitrarium: neque huius regula ab auctore exigenda. Melius meo iudicio Manilius, qui poſt Phænomena ſtatim τοῦ παντὸς τὴν ἀναμέτρησιν poſuit.

Ibid. *ætherios fines.*] *Fines* circulos. Infra:

——— *ſignantes tempora fines.* Item:
Alterius finis ſi vis cognoſcere gyros.

Et id quoque exemplo Arati, qui Σήματα vocat:

——— τά τε κύκλα, τάτ' αἰθέρι σήματ' ἐνισπεῖν.

Parmenides:

εἴσῃ δ' αἰθερίαν τε φύσιν, τάτ' ἐν αἰθέρι πάντα
Σήματα, καὶ καθαρᾶς εὐαγέος ἠελίοιο
λαμπάδος ἔργ' ἀΐδηλα. ———

Nam in Parmenidis verſibus Σήματα potius circuli videntur, quam aſtra ipſa. Sic Hyginus circulos bis vocat ſignificationes.

v. 13. *Filaque diſpoſitis vicibus.*] Diſpoſitas vices ſemper vocat τὰς ἐμπερισθλόμους φορὰς καὶ στάσεις. Supra:

At cur diſpoſitis vicibus conſurgere ſigna.

v. 14. *Per qua dirigitur.*] Tres tantum circuli ſunt, per quos dirigitur ſignorum ordo, duo Tropici & Æquinoctialis. Nam duo reliqui, Arcticus, & Antarcticus, non niſi in Sphæra dati climatis locum habent. At illi tres in vſum Sphæræ ad quanuis inclinatio-

inclinationem inſtituti ſunt. Ideo Aratus eorum tantum rationem habet.

——— πάντα μάλιστα πέθη, ὄφελός τε γένοιτο
μέτρα περιστρεφέοντι περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Ibid. *Per qua dirigitur.*] Ab hoc verſiculo perge ad ipſorum Circulorum deſcriptionem. Nam eam huc pertinere, dubitare non potes, niſi prorſus bardus es. Initium deſcriptionis eſt:

Circulus a Borea fulgentem ſuſtinet Arcton.

Vt hodie extant in vulgatis editionibus, quid ineptius, quam ſi dicamus Zodiacum dirigi per coluros, quum contra ipſi per Zodiacum dirigantur? Quamuis tot artus huius poetæ luxatos loco ſuo repoſuerimus, tamen tantum abeſt, vt a Zelotypis aliqua confeſſio tanti beneficij in hunc poetam collati exprimatur, vt contra aut diſſimulare, aut auctorem a nobis contaminatum eſſe contendere parati ſint. Quorum hominum atra ingenia, & tartareas animas nihil quam aut miſerari, aut ridere conſtituimus. Nam cum illis rem vllam habere, aut illis reſpondere, hoc eſſet illis honorem habere, vt præclare ait Euripides. quod maxime refugimus.

v. 15. *Circulus ad Boream.*] Nunc patet hiatus, qui in vulgatis editionibus erat. Nam ſine vlla præfatione, præter morem Manilij, abrupto initio hæc poſt deſcriptionem τῶν φαινομένων occurrebant. Atqui Manilius nullam deſcriptionem ſine apparatu aggreditur. Sic iſti deſcriptioni prætulit illos:

Reſtat vt ætherios fines, &c.

Ibid. *fulgentem ſuſtinet Arcton.*] Recte, *ſuſtinet Arcton.* Nam tota Vrſa maior intra illum Arcticum, quem deſcripſit Eudoxus, includitur. In climate autem Athenarum Orizon priores pedes Vrſæ prætertadit. Quia igitur quæ intra illam decircinationem includuntur, ſemper apparent, vnde circulus ille dicitur φανερὸς, & Vrſa maior eo tota continetur; propterea, inquam, totum illum circulum Arcton vocarunt. Homerus:

ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Circulum inocciduum ac ſemper apparentem ἄρκτον vocat. Ouidius Triſtium IIII.

Magna, minorque feræ, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, vtraque ſicca, rates,

Omnia quum ſummo poſita videatis in axe,
Et maris occiduas non ſubeatis aquas:
Ætheriamque ſuis cingens amplexibus arcem
Veſter ab intacta circulus extet humo.


quibus verbis quid aliud quam τὸν ἀειφανερὸν κύκλον deſcribit? Apud Geminum præſtantiſſimum ſcriptorem ita legimus: ἀρκτικὸς μὲν οὖν ἐστὶ κύκλος ὁ μέγιστος τῶν ἀεὶ θεωρουμένων κύκλων, ὁ ἐφαπτόμενος τοῦ ὁρίζοντος καθ' ἓν σημεῖον, καὶ ὅλος ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβανόμενος, ἐν ᾧ τὰ κείμενα τῶν ἄστρων οὔτε δύσιν, οὔτε ἀνατολὴν ποιεῖται, ἀλλὰ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς περὶ τὸν πόλον στρεφόμενα θεωρεῖται. Vbi plane quid ſit circulus Arcticus docetur. Proclus ad verbum hæc deſcripſit ex Gemino, vt reliqua omnia ſuæ ſphæræ. Quum Crateti Grammatico Arati interpreti mirum videretur Homero τὸν ἀειφανῆ κύκλον ἄρκτον vocari, Homeri lectionem interpolare conabatur, & pro οἴη legebat οἶος, quo intelligebat τὸν ἀρκτικὸν, non τὴν ἄρκτον. Sed imprudenter lapſum arguit Strabo ex his verbis Heracliti: ἠοῦς καὶ ἑσπέρης τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. Vere quidem contra Cratetem ille. Sed ne ipſe quidem reprehenſione caret, qui verba Heracliti de circulo Arctico accipit: quum Heraclitus ipſum Orizontem nomine ἄρκτου intellexerit. Nam ἠοῦς καὶ ἑσπέρης τέρματα, quid aliud, quam Ortus & Occaſus, ἄρκτος Septentrio, οὖρος αἰθρίου Διός, Meridies? Atqui quatuor illi cardines non Arctico, ſed Orizonte finiuntur. Vt plane conſtet, tempore Heracliti ἄρκτου nomine Orizontem intelligi ſolitum, quia σημεῖον τοῦ ὁρίζοντος βορειότατον ἡ ἄρκτος, in interſectione meridiani:

——— ᾗχί περ ἄκραι
Μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν,

vt canit Aratus.

v. 16. *Sexque fugit ſolidas.*] Deſcribantur circuli Æquinoctiali paralleli xc. Ij erunt, quos Geminus vocat ἀειφανεῖς. Is autem, qui punctum Orizontis ad communem interſectionem Meridiani & Orizontis tanget, erit μέγιστος τῶν ἀειφανῶν, ac proinde Arcticus illius loci. Quia vero orizontes mobiles ſunt, ſic & Arctici mobiles. Ita in Climate Cnidi, vbi polus ad xxxvi grad. attollitur, Eudoxus ſcripſit Arcticum Circulum totidem partibus a polo mundi diſtare. In alio climate alius erit, nempe pro ratione ἐξάρματος, id eſt eleuationis polaris. Hipparchus: ὁ δ' ἐν Ἀθήναις ἀειφανὴς κύκλος ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου ἀεὶ μοίρας λζ. ὁ δ' ἐν Ῥόδῳ

ἀεὶ μοίρας λϛ. & quanta erit altitudo loci, in tantum a polo diſtare punctum illud, neceſſe eſt, cuius interuallo circulus Arcticus deſcribitur. Itaque vetuſtiſſimi Græci arcticum circulum definiuerunt τὸ ἀρκτικώτατον σημεῖον τοῦ ὁρίζοντος, vel, τὸ ἀρκτικώτατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον. Ita circulus Arcticus nihil aliud eſt, quam punctum habitationis, quod finitorem propius tangit. Nam punctum circinationis commune cum Orizonte habet. In hoc differunt, quod centrum Arctici circuli eſt polus Mundi: centrum Orizontis eſt punctum verticale, ſeu Zenith loci. A F D E eſt Orizon. A G C H, circulus arcticus. A D, Meridianus. A, interſectio communis Orizontis, & Meridiani, vbi & contactus, ſeu cõmune punctum circinationis.



——— ἤχι σῆ ἄκραι
μίσγονται δύσις τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

B, Polus, C, Zenith loci. I, oppoſitum punctum diametri circuli Arctici. Quod ſi poli eleuatio XLV grad: abſolute fuerit, vt Viennæ Allobrogum, tunc punctum I, idem erit cum C. Hoc eſt, oppoſita pars peripheriæ Arctici premet Zenith loci. Sin fuerit minor XLV grad. Zenith erit extra circulum: ſi maior, intra circulum. Ita fiet, vt quo propius Æquinoctialem accedetur, eo minores fiant circuli. Contra, maiores, quo longius ab ipſo receditur: ſub æquinoctiali autem, id eſt Sphæra recta, nulli prorſus ſunt Arctici. Pytheas ſcripſit habitantibus Thulen Tropicum eſſe vicem Arctici. Hæ differentiæ accidunt, prout Zenith intra, aut extra Arcticum eſt. Siue igitur intra Arcticum erit, ſiue extra, tantum a puncto I, diſtabit, quanta eſt differentia eleuationis poli ab eleuatione æquinoctialis ſupra Orizontẽ loci. Exempli gratia: Romæ polus attollitur grad. 41. Ergo Æquinoctialis attollitur ad 48. 20. Differentia, 7. 40. Proinde Zenith Romæ

extra circulum a ſui Arctici circumferentia diſtat grad. 7.40. Sic habitantibus Thulen ea diſtantia eſt grad. XLIII, vtpote quibus polus eſt ad grad. 66. 30′: Tropicus autem radit punctum interſectionis communis. Quare Martiano Capellæ Arcticus circulus definitur *ſemper apparens, & contingens confinia Finitoris, nunquam merſus aſſurgens.* Confinia Finitoris dicit interſectiones orizontis & meridiani in σημείῳ ἀρκτικωτάτῳ. His ita poſitis, videmus, quot habitationes, tot circulos Arcticos eſſe, non fixos, non ἀμεταπτώτους, ſed pro locorum differentia alios atque alios. Multū igitur errant recentiores, qui in Sphæra mechanica illum apponunt, & alium a veterum deſcriptione, quum illum a puncto poli Eccliptica circa polum Mundi deſcribunt. Nam talis Arcticus non poteſt eſſe, niſi eorum, quorum inclinatio tanta, quanta maxima Solis declinatio: vt accidit ijs, qui Syenem Niloticam habitant. Illis enim polus attollitur ad grad. 23. 30. His animaduerſis, Circulus Arcticus non poteſt iñ Sphæra mechanica locum habere, niſi ſphæra ad loci inclinationem fabricata ſit. Aliter nullus eſt circulus Arcticus. Nam τοῖς μεταπίπτουσι σημείοις οὐχ ὁριστέον τὰ ἀμετάπτωτα, vt præclare ſcribit Strabo. Quum ego hæc in Aquitania de Circulo Arctico propoſuiſſem, vbi multi docti, indoctique, nobiles, pædagogique erant, non poteſt dici, quanto ſibilo exceptus fuerim. Quum eorum pertinacia meam conſtantiam non obtunderet, pene vapulaui. Tandem victi dixerunt, illum circulum eſſe vtilem ad Zonas diſtinguendas. In quo maiorem riſum mihi ſuſtulerunt. Nam Zonæ locum hodie non habent in nobis, quibus totus orbis nauigationibus Luſitanorum & Hiſpanorum patefactus eſt. Cuius rei gratia verba Strabonis confutandæ horum Mathematicorum ſententiæ adduxi: ὁ δὲ Πολύβιος ἐκ τοῦ, τὸ ποιεῖν τινὰς ζώνας τοῖς ἀρκτικοῖς διοριζομένας, δύο μὲν τὰς ὑποπιπτούσας αὐτοῖς, δύο δὲ τὰς τούτων καὶ τῶν τροπικῶν. εἴρηται γὰρ ὅτι τοῖς μεταπίπτουσι σημείοις οὐχ ὁριστέον τὰ ἀμετάπτωτα. Itaque friget eorum Philoſophia. Sed impudentiæ adhuc finis non eſt. Vix inuenias ex iſtis, qui mathematica profitentur, quibus non videamur inſanire, ſi in doctrina circulorum diuerſa a Iohanne Sacroboſco ſentiamus. Quidam tamen nuper priore editione Manilij monitus, obiter, & quaſi inuitus, dicit alium vſum fuiſſe veteribus Arcticorum Circulorum. Tamen nollet videri a nobis didiciſſe: quum hoc genus hominum totius antiquitatis imperitiſſimum ſit. Quis

auctor

auctor tam ridiculi commenti fuerit, nihil aliud poſſum dicere, quam Latinum ſcriptorem fuiſſe, & quidem recentiorem quadringentis annis. An alius ante Sacroboſcum id profeſſus ſit, neſcio. Certe in præſentia antiquior non ſuccurrit. Vt igitur noſtri errant, qui immobilẽ Arcticum conſtituunt contra veterũ mentem: ita veteres illi, & poſt illos noſtri caſtigandi, qui illum circulum tribus reliquis parallelum conſtituunt, quum paralleli circuli in ſphæra polum eundem cum ipſa habeant. At polus Arctici ſemper eſt idem cum ſphæræ polo. Polus reliquorum trium variat, vt puncta tropica & æquinoctialia. Æquinoctia enim & Tropica anteuertunt loca in Zodiaco, ita vt in aliquot annis vnum gradum in antecedentia promoueantur. Circuli autem æquinoctiales & tropici nulli alij ſunt, quam qui ad illa puncta mobilia deſcribuntur. Mobiles igitur ſunt, & proinde eorum poli mobiles quoque. Pro iſtis quoque vapulabimus priuſquam longa dies hominibus hoc perſuadebit, apud quos vis rationis nihil poteſt.

v. 16. *Sexq; fugit ſolidas.*] Veteres Sphæram per eius centrum in duas partes diuidebant, ita vt paralleli ipſi in duas partes ſecarentur, quemadmodum a Coluris ſecantur. Eiuſmodi circulus conſtituebatur partium LX. Deinde Sphæra per Æquinoctialem diuiſa relinquit duo hemiſphæria æqualia tricenarum partium. Vt breuius dicam, vna quarta Sphæræ erat XV. partium, quantarum totus ambitus LX. Neque aliter diuidebant tempore Eudoxi. Poſtea propter commodiorem vſum, eas partes ſexies multiplicarunt. Ita circulus integer factus eſt partium CCCLX. Quadrans eius XC. Igitur in Cnido, patria Eudoxi, polus attollitur ad partes VI, qualium quadrans eſt XV. Quas ſi ſexies duxeris, produces XXXVI. Itaque iſte Arcticus eſt ad eleuationem Rhodi, vel Cnidi, non Romæ: quod tamen non monet Manilius: quaſi vbique eadem ſtatio eſſet Arcticorum. Nam, vt ſcribit Strabo, *οἱ ἀρκτικοὶ μήτε παρὰ πᾶσιν εἰσὶ, μήτε οἱ αὐτοὶ πανταχοῦ*. Sane. Neque enim in Sphæra recta ſunt, neque in Sphæra ſtante, quam *μυλοειδῆ* vocabant veteres: qualis eſt illis, quibus Æquinoctialis & Orizontem & Arcticum facit. Arcticum vero Græciæ ita deſcribit Lucanus libro octauo:

Signifero quæcunque fluunt labentia cælo
Nunquam ſtante polo miſeros fallentia nautas
Sidera non ſequimur: ſed qui non mergitur vndis

Axis

Axis inocciduus gemina clariſsimus Arcto

Ille regit puppes.— Non potuit clarius deſcribi ὁ ἀειφανερός. Sed ἀκυρολογίαν cum alijs vitijs Lucano familiarem interpretatione leniendum. *Nunquam ſtante polo.* totum cælum intelligit, non tantum ὅπου ὁ οὐρανὸς φέρεται. —*fluunt labentia*; id eſt, quæ occidunt & labuntur ſub terras; τοῖς διὰ τὸ ὅλον τῷ ἀειφανερῷ, quæ nunquam fluunt, aut labuntur ſub terras. Axis inocciduus, non vtique ἀεὶ ὢν ὁ οὐρανὸς στρέφεται, ſed totus ἀειφανερός. Nam pro regione integra cæli Axem etiam vſurpari alibi indicamus. Quæ apud Lucanum ſequuntur, quia ne minimum quidem ab admiratoribus Lucani intelliguntur, exponemus.

— hic quum mihi ſemper in altum
Surget, & inſtabit ſummis minor Vrſa ceruchis,
Boſporon, & Scythiæ curuantem litora Pontum
Spectamus. quicquid deſcendet ab arbore ſumma
Arctophylax, propiorq; mari Cynoſura feretur,
In Syriæ portus tendet ratis. — Huic nautæ, qui hæc argutatur, curſus eſt in Ægyptum. In Ægypti autem maritimis, & vbicunq. maxima dies eſt horarum XIIII, ibi Arctophylax, imo Arcturus, culminat, καὶ κατὰ κορυφὴν μεσουρανεῖ: quod & Strabo quoque monuit libro II. Porro τὸ κατὰ κορυφὴν μεσουρανεῖν Nautis Græcis dicebatur κατὰ μέσην κεραίαν ἔχειν: Latinis, in ſumma arbore mali eſſe. Ptolemæus ex Diodoro Samio: ἔχουσι τὸν ταῦρον μεσουρανοῦντα καὶ τὴν Πλειάδα κατὰ μέσην τὴν κεραίαν. At habere ſtellam aliquam ἐν τῷ σημείῳ ἀρκτικωτάτῳ, hoc eſt in interſectione orizontis & meridiani, hoc nautica locutione dicebatur καθ' ἄκραν κεραίαν ἔχειν: quod Lucanus hic dicit, in ſummis ceruchis habere. Nam κεροῦχοι ſunt rudentes, qui cornua velatarum obuertunt antemnarum, vt verbis Maronis loquar. Opiferas vocari monet Iſidorus. Stella vero omnis, quæ eſt in data interſectione meridiani, & orizontis, vnde incipit finitio circuli Arctici, Arato quidem dicitur natare — κεί-νη που κεφαλὴ τῇ μίσγεται: quia Oceanum orizontem vocabant. Lucano vero ad verbum id eſt, *mari ferri.* —*propiorque mari Cynoſura feretur.* hoc eſt, Cynoſura erit in contactu orizontis, ἐν σημείῳ ἀρκτικωτάτῳ. His animaduerſis, audiamus philoſophantem nautam. Quando, inquit, iſte axis inocciduus, hoc eſt ὁ ἀειφανερὸς attollitur, καὶ πολύ ἐστι τὸ ἔξαρμα τοῦ πόλου, & minor Vrſa eſt in puncto finitionis Arctici: tunc curſum in Pontum dirigimus. Hic fraus

facta

facta eſt Lucano a librariis. Nam cur dicit hic minorem Vrſam *κάτ᾽ ἄκραν κυρίαν τι)* : quum infra in contrario caſu ait, *propriorque mari Cynoſura feretur*. Siquidem minor Vrſa eadem eſt cum Cynoſura. Sed Lucanus ſcripſerat.

——— *Et inſtabit ſummus magna Vrſa Ceruchis.*

Nam quamuis vſitatius dicitur maior Vrſa, quam magna Vrſa; tamen Latinum eſt magna Vrſa. Ouidius Vrſas alloquens: *Magna minorque feræ.*—Hygino quoque dicitur Arctos maxima, & præterea Poetis quædam indulgenda. Recte igitur conſtat ratio nautæ. Quando, inquit, ita polus attollitur, vt Vrſa maior ſit intra circulum Arcticum, tunc in Septentrionem, & partes Ponti tendimus. Legentibus oram Ægypti Arctophylax eſt in ſumma arbore, vt diximus ex Strabone, & Hipparchi rationes quoque docent, & polus deprimitur, qui velificantibus in partes Euxini attollebatur. Ergo a partibus Euxini in Ægyptum tendentibus deſcenditur : quod dictum ἰδιωτικῶς, & ex opinione vulgi, quia polus deprimitur. Arctophylax igitur dicetur deſcendere, quum aliquot partibus deficiet a puncto verticali: quod accidit in ſinu Arabico nauigantibus in parallelo διὰ Συήνης. Ibi enim Arctophylax, vel eius lucida ſtella Arcturus deſcendit ab arbore ſumma VII gradibus: ſiquidem ſæculo Hipparchi Arctophylactis declinatio & latitudo pene æquales erant, partium nempe XXXI, vt voluit Hipparchus. Proinde diſtantia a polo erat partium LIX, vt iterum monet idem Hipparchus. Sed iſte nauta vel potius eius ὑποβολεὺς Lucanus, non bene conceperat mentem ſcriptorum Græcorum, vnde hæc hauſta ſunt. In mari enim mediterraneo auſtraliſſimum litorum eſt Ægyptiacum, & vicina ora, vbi culminat Arcturus. At Arcturus non poteſt deſcendere ab arbore mali, niſi extra mediterraneum mare, puta in Oceano auſtrali velificantibus, neque Cynoſura propior eſſe mari, hoc eſt propius ad finitionem Arctici accedere. Sed hæc ſatis, & fortaſſe nimium plauſoribus Lucani: quorum omnium cognitio pendet ex veterum obſeruationibus, quæ tantum abeſt, vt iſtis, quibus omnia olent Grammaticam, notæ ſint, vt ne auctorum quidem ipſorum nomina teneant.

Ibid. *Sexque fugit ſolidas.*] XXXVI partium ἔξαρμα eſt Rhodi, XXXVII Athenis, vbi caput Draconis Vrſarum, quod intellexit Aratus. Sed tamen hallucinatur, quum in ea eleuatione Tropico

in VIII partes ſecto, v ſupra orizontem attollit. Hoc enim proprium eſt eleuationis 41, non 37 partium.

v. 18. *In quo conſumit.*] Gemblacenſis fortaſſe melius *conſummat*. Sed animaduertimus promiſcuum vſum apud hunc auctorem eſſe verbi conſumendi & conſummandi.

v. 20. *Æſtiuum*] Si non eſt mendum, dixit æſtiuum nomen, vt Horatius flumen Metaurum, Stertininm acumen. Fortaſſe melius *Æſtiui medio*.

v. 21. *Temporis & titulo potitur.*] τροπικὸς enim a tempore illo dicitur, in quo τροπὴ, id eſt reuerſio Solis fit. Metaphora a curulibus agonibus. Nam flexura metæ etiam τροπὴ dicta. Arabes vero non τροπὴν verterunt, ſed ἀνατροπήν. id enim eſt استقبال quod imperite fecerunt. Quin & Manilius perſiſtit in Metaphora, quum metam Solis dicit, & actum. Omnia enim verba Circenſia. Atque adeo e medio Circo eſt *Feruidus. Metaque feruidis Euitata rotis* ——

v. 23. *Et quinque in partes.*] Quadrans XV partium: de quibus ſex ſunt a polo, ad arcticum. ab eo, ad tropicum, quinque. a Tropico, ad æquinoctialem, quatuor. Quæ ſexies multiplicatæ fient a polo, ad arcticum, XXXVI: hinc ad Tropicum, XXX: a Tropico, ad æquinoctialem, XXIV.

v. 25. *Ingenti ſphæra.*] Legendum, *Ingenti ſpira*. Nam circuli illi nihil aliud, quam ſpiræ, quarum maxima, quæ mediam ſphæram cingit, vt minima, quæ verticibus propior.

v. 26. *quo lumine Phœbus.*] Lege, *quo limine*. Idem error infra.

Quum medium æquali diſtinguit limite cælum.

Nam Codex Gemblacenſis perperam *lumine* pro *limite*. Vt appareat lubricam eſſe commutationem horum duorum inter ſe.

v. 30. *Quatuor & gradibus*] De XV partibus, in quas ſectus eſt circulus, Arcticus aufert VI, Tropicus V. ergo reliquæ ſunt quatuor: quæ ſexies ductæ fient XXIV. Tanta erat tunc ab æquinoctiali Solis maxima declinatio, quæ quidem hodie deprehenditur minor grad. 23. 30′. Gradus autem vocat; quas antea partes, & Græci μοίρας. Vulgus vero Gradus vocat ab Arabibus, qui quas Ptolemæus μοίρας, ſemper vertunt درجة gradus.

v. 31. *Proximus hunc vltra Brumalis nomine cingens.*] Quod *cingens* abſolutum eſſe debet, & mediocriter docto paret. Quare olim circes legebamus pro circulo. Veteres enim illi

circens-

circens pro circes, totiens, quotiens, & thenſaurus pro theſaurus ſcribebant. Et ſatis notum Circitem pro circulo a Sidonio vſurpatum. De quo conſulendus Feſtus. Sed Gemblacenſis habebat *tangens*, non *cingens*. Quod retinemus. Sic infra de Galaxia:

Inde per obliquum deſcendens tangit olorem.

Græci in eo ſignificatu dicunt ἐφάπτεσθαι. Sic etiam loquutus eſt Hyginus: *Ara propter Antarcticum circulum tangens inter Hoſtiæ caput, & Scorpionis caudam extremam collocatur.* Ita bis apud Manilium, & hic apud Hyginum Tangere abſolute poſitum.

v. 32. *Vltima deſignat fulgentis lumina Solis.*] Lege:

Vltima deſignat fugientis limina Solis.

Limina, fines, metas: vt ſupra — *quo limine Phœbus*. hoc eſt, qua fini. & idem error erat, qui hic lumine, pro limine. Iuriſconſulti quoque in etymo Poſtliminij, limen finem eſſe dicunt.

v. 33. *Inuiaque obliqua.*] Lege *Inuidaque*. Hoc eſt parca, maligna. Quia enim oblique miniſtrat lumen, propterea lucem videtur nobis inuidere.

Pag. 19. v. 1. *Dat pariter.*] *Dat per iter.* Et ita etiam Gemblacenſis.

v. 4. *Biſque iacet binis.*] Quatuor gradibus, vel xxiv. totidem nempe quot æſtiuus illi e regione poſitus.

Diuiſus duplici ſumma.] A polo, ad Æquinoctialem, xv partes. Ab eo, ad polum Antarcticum, totidem. Hæc eſt, quam vocat duplicem ſummam: vt binas partes duo hemiſphæria, quæ ab æquinoctiali ſecantur.

v. 14. *Inclines.*] Lege *Inclines*. ἀκλινεῖς, οἵτε οὔτε ἐπινεύουσιν, οὔτε ἀπονεύουσιν. Ita enim τοὺς παραλλήλους κύκλους definiebat, ſiue deſcribebat Poſidonius. Propterea ἀπλανέες dicuntur Arato.

αὐτοὶ δ' ἀπλανέες τε καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισι
πάντες. ———

v. 15. *Quandoquidem ſexto*] Gemblac. *ſexti*. Sed neutrum bene. Lege *texto*. Sic infra: *Bis ſex æquali ſpatio texentia cælum.*

v. 16. *Circum comitantia cæli.*] Circum etiam dixit Cicero de Galaxia:

Vidiſti magnum candentem ſerpere Circum. id eſt κύκλον.

Sed non dixit circum cæli. Gemblacenſis *curſum*, non *circum*. quod retinendum.

Ibid. *Curſum comitantia cæli.*] Eandem enim cum cælo conuerſionem

uerſionem habent. φερομένου τοῦ κόσμου ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ τὴν δύσιν, συμπεριφέρονται καὶ αὐτοὶ τῇ τοῦ κόσμου κινήσει. Sic ſupra:

Filaque diſpoſitis vicibus comitantia cælum.

v. 17. *Interualla pari.*] Ita quaſi aliud agens τοὺς παραλλήλους ἐτυμολογεῖ.

v. 19. *Sunt duo.*] Magni circuli CLXXX. per polos mundi ducti æquinoctiälem in partes æquales, Zodiacum autem inæqualiter ſecant. Eorum duorum qui ſe ad rectos angulos ſecantes puncta tropica & æquinoctialia tangunt, præcipuus vſus eſt in Sphæra, ad quatuor anni tempora deſignanda. Quia vero puncta illa quatuor mobilia ſunt, mobiles quoque ſunt illi circuli. κολούροις Græci vocarunt, id eſt mutilos: non vtique quod re ipſa mutili ſint: eorum enim ἐπίπεδα tantum κέκρυπται, non κεκολόβωται: ſed quia ea parte, qua nobis inutiles ſunt, quaſi mutili cenſentur. Alioqui τὰ ἐπίπεδα illorum vtilia ſunt iis, qui vltra Capricornum habitant, vt quæ nobis vtilia ſunt, ea illis κόλουρα. Quare ſi veteres eam partem tectam propterea damnarunt, quod eius nullus eſt citra Capricornum vſus: cur non eodem iure & circulum Antarcticum damnarunt? cur non & Meridianum quoque κόλουρον vocarunt? Nam etiam τὰ ἐπίπεδα eius κέκρυπται. Quia igitur non ſolum CLXXX, ſed longe plures circuli per polos Mundi duci poſſunt, illi duo tantum Coluri dicuntur, qui quatuor puncta cardinalia tangunt: quæ gradum vnum promouentur in anteriora intra annos plus minus ſeptuaginta. A conditu rerum ex veris epilogiſmis noſtris, quibus nunc agitur annus 5547, facta eſt illorum punctorum προήγησις τοπικὴ quidem graduum 77, χρονικὴ vero dierum vnius & quadraginta.

Ibid. *Sunt duo præterea.*] Ad verbum ἐκ τοῦ Εὐδόξου. Ἕτεροι δ' εἰσὶν δύο κύκλοι τέμνοντες ἀλλήλους δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς διὰ τῶν πόλων τοῦ κόσμου.

Pag. 20. v. 5. *Et Geminis Cancrũ dirimit.*] Nunc diſcedit ab Eudoxo ſuo, & merito, quum vult ſolſtitia fieri inter finẽ Geminorum, & initiũ Cancri, nimirũ ἐν στιγμῇ λόγῳ θεωρητῇ. At Eudoxus, vt alibi dicemus, in mediis Cancro, & Capricorno τὰς τροπὰς fieri dicit in deſcriptione horum circulorum. ἔστι δ' ἐν τούτοις, inquit, ἄστρα τάδε. πρῶτον ὁ πόλος ὁ ἀφανὴς τοῦ κόσμου. εἶτα τὸ μέσον τοῦ ἀρκτικοῦ πλάτος καὶ τοῦ καρκίνου τὸ μέσον, ἥ τε οὐρὰ τοῦ νοτίου ἰχθύος καὶ τὸ μέσον τοῦ αἰγόκερω. At Manilius & a ſe quoque diſcedit, qui hic bru-

mam in principio Capricorni fieri dicit: alibi autem dicit Solem brumā conficere,quando *Fulget in octaua Capricorni parte biformis.*

v. 25. *Alter ab excelſo.*] κόλυρ@ ἱσημερινὸς.

v. 26. *Serpentis caudam, ſiccas & diuidit Arctos.*] Nullus colurus poteſt ſimul ſerpentis caudam ſecare & ambas Arctos. Reliqua ſatis bene habent.

v. 27. *Et iuga Chelarum.*] Hinc perge ad reliquum deſcriptionis, in qua primus verſiculus:

Circulus a ſummo naſcentem vertice Mundum.

Quam infelix fatum huius præſtantiſſimi ſcriptoris, quem ſcioli peius lacerauerant, quam equi Hippolytum? Vbi ſunt iſti, qui dicunt nos hunc auctorem corrupiſſe? Multum ergo illis debent, qui ita lacerarunt, ſi quidem illorum carnificina medicina eſt, noſtra autem remedia pro crucibus habentur.

v. * *Circulus a ſummo.*] Quis circulus? Iam enim dixerat. *Alter ab excelſo decurrēs limes Olympo.* Quid igitur opus tautologia? Sed quid eſt naſcens mundus? Dicat mihi ex iſtis, quibus oculi dolent hunc auctorē a nobis reſtitutum: Quid eſt *Arctophylaca petens?* Adeo imperitus modulorū Manilius, vt penultimā in Arctophylaca produxerit? Quis huius erroris tantum ſcriptorē inſimulare audeat? Deinde negamus circulum per Hydram & medium Centaurum incedentem potuiſſe Arctophylacem & Draconem permeare. Vno verbo & quidem vere dicimus, qui hos duos verſus huc inferſit, neque poetam fuiſſe, neque Græce ſciuiſſe, neque aſteriſmorum ſitus nouiſſe, neque mentem Manilij aſſecutum fuiſſe. Sed prius luxatus fuit hic locus, quam illi verſus huc inſulcirentur. Itaque imperfecta erat & ſuſpenſa ac hiulca ſententia. Quia igitur videbatur ἀκέφαλ@ oratio, hoc principium illis elegantiſſimis verſibus ingenioſi homines cumularunt, ne imperfecta eſſet oratio. Sed continuatis membris, quæ luxata erant, nihil eſt facilius, nihil ſimplicius, nihil apertius hac ſententia. Abutor diligentia mea, qui diffidam iudiciis petitiorum. Tamen dicendum fuit propter ἀμούσους quoſdam, quibus omne diſplicet, quicquid præter eorum exſpectationem dicitur: neque noctuinis oculis poſſunt lucem ferre.

v. 28. *mediumque ſub aſtris.*] Lege, *ſub Auſtris.* Centaurus Auſtralis diſtinguitur a Sagittario ſolo nomine Cētauri: quanquam vterq. Centaurus eſt. Sed iſte eſt Chiron: alter Crotus. Columel.

——— *tergoque Croti feſtinat equino.* Vide Hyginum.

v. 29. *aduerſus concurrit.*] Lege:

——— *aduerſum concurrit rurſus in axem.*

Aduerſus axis Antarcticus. Quod autem Colurum hunc cum Finitore eundem eſſe dicit Boninconitius, partim excuſamus propter perturbationem verſuum loco ſuo luxatorum, partim damnamus, quod aſtrologo indignum putare de orizonte vllo hæc poſſe dici.

v. 32. *Andromedæque ſinus imos.*] ἀστιπόδιον ζύγμα vocant in Virgine Aſteriſmi.

Pag. 20. v. 3. *Quam ſeptem ſtellæ.*] Ad verbum interpretatur Aratea: πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός. prima enim occurrit ἀκρόνυχος in orizonte. Scholiaſtes Germanici: *Altera nanque Helice eſt, quæ apparet prima noctis.*

v. 7. *Inde axem occultum.*] Inde in polum Antarcticum conueniens ſecat ad rectos angulos ſphærales alterum gyrum, Colurum æquinoctialem.

v. 8. *atque alio rurſus.*] Scribe ex Gemblacenſi:

——— *atque illo rurſus de limite tangit Te, Capricorne.* —

v. 11. *Proterit.*] Horatius eodem ſenſu - *ver proterit æſtas.* Idem intelligit Virgilius:

——— *calcemque terit iam calce Diores.*

Sed Gemblacenſis habet *perterit.* Quæ autem hic dicta ſunt de finitionibus Colurorum, falſa ſunt maximam partem: quæ confutare, tanti eſſe non duximus.

v. 14. *Atque hæc æternam.*] Gemblacenſis codex huic capiti præferebat titulum, DE ANABIBAZONTE ET ORIZONTE. Sed ego nunquam memini legere, Meridianum circulum Anabibazontem vocatum eſſe: quanuis recte poteſt dici anabibazon, in quo altiſſimum eſt punctum Solis in habitatione noſtra: vt Lunæ ζωδιασμὸς ἀναβιβάζων dicitur. De Meridiano & Orizonte nunc acturus eſt.

Ibid. *fixerunt tempora ſedem.*] Tempora vocat Circulos parallelos & Coluros, quia per eos anni ſignantur tempora. Sed falſum eſt, quod dicit, reliquos circulos, de quibus locutus eſt, immobiles eſſe, quum Arctici neque vni ſint, neque immobiles, vt ex veterum ſententia ſupra demonſtrauimus. Reliquos autem tres mutabiles eſſe quod ignorarit, condonandum illi, quum

quum omnibus hactenus perſuaſum ſit non puncta æquinoctialia εἰς τὰ προηγούμενα promoueri, ſed octauã Sphærã εἰς τὰ ἑπόμενα.

v. 16. *Hos volucres.*] Noue dixit: id eſt mobiles, καὶ μεταβατικούς.

Ibid. *nanque alter ab ipſa.*] ὁ μεσημβρινός.

v. 20. *Hic mutans per ſigna vices.*] Orizon. Signa hic, vt σημεῖα Græce τεχνικῶς accipit, quomodo ſcilicet Mathematici. Intelligit ergo τὸ κατὰ κορυφὴν σημεῖον.

Ibid. *ſeu ſiquis Eoos, Seu petit Heſperios*] ἡ πάροδος κατὰ μῆκος efficit varietatem Meridianorum.

v. 21. *volat hora per orbem*] ἅμα τῇ κατὰ μῆκος τὴν παροδον γίνεσθαι πάροδον fit alius Meridianus, inquit Geminus, & poſt illum totidem verbis, vt ſolet, eius compilator Proclus. Ita infiniti erunt Meridiani. Sed quia quod per ἐλαχίστην πάροδον fit, id ſenſu percipi non poteſt, conuenit inter Mathematicos, vt gradus vnius eſſet illa πάροδος, quæ Meridianum αἰσθήσει καταληπτὸν comprehendere poſſit. Sed illud inter eos nondum conuenit quanto ſtadiaſmo terreſtri illud ſpatium reſpondere poſſit. Eratoſthenes DCC ſtadiis finit. Ptolemæus D. Geminus, & totidem verbis Proclus CCC. Sed ſi Orizon, vt ipſi volunt, mutatur in CCCC, totidem ſtadiis mutatio eſſe debebat in Meridiano. Orizontis enim & Meridiani reciproca eſt ratio. Ambos enim hos maximos circulos coniunxit merito: quia alter ſine altero eſſe non poteſt. Omnis Orizon Meridianum ſuum ad rectos angulos ſecat. Poli omnis orizontis ſunt puncta Orientis & Occidentis. Poli Mundi ſunt poli omnium meridianorum. Ita omnis orizon per puncta ortus & occaſus tranſit, vt omnis meridianus per polos Mundi. Qui per polos mundi & verticem noſtrum tranſit, is eſt meridianus noſter. Qui illum ad rectos angulos ſecat, & tangit punctum finitionis oculi, is eſt orizon: & contra, &c. Ita reciproci ſunt.

v. 23. *diuiſo ſignantem lumine mundum.*] Legendum *culmine mundum*, vt olim curauimus edi in editione Lutetiana, quamuis aliter ſentiremus in Notis. Noſtram correctionem confirmat codex Gemblacenſis, qui habet *culmine*, non *lumine*, vt vulgatæ editiones.

v. 25. *Quando aliis aliud.*] Profecto iſte verſiculus debet commutare ſedem.

Cumque loco Terræ cælumque & tempora mutat,

Quando

Quando aliis aliud medium eſt, volat hora per orbem.
Hic, inquit, cum ſitu mutatur, quandoquidem aliud aliis medium diei eſt neque idem, & vnum.

v. 26. *Atque vbi ſe primis.*] Sex horæ ſunt quadrans νυχθημέρου, vt nonaginta gradus ſunt quadrans circuli. Qui igitur vno quadrante circuli orientaliores ſunt, quam nos, illis Solem ſex horis citius, quam nobis oriri dicit Manilius. Contra qui nobis quadrante vno occidentaliores ſunt, ſerius illis occidet Sol, quam nobis, nempe poſt ſex horas confectas. A Molucis igitur inſulis, ad inſulam Chriſtianorum Habaſſenorum Zucotoram, quadrans circuli eſt: vt ab eadem Zucotora, ad Canarias inſulas, alter quadrans. Molucenſibus igitur Sol ſex horis maturius orietur, quam Zucotorinis. Eodem modo, quando Zucotorinis orietur Sol, quia permenſus eſt quadrantem νυχθημέρου, Molucenſibus meridiem conficiet. Et quum Zucotoræ verticem ſtringet Sol, tum Canariis orietur, Molucenſibus occidet.

v. 26. *Atque vbi ſe primis extollit Phœbus ab vndis.*] Eſto Zucotorinis oriri Solem.

v. 27. *Illis ſexta manet.*] Molucenſibus. Nam tum illis erit meridies, quia tunc illos premet aureus orbis, quia Meridianum eorum premet aurea Solis Rota.

v. 28. *Rurſus ad Heſperios ſexta eſt, vbi cedit in vndas.*] Rurſus ad Habaſſenos ſexta eſt, qui heſperij & occidentaliores ſunt illis, quando Molucenſibus cedet in vndas.

v. 29. *Nos primam & ſummam.*] Nos, qui in Canariis ſumus, eandem horam primam diei numeramus, quam illi ſextam. Primam & ſummam dixit, quia ſumma hora noctis, id eſt duodecima confecta init prima diei. Sic Attici ἕνην καὶ νέαν dicunt.

v. 30. *Et gelidum extremo.*] Lumen gelidum Solis orientis dicit poetice, quia tunc minus eum ſentimus, quam quum in punctum meridiei aſcendit. Quamuis vnuſquiſque intelligit, quid velit Manilius, quia rem tritam & omnibus notam tractat: tamen haud cuiuis facile erat horum verſuum ſententiam extricare.

v. 31. *Alterius finis.*] τῦ ὁρίζοντος.

Ibid. *Cognoſcere giros.*] Nos hic intelligebamus finem pro circulo, vt ſupra. Sed reclamat Gemblacenſis. Nam habet *gyri.* fines igitur alterius gyri, id eſt ὁρίζοντος.

v. 32.

v. 32. *Circumfer faciles oculos.*] Nam Orizon nihil aliud, quam τρματισμὸς ὄψεως.

v. 33. *Quicquid erit cœli primum.*] Melius Gemblacenſis:

Quicquid erit Cælique imum, Terraque ſupremum.

Nam imum cælum & extremum terræ coire videntur in finitione illius circuli.

Pag. 21. v. 2. *Redditque aut recipit.*] *Reddit* orientia, *recipit ponto* occidentia. Ac neſcio, an pro *fulgentia* legendum *fugientia.*

v. 3. *Præcingit tenui.*] Præcingit Mundum, ὅτι διχοτομεῖ τὴν ὅλην σφαῖραν τοῦ κόσμου, ὥστε ἡμισφαίριον μὲν ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεσθαι, ἡμισφαίριον δ᾽ ὑπὸ γῆν.

v. 4. *Hæc quoque per totum volitabit linea.*] Lineam circulum vocat. volitare ait, quia omnes orizontes mobiles.

v. 5. *Hunc tantum.*] Scribe *Nunc tantum.* Veſtigia veræ lectionis extabant in Gemblacenſi: *Non tantum. Medium mediumque* dixit priſca elegantia, vt candidior candidiorque.

v. 6. *Nunc ſeptem ad ſtellas.*] Septentriones.

Ibid. *nunc mota ſub aſtra.*] Reliqua aſtra vocat mota, hoc eſt mobilia: quia oriuntur, & occidunt, ad differentiam Septentrionum, qui ſemper conſpicui ſunt. Ea ſunt, quæ ab Arctico loci, ad Æquinoctialem pergentibus in conſpectu ſunt. Ergo ſecundum ea, quæ proponit, παραλλαγὴ, καὶ μετάπτωσις τοῦ ὁρίζοντος a Septentrione fiet ad meridiem. quod verum eſt. Et quæ de ſenſili Meridiano dicta ſunt, eadem de ſenſili Orizonte dicantur, neceſſe eſt: quia poſuimus alterum ſine altero eſſe non poſſe: item παραλλαγὴν μεσημβρινοῦ non percipi, niſi κατὰ πάροδον c c c c ſtadiorum. Ergo totidem ſtadiorum τὴν τοῦ ὁρίζοντος παραλλαγὴν ponendum eſt: quanuis apud Geminum, & eius compilatorem Proclum τριακοσίων σταδίων, non τετρακοσίων ponatur.

v. 7. *Sed quocunque vagæ.*] Intelligit τὴν περὶ μεσημβρίαν ἀπὸ τῆς ἄρκτου πάροδον.

v. 11. *Dimidium regit.*] Nos olim *tegit* correximus, & recte. Ita ratio poſtulat, ita habet Gemblacenſis. Ex cuius auctoritate totum verſum ita legimus:

Dimidium teget & referet varioque notabit Fini. ———

In eo erat *tegit* & *refert.* Ductus orationis, & futurum *notabit* ita legendum poſtulat.

Ibid. *Dimidium teget & referet.*] ὥστε τὸ μὲ ἡμισφαίριον ὑπὲρ γῆν, τὸ δὲ ὑπὸ γῆν ὑπολαμβάνεσθαι. vt iam diximus.

Ibid. *Dimidium teget & referet.*] Tangit definitionem Orizontis. Orizon eſt κύκλος ὁ διορίζων τό, τε φανερὸν καὶ τὸ ἀφανὲς μέρος τοῦ κόσμου.

Ibid. *varioque notauit Fine.*] Locus deprauatus. Legendum profectò. ——— *varioque notabit*

Fini cum viſu pariter ſua fila mouentem.

v. 13. *Hic terreſtris erit.*] Quaſi reliqui omnes ſint cæleſtes. Sed cur terreſtris potius, quam cæleſtis, ſi tam extremum Cæli, quam Terræ præcingit? Hoc puto, quia ὁ ζωδιοφόρος Orbis mechanici, qui inſtar eſt terræ, eſt loco orizontis.

v. 14. *Et mundum plano.*] *Plano* χθαμαλῷ. vnde *de plano legere*: item *Planipedes* χαμαίποδες. Atque omnino ὁ ὁρίζων eſt circulus iacens, vt illi πρὸς ὀρθὰς Meridianus eſt circulus ſtans.

v. 15. *Atque trahens a ſe titulum.*] Inepte. Optime Gemblac. *Atque a fine trahens titulum, memoratur Orizon.* ὁρίζων enim eſt finitor.

v. 16. *His addunt aliquos.*] Rectiſſime Codex Gemblacenſis: *His adice obliquos, diuerſaque fila trahentes.*

Ibid. *His adice.*] Altero I extrito dicebant Adicio. Sic Reicio. — *reice capellas.* Inde reicinium dictum vult Varro. In Apoteleſmatis: — *adice & ciuilia bella.*

Ibid. *Obliquos.*] Nam vterque obliquus, Zodiacus & Lacteus. Non poterat hæc egregia emendatio ſine optimo codice præſtari.

v. 18. *Alter habet.*] ὁ ζωδιακός, quem primo loco deſcribit. Zodiacus ac Galaxias hoc habent commune, quod non λόγῳ θεωρητοὶ, vt reliqui omnes ſphæræ circuli, ſed ſenſiles ſunt. Vterque enim viſu notatur. Propterea ambos vno capite complectitur. Habent & commune, quod, vt diximus, vterque obliquus eſt.

v. 21. *Exercent varias natura lege choreas.*] Varro de omnibus ſtellis id dixit:

Quum pictus aer feruidis late ignibus

Cæli choreas aſtricas oſtenderet. & ipſe Manilius lib. ſequenti.

Signorumque choros, ac Mundi flammea tecta.

Et vetus Sphæra: τρῶτος χορείας κύκλον ἡγεῖται χορός, quanquam duas

duas tantum ſtellas veteres Magiſtri *χορευτὰς ἀστέρας* vocarunt, nempe duas illas de tribus, quæ in cauda Cynoſuræ circa polarem, quæ immobilis videtur eſſe, circunducuntur, in morem ſaltantium. Hyginus: *Sed in prioribus caudæ ſtellis vna eſt infima, quæ Polus appellatur, vt Eratoſthenes dicit, per quem locum ipſe mundus exiſtimatur verſari. Reliquæ autem duæ χορευταὶ dicuntur, quod circum polum verſentur.* Scholia Germanici: *Supra alias decem, quæ præcedunt, & dicuntur* LVDENTES, *& maxime altera, quæ vocatur Polus.* Fortaſſe LVDIONES. Id enim *χορευταί*. Sed nihil mutamus.

v. 27. *tantoque notari.*] Lege —— *tantuſque notari Mente poteſt.* —— Vt etiam Gemblacenſis habet. Non eſt, inquit, *λόγῳ θεωρητὸς*, vt alij, ſed *αἰσθήσει καταληπτός*. neque vtique *ἀπλατεῖς*, vt illi: *Sed nitet ingenti ſtellatus balteus orbe.*

v. 29. *balteus orbe.*] *Ζῳδιακὸν* Arabes المنطقة *Almantica*, ſeu نطاق *Nitac.* vocant. Vtrunq. balteum, ſiue *ζωστῆρα* ſignificat. Auctor Alcabicij: *Mantica eſt circulus, qui latus eſt in medio, & in ligatura ſtrictus, & habet ſignificare circulum Zodiaci.* Quibus verbis deſignatur, ita deſcribi ſolitum, vt pingitur a Manilio. Nam latæ faſciæ modo pingebatur, qua ſi quis præcingat ſe, a tergo quidem latam & explicatam habebit: ad vmbilicum autem, vbi eſt nodus præcinctionis, ſtrictam. Quis dubitat latam faſciam ibi ſtringi, vbi nodus fit? Hoc dixi: quia in illum locum Alcabicij doctus amicus noſter *μαργαρίτης* ea de penetralibus Mathematices eruit, quæ huic loco alieniſſima ſunt. Iudæi artis magiſtri vocant Zodiacum חֵשֶׁב אֲפוּדַת הַגַּלְגַּל opus Phrygionarium, id eſt limbum textilem.

v. 32. *bis ſex lateſcit.*] Tribus circulis parallelis balteum Signiferi conſtare veteres ſcribunt. quorum duo extremi latitudinem circuli definiunt: medius in duas æquales partes, quæ ſunt ſenum graduum, baltei latitudinem diuidit. Mechanici *ταινίας* vocant. Achilles Statius de Zodiaco: *ἔχει δὲ καὶ ἐγχαράξεις τρεῖς, ἃς οἱ μαθηματικοὶ ταινίας καλοῦσιν. ἔστι δὲ ὁ κατακεχαραγμένος ἐν τῇ σφαίρᾳ κηρῷ μεμιλτωμένῳ.* Veteres illi latitudinem huius circuli ſecundum *τὰς τῶν πλανητῶν παρόδους* definiuerunt. Quod ſi ſequimur, non iam ſenum graduum, ſed octonum partes illas duas deſcribemus. Nam maxima Veneris *παρόδος* eſt fere partium VIII. Ita non bis ſex, ſed bis octo lateſcet faſcia partes. Illuſtris

Picus Mirandula, quum legeret Zodiaci faſciam in XII gradus patere, putauit neceſſarium eſſe, vnum quodque Signum XII graduum latitudinem habere: ita vt latitudinem Zodiaci περὶ τὰ ζωδίων πλάτη, non autem περὶ τὰς πλανωμένων περιστάσεις accipiat. Mendoſe. Nam quædam ζώδια non in tantum patent, quædam etiam in longius. puta, Tauri pes extra Zodiacum procedit: & ex duobus Piſcibus is, qui Auſtralis eſt, multum extra Zodiacum περιστάσει. Geminus: Ἐπὶ δέ τινα τῶν ιβ ζωδίων οὐχ ὅλα κεῖται ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ· ἀλλ᾽ ἃ μὲν ἐστι βορειότερα αὐτοῦ, καθάπερ ὁ λέων, ἃ δὲ νοτιώτερα, καθάπερ ὁ σκορπιός. Locus Mirandulani eſt libro ſeptimo contra Aſtrologos. Ad rem. Zodiacus dupliciter accipitur, aut Solis, aut aliarum vagantium ratione. Solis quidem ratione dicitur ἐκλειπτικὸς κύκλος, ἡλιακὸς κύκλος, ὁ διὰ μέσον τῶν ζωδίων κύκλος. Propter alios vagantes dicitur πλατὺς κύκλος, vt hic Faſcia. Et quanta erit vagantium maxima in vtranque partem περίστασις, tantam eius latitudinem eſſe ponendum.

v. 33. *Quæ cohibet vario labentia ſidera curſu.*] Eius fiens in latitudinem non egredi ſidera, falſum iam demonſtrauimus. Nam ζώδια quædam etiam extra ſex gradus promota ſunt, vt ſupra oſtendimus: Venus autem etiam vſque ad VIII euagatur. Sed πλατύτερον hæc accipienda ſunt.

Pag. 22. v. 1, *Alter in aduerſum.*] ὁ γαλαξίας: qui quidem nullum in Sphæra vſum habet. Sed quia abſolute τὴν περὶ τοῦ οὐρανοῦ πραγματείαν perſequitur, ponendus neceſſario fuit. Veteres tamen & in Sphæra ſolida ponebant. Achilles: ὁ γαλαξίας ἐστὶν ὁ ἐν τῇ σφαίρᾳ κατακεχαραγμένος κύκλος λευκός. Arabes vocant طريق اللبانة viam lactis.

v. 2. *& paulum a Boreæ gyro.*] Gemblac. *Et paulum ad Boreæ gyros.* Quod non ſequar.

v. 3. *Tranſitque inuerſa.*] Inuerſam Caſſiepeam vocat περὶ τῆς ἀστροθεσίας. Capite enim cernuans occidit κυβιστῆρος δίκην. Aratus:

—— τῆς δ᾽ οὐκέτι οἱ κατὰ κόσμον
φαίνεται ἐκ δίφροιο, πόδες καὶ γούνατ᾽ ἐόντα.
ἀλλ᾽ ἥγ᾽ εἰς κεφαλὴν ἴσα δύεται ἀρνευτῆρι
μειρομένη γονάτων. — Marcus Tullius:

—— *neque ex cælo depulſa decore.*
Fertur. Nam verſo contingens vertice primum

Terras

Terras, poſt humeris, euerſa ſede refertur. Hyginus: *Hæc occidens, Scorpione exoriente, capite cum ſedili reſupina ferri perſpicitur.* Hunc geſtum cadentium in pronum cernuationem & cernulationem veteres dixiſſe, in Feſtum notauimus ex Varrone & Gloſſariis. Apuleius Mileſia nona: *ſuper menſam caruleus corruens.* Legimus *cernulus corruens.*

v. 5. *Aquilamque ſupinam.*] Hoc contra Aſteriſmos, qui μετάφρενον eius nobis obuerſum pingunt, & Theonem, qui τὰς μορφώσεις vultibus in cælum, tergis in nos conuerſis κεχαραγμένας teſtatur.

v. 10. *Centauri alterius.*] Auſtralis, qui & Chiron.

v. 12. *Geminoſque per imum.*] *per ima.* & ita Gemblacenſis. Intelligit autem pedes Geminorum.

v. 17. *Quotiens præciditur ipſe.*] Hoc eſt, διχοτομεῖ, καὶ διχοτομεῖται. Nam duo ſunt magni Circuli idem centrum cum Sphæra habentes. Interſecant igitur ſeſe.

v. 22. *Ac veluti virides.*] Subintelligendum τὸ QVVM. Vt in Ætna. *Ac veluti reſonante.* Vide quæ in illum locum adnotamus.

v. 24. *Inter diuiſas æqualibus.*] Proculdubio legendum:
Inter diuiſas æquabilis eſt via partes.

v. 28. *Candidus in nigro.*] Nigro, κυανέῳ.

v. 29. *Caruleum findens.*] Aratus:
——κεκασμένον εὐρέϊ κύκλῳ Οὐρανόν.——

v. 32. *Et reſupina facit.*] Suſpicere facit homines. Eleganter. Ex admiratione reſupinant homines vultus ad intuendum Galaxian. Accepit ab Arato, vbi de Galaxia.
——τημόσδε σεῖ φρένας ἵκετο θαῦμα.

Pag. 23. v. 2. *Num ſe deductis.*] *Diductis.* Semper ita erratum fuit in hoc auctore.

v. 3. *Seminibus.*] Lego *Segminibus*: hoc eſt ἡμισφαιρίοις. In eos hæc dicuntur, qui putabant τὸν γαλαξίαν ἐκ συμβολῆς τῶν δύο ἡμισφαιρίων ζυνεστηκέναι. Quis dubitet *ſegminibus* pro *ſeminibus* legendum? Stipitem prorſus eſſe oportet, qui hoc non videat. Nam quid eſt *deductis ſeminibus?*

Ibid. *Segminibus.*] Contra dixit infra: — *duplicіſque extrema cauernæ Conueniant, cælique oras, & ſidera iungant.* Nam ibi cæli oras, vt hic ſegmina. Si enim ſegmina, ergo oras habent.

v. 3. *raraque labent compage carinæ.*] Carinam τὴν ψαλίδωσιν καὶ καμάραν.

καὶ καμάρωσιν vocauerit; ſi quidem mendo locus vacat. Sed Gemblacenſis habet: ——— *raraque labent compagine rimæ.* Optime. Non indigent interprete.

v. 4. *laxato pectore lumen.*] Vitioſe, vt paret. Gemblacenſis recte. *laxato tegmine.* Hæc omnia luculentiſſima ſunt.

v. 8. *cælique oras & ſidera tangant.*] Melius Gemblac. *& ſidera iungant.* quanquam τὸ *ſidera* ſuſpectum eſt. Neſcio, an Manilius ſcripſerit, & *fœdera iungant.* Nam quia federa ſcriptum erat ſine diphthongo, inde anſa librario deprauandi locum. ἓν διὰ δυοῖν, Maniliane orarum fœdera.

v. 9. *Perque ipſos iungat.*] Repone ex Gemblac. *Perque ipſos fiat nexus.* Manifeſta ſententia.

v. 11. *Clara compagine verſus.*] Fortaſſe ſcripſerit Manilius: *compagine rurſus.*

v. 14. *Illac Solis equos.*] Ariſtoteles: οἱ δὲ τὸν ἥλιον τοῦτον τὸν κύκλον φέρεσθαί ποτε. Tu vide locum.

Ibid. *diuerſis curribus iſſe.*] Profecto legendum *curſibus*, vt habet Gemblac.

v. 16. *Exuſtas ſedes.*] οἷς δὲ ἐν διακεκαῦσθαι τὸν τόπον τοῦτον, ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο πεπονθέναι πάθος ὑπὸ τῆς φορᾶς αὐτῶν.

v. 19. *Fama etiam antiquis.*] Opinio Pythagoreorum. Ariſtoteles.

v. 24. *Orbemque regentem.*] Gemblac. — *orbemque rigentem.* Nihil verius. Nam qua currus Solis ibant, erat flammea & ignea via. nunc diuerſis curſibus Solis, eam viam rigentem factam. Sic in ſecunda Inſtitutione:

Æternas ſuperare niues, orbemque rigentem
Prona Lycaoniæ ſpectantem membra puellæ.

v. 26. *Errantes nutu flamas.*] χειρολογία. nutu σημειώσει.

v. 27. *curuiſque quadrigis.*] Curuas quadrigas vocat equos ab orbita deflectentes. vt quum ſcilicet funales equi ἀτακτοῦσι, neque directam orbitam tenent. Tunc enim vere curuum σχῆμα efficiunt. neque vero aliter ſentit Sidonius in Narbone:

Incuruantur equi. proterua currum
Intrat turba rotas. ———

v. 33. *faciem ſeruantis caſus.*] Gemblac. *reſerantia caſus.*

Pag. 24. v. 1. *Mollior e niueo.*] Ita interpungendum.

Nec mihi celanda eſt fama vulgata vetuſtas

Mollior

Mollior: e niueo lactis fluxiſſe liquorem Pectore, &c. Molliorem famam vocat comparatione illius Phaethonteæ, quæ violentior eſſe videtur.

v. 3. *cæluṁque colore Infeciſſe ſup.*] Rhetorum eſt πείθειν, Philoſophi ἀποδεικνύειν. Ita eorum ſunt ἔνδοξα ἐπιχειρήματα: huius ἀπόδειξις. Sed & Rhetor interdum ἀποδείξει vtitur, & Philoſophus ἐνδόξῳ ἐπιχειρήματι. Nam ἔνδοξα ἐπιχειρήματα multum poſſunt poſt ἀποδείξεις. Sic Manilius poſt ἀποδείξεις de Lacteo circulo ἔνδοξα ἐπιχειρήματα e medio vulgi petita, puta fabulam Phaethontis, & de lacte Iunonis adfert: quod ſolet facere aliquando Ariſtoteles: quem non piget interdum fabulas vulgi in medium producere: non vtiq. quod in illis verum ſit, ſed quia a vero ortæ vt plurimum. De lacte Iunonis, præter Grammaticos, & Mythologos, habes plene apud Philoponum in primum Meteoron.

v. 6. *An maior denſa ſtellarum.*] Democriti. πολλῶν καὶ μικρῶν καὶ συνεχῶν ἀστέρων συμφωτιζομένων ἀλλήλοις διὰ τὴν πύκνωσιν συναυγασμὸν τὸ λεγόμενον γάλα ἀποτελεῖν.

Ibid. *ſtellarum turba corona.*] συναυγασμὸς πολλῶν ἀστέρων, vel συναθροισμός.

v. 7. *Contexit flammas.*] συνυφαίνει, συμπλέκει. Sed non deterius eſt, quod in Gemblacenſi legimus. *Connexit flammas.* Sic infra *collato fulgore.*

Ibid. *& craſſo lumine.*] craſſum lumen τὴν πύκνωσιν τῶν φωτισμῶν.

v. 8. *Et fulgore nitet collato.*] *Fulgore collato* τῷ συναυγασμῷ.

v. 9. *An fortes animæ.*] Aliud ἔνδοξον, quod Heroum animæ in Lacteum circulum recipiuntur. Cuius rei fabulæ veterum plenæ. Habes & apud Philoponum in primum Meteoron, Macrobium in ſomnium Scipionis.

v. * *Caſtra Ducum.*] Verſus irreptitius: cuius ἀκροτελεύτιον conformatum eſt ex tertio verſu proœmij libri ſequentis. Præterea non de caſtris, aut bello, aut ſimilibus ſermo, ſed tantum de viris fortiſſimis, & illis, qui aliquo virtutis nomine claruerunt. An dicemus Troiam victam ſub Hectore relatam ad circulum Lacteum? Tamen poteſt fieri eſſe aliquos, quibus has nugas interpretari magis ſit cordi, quam nobis auctoribus illas expungere.

v. 20. *Atque Aſiæ gentes.*] Vitium huius verſiculi non poterat deprehendi

deprehendi ſine ope melioris libri. Gemblacenſis igitur recte habebat:

Atque Aſiæ gentes, & Magno maxima Pella.

Alexander Pellæ natus erat, vt & pueri ſciunt, & Iuuenalis indicat:

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

v. 21. *& ſtrictas pondere mentes.*] Sic locutus eſt in Sphæra barbarica. ——— *ſtrictos nec crede Catones.* Strictos ἰδιοτρόπους, & qui non ſunt κοινωνικοί. Firmicus: *ſtrictos & auaros efficiet.*

v. 24. *& qui fabricauerat illum.*] Fabricam Socratis Platonem dicit, vt Albinouanus opus Cæſaris Brutum a Cæſare informatum:

Et magnum magni Cæſaris illud opus.

v. 26. *Perſidis & victor.*] Xerxes non fuit Perſidis victor, ſed a patre relictæ rex. Sed poëtis familiare reges domitores vocare.

v. 28. *Tarquinioſque minus.*] Neque hic vitioſus locus ſine Gemblacenſi purgari poterat. Habet enim ille liber: *Tarquinioque minus, Reges.* Et Reges omnes Romanorum, minus Tarquinio, excepto vno Tarquinio. Perſpicua & optima ſententia. Omnes Reges Romanorum, præter vnicum Superbum, virtus ſua in cælo aut Lacteo circulo collocauit. Nam Superbus nullis meritis eo peruenire potuit.

Ibid. *& Horatia proles Tota acies pontis.*] Falſum. Hoc enim non ad trigeminos Horatios, ſed ad vnicum eorum gentilem Coclitem pertinet, de quo infra. Gemblacenſis habet *Tota acies partus.* Lego: *Tota acies partis.* Curiatij trigemini fuerunt tota acies Albanorum, vt Horatij trigemini fuerunt tota acies partis ſuæ, id eſt Romanæ: quia non prælio vtriuſque exercitus, ſed dimicationi horum tota fortuna belli commiſſa. Eleganter hoc dictum. Sic in priori apoteleſmatico de eodem dixit: *Nulla acies tantum vicit, pendebat ab vno Roma viro.* Quare veriſſima eſt emendatio noſtra.

v. 31. *Et Romana ferens.*] Ad ſtatuas Coclitis alluſum, quæ cum corona ciuica formabantur. Coronæ autem ciuicæ murorum ſpecie erant.

v. 32. *Et cum militia.*] Gemblacenſis. *Et cum militio.* Legendum: *Et commilitio.* Perſpicuitas & elegantia ſententiæ eſt vicem

cem interpretis. Habes commilitium vocem apud Plin. iuniorem lib. x. epiſt.

v. 33. *qui geſtat in alite Phœbum.*] Tria hæc Phœbi tutela, Coruus, Cycnus, Delphinus. De Coruo & Delphino teſtes habes veteres nummos xv virum ſacris faciundis. In illis expreſſa eſt Delphica tripus Phœbi cum Coruo in inferiori parte, Delphino in ſuperiore. De Cycno & Delphino Martialē ſponſorem dabo.

Campis diues Apollo ſic marinis,
Sic ſemper ſenibus fruare cycnis.

Campas veteres Latini omnia κητώδη, & ingentes piſces vocabant. Vide Feſtum. κατ' ἐξοχὴν igitur Campas marinas vocat Delphinos Phœbo ſacros, vt apparet ex nummis xv virum. Vulgo inepte: *murinis* pro *marinis* legebatur, mendoſius an ineptius. Vnde pugna Lapitharũ Grammaticis nata, quorum σμινθίας Apollines & alia nugatoria miſſa facimus. De Campis, & Hippocāpis vide nō inutilia in iuuenilibus coniectaneis noſtris.

Pag. 25. v. 1. *Et Ioue qui meruit.*] Aſſeruit Iouem, hoc eſt Capitolium a Gallis. Et recte conditorem Romæ Camillum vocat, qui alter Romulus vulgo dictus fuit. Eius autem victoria fuit quaſi quædam vrbis παλιγγενεσία.

v. 4. *& tertia palma Marcellus.*] Propter tertia opima. Eſt autem λέξις ἐγκαταπεσμένη, *Marcellus tertia palma.* Vt apud Virgilium in Culice:

Hic & fama vetus nunquam moritura per æuum — Curtius.—

In Bucolico:

Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum.

v. 6. *Certantes Decij votis.*] Gemblac. *Certanteſque Deci votis.*

v. 7. *Inuictaſque mora Fabius.*] Gemblac. *Inuictuſque mora Flauius.* nimirum priſcam eius nominis ſcripturam ſub vitioſa lectione refert. Fauius enim veteribus illis ſcribebatur, non Fabius. Fauia apud priſcos erat fouea. Vnde Fauij dicti, quod auctor gentis eſt ita dictus a fouea, ſiue fauia, ad quam eius matrem compreſſerat Hercules.

v. 8. *ſocio per bella Nerone.*] Eadem paulo poſt locutio importune repetitur. —*ſocio per templa Tonante.* Et nimius eſt in hiſce taurologiis Manilius.

v. 11. *Ante Deum princeps.*] Deum Cæſarem. Hiſtoriis Græcis Καῖσαρ ὁ θεὸς vt Diodoro. Pompeius igitur ante Cæſarem

erat princeps Reipublicæ, vt poſt eum Cæſar, qui θεός.

v. 12. *& Claudia magna propago.*] Magis placet *& Claudi magna propago*, vt in Gemblacenſi. quanquam *clauſi* legendum tunc fuerit. Clauſus enim auctor Claudiæ gentis.

v. 14. *matriſque ſub armis.*] Matrem, niſi fallor, vocat Octauiam, quæ ſocrus erat. Eius enim filiam Marcellam vxorem duxerat Agrippa. Hæc omnia in gratiam Auguſti. Gemblacenſis hic corruptus eſt.

——— *matriſque ſub armis Miles Agrippinæ. ventriſque.* ———

Hoc moneo, ne quis putet aliquid boni in illo monſtro lectionis latere. Nam iudicio opus eſt in veterum codicum lectione. neque omnium eſt illis bene vti. Sed quare Agrippa miles ſub armis matris ſuæ? An ſtrenuus ille dux militauit ſub matre ſua? Itaque nugatoria hæc ſunt, & locus eſt deprauatus. Suſpicor poetam ſcripſiſſe. — *Martiſque ſub armis Miles Agrippa ſui.*

v. 17. *Quod regit Auguſtos*] *Auguſtus.* Et ita Gemblacenſis. Sed quare dicit cælum regi ab Auguſto, quod nondum tenebat? id eſt, in quod nondum relatus erat. Hoc mortuo Auguſto melius conueniebat. Neque huc illud facit hilum: *Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.* Nam terras ab Auguſto, cælum a Ioue regi dicit.

v. 19. *Altius ætherei.*] Poſt finem antecedentis verſus ponenda τελεία diſtinctio. Nam hoc vult: altius, quam patet Galaxias, ibi eſſe ſedem Deorum: ſecundum illam Galaxias eſt ſedes Heroum.

Ibid. *Altius ætherij qua.*] Subaudiendum τὸ QVAM. Altius quam qua patet Galaxias. nimirum cælum. Eiuſcemodi particulas QVAM, QVVM, VT, a poetis reticeri non raro, alibi non ſemel docuimus.

v. 21. *Qui virtute ſua ſimiles.*] Similes Diuis, ἀντίθεοι, ἥρωες. Veſtigia Diuum. Cælum. Catullus:

Ac quanquam me nocte premunt veſtigia Diuum.

v. *. *Sunt alia aduerſo.*] Hi quatuor verſus, quam importunè hic poſiti ſint, ſatis fidem fecerit principium. Nam hoc modo ſequeretur, hactenus tantum tractatum eſſe de ſtellis: & proinde recte continuari ſermonem de Planetis. Atqui de circulis recenter & Galaxia actum eſt, & quidem prolixiſſime. Præterea ſi hoc admittimus, ergo circuli ſunt ſidera. Sunt alia, inquit, ſidera

ſidera quinque. Ergo quæ proxime dicta ſunt, ea quoque ſidera. Atqui circuli ſunt. Ergo circuli ſunt ſidera. Vides ἀποτίαν. At quomodo poſt quatuor verſus reiecti recte cohæreant, mox patebit.

v. 23. *Hic prim.*] Gemblac. *Ac prim*, Poteſt etiam ferri, *At prim.* Nam dixit ante, Hæc eſt Heroum ſedes, & tempus erat iam ad alia tractanda ſtilum conuertere. Sed tamen reuocat me cognata materia Cometarum. Abſolutis enim iis, quæ de lacteo circulo dici poterant, antequam libro coronidem imponat, cognatam circulo lacteo materiam de Cometis ſubiungit. Recte Manilius, vt alia, Cometas ſtatim Galaxiis ſubiungit. Cognatam enim Cometarum & Galaxiæ materiam dicit Ariſtoteles: ὡς εἴπερ καὶ περὶ τῶν φαινομένων κομητῶν ἀποδεχόμεθα τὴν αἰτίαν ὡς εἰρημένην μετρίως, καὶ περὶ τοῦ γάλακτος τὸν αὐτὸν ὑποληπτέον τρόπον ἔχειν. Alioquin & ad Aſtrologiam hæc quoque materia pertinet, quatinus Aſtrologi in Cælo primos effectus ponunt: ſecundos in regione, quæ eos & Lunam intereſt. In Cælo quidem ſunt ſtellæ, quæ dicuntur μετέωρα: & vocantur Signa prima. Infra Cælum ſunt, quæ vocantur μετάρσια, quæ & Ariſtoteli μετέωρα, καὶ φθαρτικά, vt κομῆται, πωγωνίαι, διάττοντες, δοκοί: Et ſunt quæ Aſtrologis Signa ſecundaria dicuntur: quod ſecundas a Stellis vires habeant. Hermes ἐν Καρπῷ: οἱ διάττοντες, καὶ οἱ κομῆται δευτέραν φέρουσι τῶν ἀποτελεσμάτων. Item: ὅτι δηλώσει ἡ ἐνέργεια διάττοντός τι, χρῶ συμφώνοις καὶ τοῖς φθαρτικοῖς ἄστροις, ἤτοι τοῖς δευτερείοις. Sed, vt dixi, non tanquam Aſtrologus hæc addidit Manilius, ſed tanquam Phyſicus, & implendæ Mundi Sphæræ. Nam totus hic liber Phyſicus eſt, non Aſtronomicus.

Implenda eſt Mundi facies.] Nam implendæ Mundi faciei poſt ſtellarum, & circulorum doctrinam, deerat τῶν μετεώρων tractatio.

v. 25. *Quicquid vbique nitet.*] Tractaturus de omni corpore, quod in Cælo nitet, vt ipſe loquitur, memor a ſe planetarum quinque mentionem nullam factam, eam obiter huc reiicit, vt ab eis, ad reliquos ignes, qui ſub Luna fiunt, opportune tranſeat.

Ibid. *Quicquid vbique nitet.*] Poſt hunc verſiculum reiiciendi ſunt illi quatuor de quinque Planetis; quos non ſolum antecedentia, ſed etiam ſequentia huc pertinere probant: antecedentium quidem abſurditas, ſi quidem ibi relinquantur:

conſequentium autem conuenientia. Nam quia dixit:

Sunt alia aduerſo pugnantia ſidera Mundo: poſtea recte ſubiicit:

Sunt etiam raræ ſortis natalis euntes.

v. 26. *Sunt alia aduerſo.*] Quia dixit ſe velle tractare de eo, quodcunque viget, & nitet in Cælo. at nondum de Planetis tractauit, quum ſupra inerrantes omnes deſcripſerit, propterea nunc ipſorum Planetarum nomina ponit, quia ſunt inter ea, quæ corpus per omne vbique nitent, & vigent.

Ibid. *Sunt alia aduerſo.*] Alia præter ea, quæ in capite τ͂ ἀπλανῶν memorauimus. Septem vagantes Græci vocant πλανήτας, Nigidius Errones, Aratus μεταιάτας. Eos vno verſiculo comprehendit vetus poeta. Μήνη, Ζεὺς, Ἄρης, Παφίη, Κρόνος, Ἥλιος, Ἑρμῆς.

Ibid. *pugnantia.*] ἰδιωτίζει. Nam τῷ παντὶ nihil contrarium.

v. 30. *Sunt etiam raræ ſortis.*] Præter quinque illos Errones, ſunt etiam alij ignes, quos quidam ſtellarum numero habent.

Ibid. *raræ ſortis natalis.*] ἰδιοτρόπου γενέσεως, ἀλλοκότου φύσεως. Sed cõtra Seneca: *Cometas æternos eſſe, & ſortis eiuſdem, cuius & cætera.*

Ibid. *euntes Protenus.*] Hic *protenus*, vt apud Virgilium: *Protenus æger ago.* — Sunt autem διάττοντες, non qui proprie Cometæ dicuntur. In quibus potes etiam numerare quæ dicuntur σέλα. Seneca fulgores vertit. *Hi*, inquit, *fulgores dicuntur: quia breuis facies illorum & caduca eſt, nec ſine iniuria decidens. Sæpe enim fulminum noxas ediderunt. Ab his tecta videmus icta, quæ aſtrapoplecta Græci vocant.* Virgilius:

Illam ſumma ſuper labentem culmina tecti
Cernimus Idæa claram ſe condere ſilua,
Signantemque vias: tum longo limite ſulcus
Dat lucem, & late circum loca ſulfure fumant.

v. 32. *tractaſque perire Cometas.*] Cometas genus facit, eiuſq. ſpecies σέλα, διάττοντας, δαλούς. Sunt enim, quos ipſe tractos vocat. Operæ autem hos duos verſus loco ſuo luxarunt. Reponendum enim ita:

Sunt etiam raræ ſortis natalis euntes
Protenus, & raptim ſubitas candeſcere flammas
Aera per liquidum. —

v. 33. *Rara per ingentes.*] In genere omnes Cometas raro contingere; & ſcimus omnes, & Ariſtoteles cauſſam docet: τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι πολλοὺς, μηδὲ πολλάκις κομήτας, αἴτιος ὅτι τοῦ ἡλίου, καὶ ἡ τῶν

ἄστρων

ἄστρων κίνησις οὐ μόνον ἐκκρίνουσα τὸ θερμὸν, ἀλλὰ καὶ διακρίνουσα τὸ ζωπυ-ρούμενον.

v. 33. *per ingentes viderunt.*] Quod ſæpenumero bellicos metus antecedant.

Pag. 26. v. 2. *Humidior ſicca.*] Humidiorem ſpiritum vocat τὴν τοῦ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τῇ γῇ ὑγροῦ ἀτμίδα. Siccam auram τὴν αὐτῆς τῆς γῆς οὔσης ξηρᾶς καπνώδη ἀναθυμίασιν. Ariſtotel.

v. 6. *flamma capacem.*] Melius *rapacem.* id eſt τὸ ὑπέκκαυμα. Ariſtotel.

v. 8. *Principia aurarum.*] ἀρχὴν πνευματώδη. Ariſtotel.

Ibid. *volucrique ſimillima fumo.*] καπνώδη σύστασιν. Ariſtotel.

v. 10. *pariterque cadunt fulgente Cometa.*] Breuiſſima illis mora eſt: quum pereant ipſo Cometa fulgente. Vix Cometa fulgere incipit, quum ecce ſtatim exoleſcunt, vt loquitur Seneca. Nam & hic quoque Cometæ eſt genus. Magis tamen placet, quod olim emendabamus, — *fugiente Cometa.* Nam ita potius ſententia poſtulare videtur.

v. 11. *Quod niſi vicinos.*] Plinius: *breuiſſimum, quo cernerentur, ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt: longiſſimum octaginta.* Quidam doctus vir ſuis ad Senecam Notis, quia ſciebat a Seneca Cometem viſum ſex continuos menſes, putabat in Plinio legendum CLXXX. Sed fruſtra eſt. Nam hæc Plinij fuit opinio, & aliorum veterum. In quo tamen eum falli tum exemplum a Seneca adductum, tum experientia ipſa conuincit. Obſeruauimus enim Cometem per dies pluſquam CX. Non pigebit adſcribere locum ex Nicephoro Gregora inſignem de Comete: κομήτης ἐπιφανὴς περὶ τὸ τοῦ ταύρου δωδεκατημόριον περὶ τὰ ἑωθινά καὶ ὄρθρια τῆς νυκτὸς φαινόμενος μικρὸν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα. καὶ ὅσον ὁ ἥλιος παρήλαυνεν εἰς τὰ ἑπόμενα, τοσοῦτον καθ' ἡμέραν εἰς πλέον ἠρέμα διΐστατο τοῦ ὁρίζοντος, ἕως καὶ αὐτὸ δὴ τὸ μεσουράνημα ἤδη παρήλλαξεν. ὁπότε γὰρ ὁ κομήτης τὰ πρῶτα φαίνεσθαι ἤρξατο, τὴν θερινὴν ὁ ἥλιος ἄρτι ἐποιεῖτο δίοδον τὸν καρκῖνον. ὁπότε δ' αὐτὸς ἐμαράνθη, καὶ ἀφανὴς ἦν, τὰς φθινοπωρινὰς ὁ ἥλιος ἐποίει τροπάς. ὡς γίνεσθαι τὸ ἀπὸ θερινῆς τροπῆς, μέχρι τῆς φθινοπωρινῆς, τριῶν δωδεκατημορίων διάστημα, ὅπερ ὁ ἥλιος ἤλασε τοῦ κομήτου περὶ τὸν ταῦρον ἑδραζομένου, καὶ ἠρέμα ἑαυτὸν ἀναλίσκοντος. Inſignis locus. Propterea hiſtoriam verbis ipſius ſcriptoris adducere placuit. Vbi nota de Cometa cum Sole ſurgente, & interdiu apparente. item de tempore durationis a Solſtitio, ad æquinoctium autumnale, nempe

dies CIII, aduerſus Plinij ſententiam; vt etiam monuit Frater Martinus ordinis Prædicatorum, ſcribens ſub Iohanne XXI Papa ante annos CCC: *Anno Domini* MCCLXIII *Cometes tam notabilis apparuit, qualem nullus ante tunc viuens viderat. Ab oriente enim cum magno fulgore ſurgens, vſque ad mediũ hemiſpharij, verſus occidentem, comam perlucidam pertrahebat. Et licet in diuerſis mundi partibus forte multa ſignificauerit: hoc tamen vnum pro certo compertum eſt, vt quum plus quam per tres menſes durauerit, ipſo primo apparente, Papa* (Vrbanus IV.) *cœpit infirmari: & Cometes diſparuit.*

v. 14. *Immenſum.*] *Immerſum.*

v. 15. *Tum quia non vna ſpecie.*] Omnino ad verbum Ariſtot. interpretatur. Ille enim τὰ σχήματα vult accidere ὅπως ἂν τὸ ἀναθυμιώμενον τύχοι ἐσχηματισμένον. ἐὰν μὲν πάντῃ, κομήτης. ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος, καλεῖται πωγωνίας, &c.

v. 20. *tenuiſque capillos.*] *Capillus.* Et ita Gemblacenſis.

v. 21. *Diffuſos radiis.*] Et tunc eſt verus κομήτης, vt iam ex Ariſtotele docuimus.

v. 22. *Nunc prior hac facies.*] Gemblacenſis. *Nunc prior hac ſpecies.*

v. 23. *Et globus.*] Et fit πωγωνίας.

v. 24. *Interdum æquali.*] δοκίς.

Ibid. *compagine.*] ἀκυρολογία. In trabe aut parallelepipedo nulla eſt compago, aut ἁρμογή.

v. 26. *Quin etiam tumidis.*] πιθίας, πιθίτης, πιθώδης. Tot modis enim dictum video.

Ibid. *paruoſque capillos.*] Totus locus ita legendus:

Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero diſtenta vtero. paruoſque capillos
Mentitur paruos ignis glomeratus in orbes.

Nam & Gemblacenſis habebat *glomeratus.* Sed in eodem male erat *Partoſque capillos.* Quidam prurito innouandi dixiſſet rectam eſſe lectionem, & innui Parthos capillos, quia Parthi comati. Vnde quum ægrotante Veſpaſiano, paulo ante deceſſum eius nunciatum eſſet, cometen apparere: eluſit portentum interpretatione, & ad Parthorum regem, qui comam paſceret, non ad ſe, dixit pertinere. Certe non defuturi ſunt, quibus hoc commentum arridebit.

Ibid. *paruoſque capillos.*] βοστρυχίτας.

glomeratus

glomeratus in orbes.] Perſiſtit in tralatione. Nam orbis etiam dicitur βόστρυχος & cincinnus.

v. 29. *Hirta, figurantis.*] Legendum:

Hirta figuratur tremulo ſub lumine meßis.

Ariſtoteles: ἂν πλάτος ἔχῃ καὶ μῆκος τὸ ὑπέκκαυμα, πολλάκις ὁρᾶται καιομένη φλὸξ, ὥσπερ ἐν ἀρούραις καιομένης καλάμης. Hirtos cometas ſimpliciter vocat Plinius. Sed melius veteres libri, qui habent HIRCI. αἶγες quoque ſunt in Cometis.

v. 30. *Lampadas & fiſſas.*] Legendum:

Lampadias fiſſus ramoſos fundit in ignes.

Plinius libro II. capite XXV. *Lampadias ardentes imitatur faces.* Fiſſus accuſatiuo plurali τὰς σχίσεις. Sic apud Tertullian. libro de caſtitate Sancitus pro Sanctione. *Ob priſtinum de Virginitate ſancitum.* qui locus male vulgo capitur. λαμπαδίας κομήτης, qui aliter λαμπὰς Senecæ & Achilli Statio. Lucanus:

Nunc iaculum longo, nunc ſparſo lumine lampas
Emicuit cœlo. ———

v. 32. *Quum vaga per liquidum.*] Gemblac. *per nitidum.*

Ibid. *Scintillant lumina.*] Scintillatione fiunt αἶγες. Ariſtoteles: ἐὰν πλέον τὸ ὑπέκκαυμα ᾖ κατὰ τὸ μῆκος, ἢ κατὰ τὸ πλάτος· ὅταν μὲν οἷον ἀποσπινθηρίζῃ ἅμα καιόμενον (τοῦτο δὲ γίνεται διὰ τὸ παρεκπυροῦσθαι, κατὰ μικρὰ μὲν, ἐπ' ἀρχὴν δὲ,) αἶξ καλεῖται.

v. 33. *Et tenues longis iaculantur.*] κυριολογία. Nam inde ἀκοντισταὶ dicti ſunt Ptolem. Aliis ἀκοντίαι, vt Plinio.

Pag. 27. v. 1. *Exuruntq; procul.*] Legendum *Exurguntque procul.* πόρρωθεν διάττουσι, vel potius ἐξάττουσι. Inde διαδρομαὶ dicuntur Ptolem.

Ibid. *Volucres imitata ſagittas.*] ἀκοντίαι.

v. 5. *Ætnamque imitatur Olympo.*] Gemblacenſis, *Ætnamque minatur Olympo.* Sed vulgata lectio vera.

v. 12. *ſpirantis ſemina terræ.*] Qua in hæreſi Ariſtoteles: hæc omnia κατ' ἀναθυμίασιν τῆς ἐκ γῆς ξηρᾶς συνίστασθαι καὶ διεκπυροῦσθαι.

v. 16. *Siue igitur ratio.*] Reſumit, quod longo hyperbato interruperat ſupra: *Siue quod ingentem terra ſpirante vaporem, &c.*

v. 15. *Imbribus in mediis.*] Gemblac. *Imbribus & mediis.* Fortaſſe, *Imbribus e mediis.*

v. 17. *Inuolucres ignes.*] Lege:

Inuoluens

Inuoluens ignes potuit generare Cometas.

Potuit generare poetice, generauit.

Ibid. *Inuoluens ignes.*] ἐκπυρούμενα, ſcilicet ὅταν εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ ἀρχὴ πυρώδης. ex Ariſtotele.

v. 18. *ob cuncta creauit*] Legendum : *ob iuncta* vel *ſub iuncta.* Siue, inquit, id fiat κατ' ἔξαψιν ἢ συναυγασμόν. Eſt opinio Democriti & Anaxagoræ : qui dicebant τὸν κομήτην nihil aliud quam σύμφασιν τῶν πλανητῶν ἀστέρων, ὅταν διὰ τὸ πλησίον ἐλθεῖν δόξωσι θιγγάνειν ἀλλήλων. Videntur autem id ab Ægyptiis didiciſſe, qui credebant τῶν πλανητῶν συνόδους καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς ἀπλανεῖς γίνεσθαι. Vnde ſciſcebant, Cometen eſſe σύνοδον ἀστέρων δύο ἢ καὶ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν, quod hic intelligitur per *iuncta ſidera.* Mirum vero non reſumere id, quod ſupra dixerat : *Sunt autem cunctis permixti partibus ignes.* Nam hoc concludendum erat : Quia Cælum paſſim ignibus fœtum ſit, ignem ex ſe ſibi ad ὑπέκκαυμα corripiendum ſuppeditare.

v. 20. *Sed trahit.*] *Seu trahit.* Opinio Pythagoreorum & priſcorum magnæ Græciæ Philoſophorum. Ariſtoteles : τῶν δὲ Ἰταλικῶν τινὲς καὶ τῶν καλουμένων Πυθαγορείων ἕνα λέγουσιν αὐτὸν εἶναι τῶν πλανητῶν ἀστέρων. ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τε χρόνου τὴν φαντασίαν αὐτοῦ εἶναι καὶ τὴν ὑπερβολὴν ἐπὶ μικρόν. ὅπερ συμβαίνει καὶ περὶ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ ἀστέρα. διὰ γὰρ τὸ μικρὸν ἐπαναβαίνειν, πολλὰς ἐκλείπει φάσεις. ὥστε διὰ χρόνου φαίνεται πολλοῦ.

v. 21. *Inuoluitque ſuo*] Tunc dicuntur ὕπαυγοι. Vulgus combuſtos dicit.

v. 22. *At modo dimittit.*] Tunc dicuntur ἔξαυγοι. Res autem ipſa ὑπόλειψις, explicatio a radiis Solis: abſtantia a Solis radiis, vt Vitruuianum verbum vſurpem. Tunc enim Planeta abſiſtit a Sole, vel Sol a ſtella fixa. Ponamus Solem in prima parte Arietis : item Mundi integram reuolutionem XXIV horarum: Solem autem ipſum proprio motu partem vnam confeciſſe, ita vt duæ iam partes ſint: ſane Sol in ſecunda parte Arietis deprehendetur, altera parte motu ipſius Mundi, altera proprio expatiatus. Hoc proprie eſt ὑπόλειψις. Proprius igitur motus cauſſa eſt ὑπολείψεως. Sic in ſtella Mercurij. Nam quum æquale propemodum cum Sole curriculum cõficiat, propterea raro videtur. Quia vero exiguos tranſcenſus facit, quæ Ariſtoteli dicuntur ἐπαναβάσεις, ſæpe tranſgreditur apparentiam ſuam, quam Græci φάσιν dicunt.

Vnde

Vnde raro apparet, vtpote qui circa Solem moueatur. Quare non Sol Planetam, ſed potius Solem Planeta dimittit. Et tunc dicitur Planeta ἔξαυγος ἐστί, καὶ ἡλιακῶς ἀνατέλλει, eius vero φάσις, ἀπόληψις. hoc eſt ἡ μεβία ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ἡλίου.

v. 23. *Et Venus.*] Venus magno ſpatio a Sole recedens ſecundum latitudinem vna eademque die matutina & veſpertina fit. Vnde Veſper & Lucifer dici meruit potius, quam Mercurius.

v. 24. *Serpentem.*] Locus deprauatiſſimus, qui tamen oculatiſſimos ſenſus effugeret. Hic nobis ſuccurrit Gemblacenſis:

——ſicut Cyllenius orbis
Et Venus, accenſo quum ducit Veſpere noctem,
Sæpe nitent, falluntque oculos.——

Ibid. *Sæpe nitent.*] Iam diximus περὶ ἀπολείψεων. Nam φάσιν eorum intelligit.

v. 25. *Seu Deus instantis fati.*] ἄδοξον ἐπιχείρημα. a vulgi opinione.

v. 26. *Signa per affectus.*] Cometas vocat πάθη τοῦ ἀέρος.

v. 33. *Labenteſque rapit.*] Lege *Tabenteſque*.

Pag. 28. v. 2. *Qualis Erichthonios.*] Gemblacenſis: *Qualis Erechtheos.* Contendit autem cum Lucretio. Vide 11 Thucydidis, & Georgica.

v. 7. *feſſus defecerat.*] Gemblac.: *Laſſus defecerat.*

v. 16. *Extremas modo.*] Ita melius, quam Gemblacenſis: *Externas modo.* Manifeſto indicat eam cladem non multo antea contigiſſe, recenti etiam tum eius memoria. Accidit vero quinquennio ante Auguſti exceſſum. Ex quibus colligere licet tempus, quo hæc ſcripta ſunt.

v. 25. *nec plura alias incendia Mundus Sustinuit.*] Simillimum illud:

Non alias cælo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arſere Cometæ.

v. 33. *repetitaque rerum Prælia.*] Optime Gemblac. —*repetitaque rerum Alea.* Ita repone. Neque dubium eſt a Manilio eſſe. Sic Pomponius iuriſconſultus dixit *aleam emere*, quum captus piſcium, aut miſſilium emitur. D.l.8.§.de contrahenda empt. Græcū eſſe κύβος πολέμου, & κυβεύειν τὰ πράγματα & pueri ſciunt.

Pag. 29. v. 1. *Et in Ponto quæſitus rector Olympi.*] Adulatorium. De Auguſto enim intelligendum. Vt in Sphæra Barbarica:

Actiacoſque ſinus inter ſuſpenſus vterque
Orbis, & in Ponto Cæli Fortuna natabit.

v. 2. *quum pompa rependit.*] Vitium eſſe in verbo *rependit* nemo negauerit, niſi qui Latine neſcit. Opus eſt enim verbo, quod abſolutum Grammatici vocant. Nos olim *tetendit* diuinabamus non male. Nam tendere etiam de nauali prælio poteſt dici, quum παρεμβολὴ dicta ſit acies naualis. At παρεμβάλλειν quid aliud, quam tendere? Sed ſine dubio vera lectio eſt *pependit*. Bellum enim nauale dicitur pendens. In Apoteleſmatico.

Nauales etiam pugnas, pendentia bella Attribuunt. —

In Sphæra Barbarica:

Actiacoſque ſinus inter ſuſpenſus vterque Orbis. ———

Græcum eſt μετεωρίζεσθαι: quod eſt pendere, & in alto σαλεύεσθαι, quando naues tenent altum. Accedit huc, quod Iacob. Suſius ad oram libri e regione huius loci de ingenio ita correxerat. Paria ergo fecimus. Sed quomodo ille interpretaturus fuerit, neſcio.

v. 8. *Atque adamanteis.*] Ob Ianum Quirini ab Auguſto clauſum. quod bis tantum antea contigerat. Horatius:

Ianum Quirini clauſit. ——— Virgilius:

——— *diræ ferro, & compagibus artis*
Claudentur belli portæ. Furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis fremet horridus ore cruento.

v. 10. *Si pater.*] *Sit pater.*

IOSEPHI

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F.

CASTIGATIONES ET NOTÆ IN PRIMVM ISAGOGICVM M. MANILI.

PRIORE libro duo poſuimus, circa quæ τὸ προγνωστικὸν τέλος verſatur: quorum alterum μετεωρολογικὸν dictum fuit, diuerſa notione a Meteoris Ariſtotelis: alterum ποιητικὸν, ſiue ἀποτελεσματικόν. Et alterum quidem alteri tanquam materia ſubiacet. Ideo primum eſt ordine, καὶ δυνάμει: vt & materia ipſa prima ordine. Quod igitur ex eo opus fuit ad tironem in Apotelesmaticis informandum, Manilius aſſumpſit: nimirum ea, quæ τοῦ ὅτι ſunt tantum, τὸ διότι autem, quale quod ἐν μεγάλῃ Συντάξει docet Ptolemæus, illis relinquit, qui maiores in ea re progreſſus facere volunt. Quæ igitur præmiſit libro primo, ea non ſunt abſolutæ aſtronomices: ſed eſt veluti quædam, vt vocabat Poſidonius, στοιχείωσις μετεωρολογικὴ, quæ tirunculis aditum ad apoteleſmaticen munit, ne ἀνείσακτοι, vt Iamblicus loquitur, id eſt ἄνευ εἰσαγωγῆς ad illa ſacra irrumpant. Quibus rudimentis abſolutis, nunc eum ordo ad eam, quam exponere inſtituit, apoteleſmaticen vocat: cuius duo membra ſunt. alterum πρακτικὸν vocatur: alterum ἀποτελεσματικὸν, ſeu ποιητικόν. Ac πρακτικὸν quidem diſputat tantum, quomodo ſigna ſe habent aut per ſe, aut inter ſe, vt alibi plenius docemus. alterum verſatur circa effectus ipſos, καὶ ἀποτελέσεις, Ita vt πρακτικὸν

nobis gradum ſtruere ad apoteleſmaticen minime dubium eſſe debeat. Propterea liber quartus, qui Apoteleſmata inſcribi deber, duobus πινακικοῖς, hoc ſcilicet, ſecundo ac tertio ſequenti, præmunitur. Eſt enim πινακικὴ μέθοδος στοιχείωσις μαθηματική. Quare Plutarchus Tarrutium Firmanum dicit ἅψασθαι τῆς περὶ τὸν πίνακα μεθόδου, quum vellet eum mathematicum deſignare: ſed proprie πινακικὸν eſt εἰσαγωγὴ ἀποτελεσματική, qualis eſt primus liber τῆς τετραβίβλου Ptolemæi: qui quum ſit πινακικός, fruſtra eum primum apoteleſmaticum vocant etiam doctiſſimi viri. Nam Iſagogicum, non autem apoteleſmaticum eſſe tum materia ipſa, tum Ptolemæus docuerit, qui initio primi ita ſcribit: πειρασόμεθα δὲ ἤδη τὸν λόγον κατὰ τὸν εἰσαγωγικὸν τρόπον. & initio ſecundi, qui primus eſt apoteleſmaticus τῆς τετραβίβλου, rurſus ſcribit: τὰ χρειωδέστατα τῶν πινακικῶς προεκτεθέντων. Eiuſmodi eſt liber ſecundus Firmici. qui in reliquis Matheſeos ſuæ libris quoties eum librum citat, ſemper Inſtitutionis librum, aut Inſtitutionem ſimpliciter vocat. Sic iſte, ac ſequens Iſagogici tantum ſunt: quartus autem apoteleſmaticus. Ita ſunt duo illa membra, in quæ προγνωστικὸν τέλος partiti ſumus. Dicimus autem Inſtitutionem primam, Inſtitutionem ſecundam, id eſt librum primum, librum ſecundum Inſtitutionis. Vt primus, ſecundus Annalis Ennij, prima, ſecunda Origo Catonis apud Grammaticos: primum, ſecundum Edictum apud Iuriſconſultum.

Pag. 29. v. 23. *Et quinquaginta Regum.*] Homericos dixit βασιλῆας pro ducibus.

v. 25. *Hectoreamque facem.*] Ita recte emendarunt viri docti, quum antea & manuſcripti, & Romana editio haberet: *Hectoreamque facit*: inepto, vel potius nullo ſenſu.

Ibid. *Hectoreamque facem.*] Ἰλιάδ. ό. in fine. De facibus ab Hectore claſſi Argiuum inuectis nemo dubitat. In Sphæra Barbarica.

Hectoris ille faces arcu teloque fugauit.

Et dubitamus bene emendatum eſſe?

v. 27. *Erroremque ducis.*] Non eſt locus contaminatior in toto Manilio. Nam quid eſt *geminata æquora?* Vlyſſes non geminauit æquora, ſed decennia, aut bellum decennij. Corrige ex libro Gemblacenſi, ſine quo locus hic fruſtra tentabatur:

Erroremque Ducis totidem, quot vicerat, annis

Inſtantem

Inſtantem, belli geminata per agmina, ponto.

Vnum tamen nobis duntaxat permiſimus: vt *belli* pro *bello* legeremus. Cætera ſunt a Gemblacenſi. Errorem ducis inſtantem ponto per geminata belli agmina totidem annis, quot vicerat. Vlyſſes totidem annis errauit mari, quot pugnauit ad Troiam. Hoc vocat errorem ducis inſtantem ponto totidem annis, quot vicerat, id eſt ἀείσδων. Nam non ſolum pugnatorem, ſed etiam victorem inducit, vt Homerus, αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. *geminata belli agmina*, labores bellicos geminatos in mari. Vlyſſem enim in Odyſſea inducit conflictantem cum altero bello in mari. Quis hæc odoratus fuiſſet, niſi codex indicaſſet? Tamen nunquam probauimus illud, *geminata æquora.*

Ibid. *totidem quot vicerat annis.*] ἀείσδων. Maluit ita dicere, quam *pugnauerat.* Lucanus libro primo:

Bellorum o ſocij, qui mille pericula Martis
Mecum, ait, experti decimo iam vincitis anno.

Generoſius, quam ſi dixiſſet, *pugnatis.* Et ſic Vlyſſes decem annos vicerat, vt iſti Cæſariani.

v.28. *Inſtantem belli.*] Claudianus eodem modo de eadem re.

Et ſæui totidem bello, quot fluctibus, anni
Coniugij docuere fidem.——

v.30. *Patriam qui & iura petenti.*] Ita bene meo iudicio, emendarunt docti viri ex ſcripta deprauata lectione: —*patria qua iura petentem*; vt ſit *patriam & iura* ἓν διὰ δυοῖν, patriæ iura. quanquam poteſt etiam legi propius ad veſtigia corruptæ lectionis. *qui patria rura petenti.* Ait Homerum eripere patriam Vlyſſi, dum dat ei: quia inducit eum in patria rura perueniſſe non ſtatim poſt excidium Troiæ, ſed longo poſt tempore: neque tuto, ſed procorum inſidiis petitum: neque vacuam, ſed a procis occupatam patriæ poſſeſſionem dat. Certe hoc voluit Manilius. Nam mentem eius aſſequimur; verba fortaſſe nondum concepimus. De Homeri patria intelligere, & alia, quæ neque cælum neque terram tangunt, neque orationem vllam Latinam, faciunt in medium adferre, mens Manilij & ratio ipſa non patitur. Nonne ſatis clare loquitur, quum dicit, qui Homerus eripit patriam Vlyſſi, dum dat, & ex cuius ore omnes vates rigantur? Quis negat hæc cohærere?

Ibid. *Iura petentem.*] Si quis *rura* legere maualt, magis accedet ad men-

ad mentem Homeri. Nam prius rus peruenit Vlyſſes,& ab Eumæo ſubulco receptus.

v. 31. *cuiuſque ex ore profuſo.*] Videtur legendum *profuſos*. cuius rei codex Gemblacenſis retinet veſtigia. Nam *profuſas* habebat perperam, quia in ſequenti verſu *lances* pro *latices* ſcriptum erat.

v. 31. *ex ore profuſo.*] Ouidius de Homero: ——— *cuius*

Vatum Pieriis ora rigantur aquis. Et neſcio, an alluſerit ad hiſtoriam. Ælianus ποικίλης ιγ. κϐ. Γαλάτων δ' ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα. τοὺς δ' ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους.

v. 32. *Omnis poſteritas latices.*] Inepte Gemblacenſis *lances*. propterea *profuſas* non *profuſos* habebat. Monemus, ne quis lances a Manilio ſomniatas putet, qui in illum codicem incidet. Nam tirones harum rerum omnia mendoſa in codicibus, pro oraculis habent.

Pag. 30. v. 5. *Et Chaos enixum terras.*] Atqui non dicit Heſiodus terram ex Chao genitam: ſed ἀγενεαλογήτως ponit Χάος, Γῆν, Τάρταρον, Ἔρωτα. Χάους autem Ἔρεϐος καὶ Νύκτα: Aliud agebat Manilius.

v. 4. *& primum titubantia ſidera corpus.*] Nihil tale in Theogonia Heſiodi.

v. 5. *Titanas iuuiſſe ſenis.*] Inepta lectio. Legendum auctore Gemblacenſi:

Titanaſque ſenes, Iouis & cunabula magni.

De Titanibus nihil in Theogonia. De cunabulis Iouis nonnihil collegeris ex illis:

πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
ὁππότ' ἄρ ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι.

Sed hæc nihil ad cunabula, de quibus habebat in animo Manilius.

v. 6. *Et ſub fratre viri nomen.*] λοισθοτάτην δ' Ἥρην θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. Sed hæc nihil ad mentem Manilij.

Ibid. *ſine fratre parentis.*] Iunonem parentem fuiſſe ſine ope fratris Iouis, & Vulcanum peperiſſe, vnde ἀπάτωρ dictus fuerit, omnis vulgus poetarum cecinit, præter Heſiodum, quem tamen teſtem hic noſter adducit:

Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν ἐν φιλότητι μιγεῖσα
γείνατο, καὶ ζαμένησε καὶ ἤρισεν ᾧ παρακοίτῃ.

Lilius

Lilius Giraldus, vt probet Vulcanum ſine patre ex ſola Iunone natum; producit hunc verſum ex Heſiodo:

Iuno Vulcanum nullo commixta in Amore *Edidit.* ———

Nimirum illum verſum Heſiodi vertebat, ſed interpolato ſenſu & plane contrario.

v.7. *Atque iterum patrio.*] Ex Ioue quidem & Semele natum Bacchum Theogonia Heſiodi canit, ſed non aſſutum femori patris, quod hic indicatur. Quare aut falſus eſt memoriæ Manilius, quum hæc ſcriberet, aut aliam Theogoniam ab hac vulgata ab Heſiodo ſcriptam eſſe neceſſe eſt: quod falſum eſt. An dicemus ſub eius nomine γενεαλογίας θεῶν olim extitiſſe, ex quibus hæc hauſerit Manilius? Nam ἡρωικαὶ γενεαλογίαι ſub eius nomine citantur: ex quo opere hi luculenti verſus producuntur de formicis in homines incolas Æginæ conuerſis:

ἡ δ᾽ ὑποκυσαμένη τέκεν Αἰακὸν ἱπποχάρμην.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ᾽ ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον,
Μοῦνος ἐὼν ἤσχαλλε. πατὴρ δ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου.
Τοὺς ἄνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
Οἳ δ᾽ ἤτοι πρῶτοι ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας.

Quid ni ſcripſerit γενεαλογίας θεῶν, vt & ἡρώων? Non enim credam adeo obliuioſum, vt in tot exemplis eum ratio fugerit, nec tam impudentem, vt quæ non erant, poſteritati perſuadere voluerit.

v.9. *Quin etiam ruris.*] Hic verſiculus interpolatus eſt in Gemblacenſi:

Quique etiam ruris cultus legeſque notarit.

Ex Plinio & aliis veteribus citatur Heſiodus in Aſtrologia, & ex ea petuntur tēpora, quæ meſſor, quæ durus arator haberet. ſed alia Geoponica ſcripſiſſe præter Ἔργα καὶ ἡμέρας, quæ hodie extant, neque vllus veterum prodidit, neque verum eſt. Quare ſatis mirari non poſſum hunc noſtrum, qui aliam Theogoniam, alia Geoponica Heſiodi hariolatur. Sed fortaſſe Orphei ἔργα καὶ ἡμέρας Heſiodo attribuit: quorum hoc initium fuit:

εἰ δὲ γεωπονίης σε φιλαμβρότου ἵμερος αἱρεῖ,
καί τ᾽ ἐπὶ χρυσείης φυτοῖς ἐσπούδακας ἔργα,
γαίας ἐπὶ ζείδωρον ἄγειν δικαμπτὲς ἄροτρον,
ἢ χωροῖς ἐνὶ κλῆμα Μεθυμναίῃ λελίησαι
καταθέμεναι, καὶ λωφὸν ὀπώρης εἶδαρ ἑλέσθαι

ἡμείρῃ

ἱμείρῃ, ζωπάτη τε λαχῆναι ἄμβροτον αἶαν.
αὐτίκα δή τοι πᾶσαν ἐτητυμίως καταλέξω,
ὄμνια σοὶ Δήμητρος ἀρσινόοιό τε Βάκχου
δῶρ' ἀναπεμπέμεναι, καὶ ἐπηετανὸν ὄλβον ὀπάζειν.

Luculenti verſus.

v. 17. *cauſſaſque tulere Perſei.*] Eratoſthenem tangit, qui τὰ φαινόμενα cum cauſſis ſuis, & fabulis conſcripſit. Citantur inde verſus paſſim a Theone, Hygino, Scholiaſte Germanici, aliis.

v. 19. *Soluentemque patrem.*] Ea non eſt aſtrotheſia Cephei, vt ſoluat filiam vinctam. Non intelligo.

v. 20. *Officioque Iouis Cynoſuram.*] Ambæ nutrices Iouis fuerunt; Helice ſiue Cynoſura, & Aex; quæ & Amalthea. Altera cunas motauit, altera lac præbuit.

v. 21. *Et furto Cycnum.*] Germanicus:

Cycnus de thalamis candens qui lapſus adulter
Furta Iouis falſa volucer ſub imagine texit.

v. 22. *Spolioque Leonem.*] Quid intelligat non docent nos Mythologi Hyginus & Scholiaſtes Germanici. Nam ſpolium ipſum Hercules geſtauit.

v. 23. *Et morſu Cancrum.*] Habes apud Mythologos. Germanicus quoque in ἀνεκδότοις meminit:

Te quoque, fecundam meteret quum cominus Hydrum
Alcides, auſum morſu contingere, bello
Sidere donauit, Cancer, Saturnia Iuno
Nunquam oblita ſui, nunquam ſecura nouercæ.

v. 25. *Cæteraque ex variis pendentia caſibus.*] Nam caſus & cauſas omnes aſſignauit omnibus aſtris Eratoſthenes in Aſtronomicis mythologumenis. Aratus vero rariſſime fabulas delibat: adeo vt in quo Aſtronomiam Heſiodi imitatur, intra fabularum licentiam hoc faciat. Multa enim ex illis rancidis mythologiis circuncidit atque amputat. Id confirmatur venuſtiſſimo in eum Epigrammatio, quod apud Achillem Statium extat.

ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὗτος ἀοιδοῦ
ἔσχατον. ἀλλ' ὀκνέω, μὴ τὸ μελιχρότατον
τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ
ῥήσιες Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης.

Diſertim ait Aratum ex Heſiodi Aſtronomico τὰ μελιχρότατα defloraſſe: cætera φορτικά, puta μυθολογούμενα, omiſiſſe & inſuper

habuiſſe, φαινόμενα enim Arati ex Enoptro Eudoxi traducta, Heſiodi teſſellis vermiculata fuerunt.

v. 28. *Terraque compoſuit cælum.*] Nam ridiculum eſt, Terram Mundi punctum cælum videri peperiſſe. Itaque irridet Heſiodeum illud:

γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
οὐρανὸν ἀστερόεντα, ———

v. 32. *dulces muſamque inducit in auras.*] Abſurde. Concipe ita:

——— *perque horrida motus*
Rura ſerit dulces, muſamque inducit in arua.

v. 33. *Ecce alius pictas volucres*] Æqualis eorum temporum, Ouidij familiaris Æmilius Macer ὀρνιθογονίαν ſcripſit, ὀφιογονίαν, & ῥιζοτομικά. quod hic tangit Manilius.

Ibid. *& bella ferarum.*] κυνηγετικὰ illis temporibus ſcripſit Gratius.

Pag. 31. ver. 3. *Immenſum Tartara natum.*] Scribendum: ——— *immerſum Tartaron atrum.* Veſtigia veræ lectionis extant in Gemblacenſi: *Tartara natram.* Puto innui, qui νεκυομαντικὰ ſcripſerunt, aut raptum Proſerpinæ. Si aliud præter hoc intelligitur, per me quidem eſto. Simile eſt Corn. Seueri in luculento poemate de Ætna. ——— *vates*

Sub terris nigros viderunt carmine Manes.

v. 6. *omne genus rerum.*] Chœrilus, vt infra notamus.

νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται. ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι.

v. 9. *turbamque ad ſacra ruentem.*] Gembl. —*ad nota ruentem.* Conuenientius menti Manilij.

v. 10. *Integra quæramus.*] In eandem ſententiam Lucretius:

——— *iuuat integros accedere fontes.*

ἀκηράτοις. vt dixit Chœrilus etiam de eadem re.

ἆ μάκαρ, ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῆς,
Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών.
Νῦν δ', ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι,
ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ', οὐδέ πῃ ἔστι
πάντῃ παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

v. 15. *ſoloque volamus In cælum curru.*] Alibi: *Verbere agam currus non occurſantibus vllis.* Et propterea Chœrilus vocauit νεοζυγὲς ἅρμα.

v. 16. *propria rate pellimus vndas.*] Gemblacenſis. *priua rate.*

quod a Manilio eſt. Apud Tertullianum VII de ſpectaculis, *Hoc igitur modo etiam a theatro ſeparamur, quod eſt priuum conſiſtorium impudicitiæ.* Melius ita legerim, quam *priuatum.* At in libro de Pœnitentia priuatum dixit pro proprietate, cap. 11. *cur pœnitentiam inuadit delinquentium priuatum?* id eſt proprietatem. Tertulliani ſunt Priuatus, Sancitus, id eſt ἰδιότης, νομοθεσία.

v. 21. *quum ſpiritus vnus Per cunctas habitet partes.*—] Stoicorum eſt ne vna quidem vocula minus. Quid eſt ἡγεμονικόν; πνεῦμα ἐξ ὅλου κινούμενον καθ' ἑκάστην τύπωσιν. Et ſane Stoicis maiori ex parte addictus eſt noſter.

v. 22. *atque irriget orbem.*] Eadem tralatione ignes irrigui, & carmen irriguum in Ætna. & in ſecunda Inſtitutione hic noſter irriguos cantus.

v. 23. *corpuſque animale figuret?*] An non plane Stoicum illud, καθ' ἑκάστην τύπωσιν.

v. 26. *regeret prudentia ſenſum.*] Sine vllo dubio *cenſum*, non ſenſum ſcripſit Manilius. vt in Sphæræ Mundi Prooemio:

——— *Et æthereos per carmina pandere ſenſus.*

Apud Gellium quoque in Fauorini declamatione legendum: *cæleſtium rerum cenſu atque ductu.* quanquam vulgata lectio defendi poteſt: quæ tamen mediocriter Latine intelligentibus de mendo ſtatim ſuſpecta erit.

v. 27. *Non eſſet ſtatio terris.*] Neque τῇ γῇ στάσις, neque τῇ οὐρανίᾳ φύσει ἡ κύκλῳ φορὰ eſſet.

v. 28. *ſtandoque rigeret.*] Rigere, τὸ ἀκινητεῖν.

v. 32. *nec flumina pontum.*] Iuxta eos, qui ex ſolo fluminum conuentu ac confluuio mare conſtare dicunt.

v. 33. *Nec pelagus fontes.*] Scatebras fontium nihil aliud eſſe, quam maris ſecretos calles ſub terra rimantis latices colatos exuta ſalſugine, & alij veterum prodiderunt.

Pag. 32. v. 6. *Hic igitur Deus & Ratio.*] Stoicum: θεὸς καὶ πρόνοια.

v. 7. *Ducit ab æthereis.*] A corpore æthereo alteratio manat. Permanat autem in totam terram, atque ea, quæ terram & ætherem interiecta ſunt. Elementa, quæ infra Lunam ſunt, ea & continentur, & mutantur a motu corporis ætherei: continent autem, & mutant inferiora, terram, aquam, omnia, quæ in eis ſunt, animantes, & plantas.

v. 9.

v. 9. *vitamque ac fata miniſtret.*] Melius Gembl. *vitas ac fata.* γενέσεις καὶ φθοράς.

v. 10. *ac proprios per ſingula corpora mores.*] ἰδιοτροπίας. De iis in Apoteleſmaticis.

v. 11. *Sic temperat arua.*] Τὴν ἐγγύθεν ἔννοιαν intelligit. Ἡ πόῤῥωθεν ἀπόδειξις eſt Philoſophorum: ἡ ἐγγύθεν ἔννοια Rhetorum, qua vulgus rude & imperitum fidem adigitur. Quod enim Cælum moueat & afficiat varie corpora noſtra, exemplo rerum vulgarium, & tritarum docet. Hæc eſt ἡ ἐγγύθεν ἔννοια. Quandis, inquit, ἡ αἰθερώδης καὶ ἀΐδιος φύσις a nobis remotiſſima eſt: tamen certiſſimum eſt, ab ea, ἐπὶ τὴν περίγειον omnes mutationes dimanare: vt longius non ſit petenda fides, quandoquidem eodem modo & mutationes temporum, cæli, & maris manifeſto videamus.

Ibid. *ſic temperat arua Cælum.*] Idem argumentum perſequitur Ptolemæus ad verbum: ὅ, τε γὰρ ἥλιος διατίθητί πως ἀεὶ μετὰ τοῦ περιέχοντος πάντα τὰ περὶ τὴν γῆν οὐ μόνον διὰ τῶν κατὰ τὰς ἐτησίους ὥρας μεταβολῶν πρὸς γονὰς ζώων καὶ φυτῶν καρποφορίας, καὶ ῥύσεις ὑδάτων, &c.

v. 14. *Atque hæc ſeditio pelagi.*] Locus inquinatiſſimus. Nam ſi interpungas poſt *pelagi*, quo referetur illa trunca oratio? Sed & ſequentia magis mutila, — *nunc ſidera Lunæ Mota tenent.* Quo enim & illa quoque referuntur? Deinde quid eſt *ſidera Lunæ mota?* An motus Lunæ? Nugæ. Imo maria ipſa ſunt mota ſidere Lunæ: atque hoc poſtulat & ratio, & Manilij propoſitio. Nihil mutabo. Indicabo tamen, quomodo legendum putem:

Atque hæc ſeditio pelagi nunc ſidere Lunæ
Mota tumens, nunc diuerſo ſtimulata receſſu,
Nunc anni ſpatio Solem comitata volantem.

Neque profecto aliter ſcripſit Manilius. Et quid clarius hac lectione? Seditio pelagi augeſcente lumine Lunæ mota tumet, & eodem ſidere imminuto in diuerſum ſtimulata recedit.

Ibid. *Atque hæc ſeditio pelagi.*] ἄμπωτις quod tanquam oſcillo rurſum prorſum reciprocetur. Græci dicunt εἶναί τινα συνεχῆ αἰώραν διά τινος ἐγγείου ῥεύματος περιφερομένου τὴν παλίῤῥοιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη. Auctor eius ſententiæ Plato.

Ibid. *Atque hæc ſeditio pelagi.*] Gembl. *pelagus.* Hoc modo fortaſſe legendũ: *Atq. hæc ſeditio pelagus nũc ſidere Lunæ Mota tenet.* —

Ibid. *Nunc ſidere Lunæ.*] *Nunc ſidere Lunæ Mota tumens* eſt *πλημμύρα*. *nunc diuerſo ſtimulata receſſu eſt ἄμπωτις*. Sed cur hæc repetit, qui paulo ante dixerat, *Sic pontum mouet, & terris immittit & aufert*. Nam quid illud quoque eſt, niſi *πλημμύρα καὶ ἄμπωτις?*

v. 16. *Nunc anni ſpatio.*] Æſtus a Luna & Sole, inquit Plinius. ſed non addit quomodo. Ego puto hic intelligi maximos æſtus in æquinoctiis. Nam æquinoctia, a Sole: menſes a Luna, quos ſequitur *αὐξομείωσις* æſtuum ex diuerſis Lunæ configurationibus. Certe aliter hunc locum interpretari non poſſumus. Totum autem hunc locum ad verbum adumbrant illa Lucani:

Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet
Deſtituatque ferens: an ſidere mota ſecundo
Tethyos vnda vagæ Lunaribus æſtuet horis:
Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas
Erigat Oceanum, fluctuſque ad ſidera tollat.

Vbi habes de Luna & Sole, vt hic, & præterea confirmatur emendatio, *ſidere Lunæ mota tumens*: quod quidem hic eſt *ſidere Lunari ſecundo mota æſtuans.*

v. 17. *Sic ſubmerſa fretis.*] Ptolemæus ad verbum: *ἥ τε σελήνη ὡς περιγειοτάτη δίδωσι τοῖς περὶ τῇ γῇ τὴν ἀπόρροιαν, συμπαθούντων αὐτῇ καὶ συντρεπομένων τῶν πλείστων καὶ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων, καὶ ποταμῶν μὲν συναυξόντων καὶ συμμειούντων τοῖς φωσὶν αὐτῆς τὰ ῥεύματα, θαλασσῶν δὲ συντρεπουσῶν ταῖς ἀνατολαῖς.* Et declamator ille apud Gellium: *Quoniam viderant terrena quædam inter homines ſita cæleſtium rerum cenſu atque ductu moueri: quale eſt, quod Oceanus quaſi Lunæ comes cum ea ſimul ſeneceſcit adoleſcitque.*

v. 20. *ſic reddis cornibus ora.*] Cornua Soli nulla ſunt, vt Lunæ *μηνοειδεῖ*. Sed recte Gemblacenſis. *Tu quoque fraternis ſic reddis curribus ora.* Bonincontrius quoque ſic legit.

v. 22. *Aut dedit ille refert.*] Ex Gemblacenſi ita legito.

Aut dedit ille, refers: & ſidus ſidere conſtas.

v. 27. *Corporaque ad Lunæ naſcentis cornua luſtrant.*] De Elephantis loquitur. Plinius: *Auctores ſunt, in Mauritania ſaltibus ad quendam amnem, cui nomen eſt Amilo, niteſcente Luna noua, greges eorum deſcendere: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circumſpergi, atque ita ſalutato ſidere in ſiluas reuerti vitulorum fatigatos præ ſe ferentes.* Dio etiam & Ælianus amplius.

v. 28. *Venturaſque vident hiemes.*] *προγνωστικὰ* Animalium pete ex Arato,

ex Arato, Plinio,& aliis. Hiemes autem *χειμῶνας ἰδιωτικῶς* dixit, id eſt tempeſtates. Quare Bonincontrius interpolauit *venturoſque vident imbres*. Atqui generalius hiems ſiue tempeſtas, quam imber. Quas tempeſtates animalia prænotant, ea dicuntur *προγνωστικὰ*, vt illarum auium apud Varronem.

Aut frigidos nimbos aquæ caduciter ruentis
Præinnuere aquatilæ Querquedulæ natantes.

At quæ a ſtellarum ortu petuntur, eæ dicuntur *ἐπισημασίαι*, Latine Siderationes, & Præſiderationes.

v.30. *Eximium Natura dedit.*] Subaudiendum τὸ cvi.

v.32. *Ipſumque requirit.*] Repone ex Gemb.*ſeque ipſe requirit.*

v. 33. *quarum eſt permiſſa voluntas.*] Gemblacenſis *permiſſa facultas*. & quidem melius. Nam non de voluntate hic agitur, ſed de facultate, quæ permiſſa quidem , ſed non æqualiter. Reliqua probant.

Pag.33. v.1. *Inſidos adeo.*] *Inſidas.* Inſidas vocat, non vtique quod earum λόγοι non ſint ἄπιστοι, ſed quia æquali lege hominibus non tribuuntur. Facultas, inquit, permittitur. Sed incerta eſt. Nemo eas artes ſibi promittere poteſt, neque eo modulo, aut numero, quo ille, aut ille. Alius enim alio doctior eſt. Labore pari, euentu diſpari eæ comparantur. Eſt igitur aliquis, qui diſpenſat eas , quum homo ipſe, quantumuis adnitens de ipſis non conſequatur quod optat.

v.3. *Quod patet autores.*] Locus deprauatus. Gemblacenſis :

Quod patet autores ſumma non corporis eſſe.

Bonincontrius interpolauit :

Quod patet autoris ſummi, non corporis eſſe.

Lego: *Quo patet autoris ſummam, non corporis eſſe.* Summa, & ius non corporis eſt, ſed auctoris corporis. vel, vt verbis Manilij loquar: Quo patet eſſe Dei, non noſtri munera cenſus. Vult enim probare, artes & alia non eſſe noſtri iuris, ſed Dei. Ex quibus ſatis conſtat Bonincontrium , quum illa interpolaret, mentem Manilij aſſecutum non fuiſſe.

v.4. *Mitto quod certum eſt.*] *Mitto, quod & certum eſt.*

v.5. *Materiæque datum eſt.*] *Materiæque ſat eſt cogi*, Gemblac. Materia eſt τὸ ὑποκείμενον, Mundus τὸ ποιητικόν.

v.6. *Quis cælum poßit.*] Hæc ita concipienda:

Quis cælum poßit, niſi cæli munera noſſet,

Et reperire Deum, niſi qui pars ipſe Deorum eſt?

v.8. *Atque hanc connexi molem ſine fine parentis.*] Haud dubie legendum *patentis.*

v.10. *Stellis aduerſus ſidera bellum.*] Obluctantur enim motui Vniuerſi. Sed ἰδιωτικῶς dixit. Nullum enim bellis Planetis cum Cælo.

v.11. *Ac terras cæloque fretum.*] Si aliqua ſententia ex iſtis elici poſſet, hoc videtur velle, hominem non poſſe comprehendere terram & mare niſi Natura oculos animo dediſſet. Atqui Manilio ſermo eſt de cæleſtibus tantum, ad quæ penetrare vis humani ingenij non potuiſſet, niſi oculos menti Natura dediſſet. At terras & mare cognoſcunt omnes peregrinantes, etiam ſtupidiſſimi. Verſus iſte neque vllam ſententiam habet, neque ſi vlla tolerabilior poſſet elici, ad ea, quæ tractat Manilius, pertinere poteſt. Pedaneus Grammaticus iudicauerit ab indocto huc infartum.

v.13. *Ni tantos animis oculos*] εἰ μὴ τοσοῦτον ἡ φύσις τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐξομμάτωσεν: vt loquitur Æſchylus in Prometheo. Tertullianus: *in agnitionem veri oculaſſet.* Iamblicus: ὅσα ἐξομματοποιεῖ τῆς ψυχῆς, ad verbum plane.

v.14. *Cognatumque ſibi.*] ἀρχαϊκώτερον Gemblacenſis, *Cognatamque ſui.*

Ibid. *Vertiſſet ad ipſum.*] Et nos olim emendauimus, *ad ipſam,* & adſtipulatur Gemblacenſis. hoc eſt, ad ſeipſam. familiaris locutio Manilio. Nam ridiculum eſt ad ipſum Mundum. Latinitas ipſa reclamat.

v.15. *Et tantum ditaſſet opus.*] Quid eſt *ditaſſe* hic? Eſto ornaſſe: Nos non potuiſſemus comprehendere Mundum ratione gubernari, niſi Deus ornaſſet ipſum? Nugæ. Hæc aliena ſunt propoſito auctoris. Gemblacenſis mendum aperit. In eo enim *dictaſſet*, non ditaſſet. Sane homo ad cognoſcendum naturæ opus ineptus erat, niſi Natura dictaſſet illi. Hoc magis aperit lectionem ſuperiorem veram eſſe, — *vertiſſet ad ipſam.*

v.17. *Et primas quas dant leges.*] Aliquis ſuſpicari poſſet Manilium ſcripſiſſe. *Et priuas.* Sed nihil muto.

v.18. *Quis neget eſſe nefas.*] In Proœmio Sphæræ Mundi:

Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis vt Diis cuperet Deus ipſe videri,

Sublimes

Sublimes aperire vias: imumque ſub orbem,
Et per inane ſuis parentia legibus aſtra?

v. 19. *deducere in orbem.*] Prouerbialiter: Deducere in orbem, cogere in ordinem.

v. 21. *Ipſa fides operi.*] Quis credat Manilianum eſſe, Ipſa fides faciet fidem? Qui credit, interpretetur. Sed nos Manilium ſcimus ſcripſiſſe:

Ipſa res operi faciet pondusque fidemque.

Rem tibi auctorem dabo, vt Plautus loquitur. Dabo tibi veritatem ipſam prius prædictam, ac creditam, quam eueniret.

v. 22. *Nam neque decipitur.*] In Sphæra Mundi:

——— *docet Ratio, cui nulla reſiſtunt*
Clauſtra, nec immenſæ moles, ceduntque receſſus;
Omnia ſuccumbunt, ipſum eſt penetrabile cælum

v. 23. *Rite ſecanda via eſt.*] Gemblacenſis:

Rite ſecunda via eſt, ac veris credita cauſſis.

Via, quæ fidem facit, ſecunda eſt, plana ac facilis, quia probata eſt veris cauſſis; quum euentus prædictionibus fidem faciat.

v. 24. *Euentuſque datus.*] Repone ex Gemblacenſi: *Euentuſque datur.*

Ibid. *Euentuſque datur.*] Hoc vocatur ϖεριτέλεσμα Artis magiſtris. At Ptolemæo & in Epigrammatio in Ptolemæum dicitur τέλεσις:

Καὶ τελέσεις προέειπας ἐς ὕστερα τέρμα λαχούσας.
Prædixti euentus ſortitos tempore finem.

v. 26. *ſuffragia vincere ſortis.*] Vtrumque verbum Comitiale.

v. 30. *Verbera tam currus.*] Omnino legendum, *Verbere agam currus.* Ita currus verbere inſtigabo, vt nemo mihi occurſurus ſit. Cui hæc emendatio diſplicebit, ille & Manilij mentis & Latinitatis imperitus eſt. *verberagam* ſcriptum fuerat in archetypo, vnde omnia illa, quæ hodie extant, Manilij deſcripta ſunt exemplaria.

Ibid. *Verbere agam currus.*] Homericum: μάστιξεν δ' ἐλάαν. Qui poetarum lectioni vel leuiter aſſueuerint, ſcient non aliter legendum eſſe, & aliter legentes deridebunt.

v. 31. *Nec pariter ſocios.*] Legendum omnino:

Nec per iter ſocios commune regentibus actus:

Elegantiſſime. Nec per iter commune duobus vicinis regentibus actus

actus ſocios. A ſeruitutibus ruſticorum prædiorum Iter & Actus. Nam imperiti, qui corruperant, putabant *actus* eſſe participium. In quô flagro admonendi erant.

v. 32. *Sed cælo noſcenda.*] Non agam currus, quo alij, ſed per ipſum Cælum. Qui legebat *Sic cælo*, ſatis, vt in aliis, oſtendebat ſe non ſenſum Manilij aſſecutum eſſe. Nam repetitio elegantiſſima eſt.

Pag. 34. v. 1. *Vel quibus illa ſacros.*] Aut aſtris ſolis gaudentibus, aut ſaltem illis, quibus illa non inuidere ſacros meatus: hoc eſt, quibus iter & actum ad hoc prædium dederunt. Nam perſiſtit in eadem metaphora, tametſi non iiſdem verbis.

v. 3. *Illa fuit.*] Recte olim vidimus mendum eſſe in hoc loco. Itaque legebamus. *Illa fugit*. Sed Gemblacenſis, *Illa fluit*. Ita igitur reponendum auctore libro. Bonincontrij textus quoque ita habet.

v. 5. *Et blandis aduerſa ſonis.*] Huic mendoſæ lectioni olim non malam ſubſtituebamus: *Et dulces ad verba modos*. Sed Manilianum eſt minima mutatione, *Et blandis diuerſa modis*. vera lectio. In hoc auctore ſemper aut certe vt plurimum hæc duo *diuerſa* & *aduerſa* commutantur: quòd quidem tam frequenter occurrit, vt ſemel admonuiſſe maluerim, quam toties cramben repetere. Diuerſa blandis ſonis ſunt cãtica modulis diuerſificata.

v. 6. *vt modico noſcenda ad fata labore.*] Optime. & ita habent editiones, & confirmatur fide Gemblacenſis codicis. Bonincontrius temere mutauit *affecta* pro *ad fata*. Cuius mutationis ipſemet ſe auctorem profitetur. Quid clarius potuit dicere Manilius, quam turbam illam mollem & Muſicæ potius quam Aſtrologiæ natam eſſe modico labore ad fata noſcenda? Quis hæc non intelligit? Ptolemæus ad verbum dixit ἀφυέστερον, loquens de eodem genere hominum. Non poſſum non mirari homines in plana via ſtrigantes.

v. 7. *Hoc quoque fatorum eſt.*] Non omnibus datum eſt fatorum legem diſcere. Nam a fato datur, fata diſcere.

v. 8. *At primum.*] A ſignis Zodiaci cauſſæ τῆς γενέσεως καὶ φθορᾶς defluunt. Eæ autem ἰδιότητες conſiderantur aut ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας οἰκειώσεως, aut κατὰ τὸ ἀμιγὲς αὐτῶν μόνον τῶν δωδεκατημορίων: idque dupliciter: aut καθ' αὑτά, aut πρὸς ἄλληλα. Nam κατὰ τὴν πρὸς τοὺς πλανωμένους οἰκείωσιν promiſit quidem ipſe,

ſed

ſed non comparent. Τὰ καθ' αὑτὰ multis modis diuiſionem recipiunt. aut κατὰ τὴν φύσιν, ἀῤῥενικὰ, θηλυκά. aut κατὰ τὸ εἶδος, λογικὰ, ἄλογα. aut κατὰ τὰ ἤθη, ἄγρια, ἥμερα. aut κατὰ τὴν συζυγίαν, δίδυμα. aut κατὰ τὸ σωματικὸν, διφυῆ, δίμορφα. aut κατὰ τὴν σχέσιν πρὸς τὰς ὥρας, δίσωμα, τροπικὰ, στερεά. aut κατὰ τὸ κεῖσθαι, ἀποστρεφόμενα, ὀρθοστάδια. aut κατὰ τὸ ἔχειν πρὸς τὸν τόπον, ἡμερινὰ, νυκτερινά. aut κατὰ τὴν δίαιταν καὶ βίον, χερσαῖα, ὑδατώδη, ἐπαμφοτερίζοντα. aut κατὰ τὸ πλεονέκτημα, ἢ ἐλάττωμα, πολύγονα, ἤτοι πολύσπορα, πολύτεκνα, ἄγονα, στεῖρα, ἤτοι στειρώδη, ἐπίκοινα. Sunt & δρομαῖα, ἀνάπηρα: & alia. Hæc Manilius. quibus contenti erimus. Nam longe plura ſunt apud Firmicum, Paulum Alexandrinum, & Arabas. Nos de multis hæc pauca delibauimus explicandi auctoris noſtri.

v.9. *Nam maſcula ſex ſunt.*] Alterna ab Ariete maſcula ſunt: reliqua feminina. Arabes, puto ex Ægyptiorum Myriogeneſi etiam ſexum in μονομοιρίαις Signorum notant: quæ omnia ἀναιτιολόγητα ſunt, καὶ πάρεργα.

Ibid. *Nam maſcula ſex ſunt.*] Prima Signorum diuiſio κατὰ φύσιν.

v.12. *Cernis, vt aduerſus*] Tranſpoſitio. Ita digere:

Diuerſi totidem generis ſub principe Tauro
Alternant genus, & vicibus variantur in orbem:
Cernis, vt auerſus redeundo ſurgit in arcum?

Alternant genus duce Tauro, & ſunt feminina. Dux enim femininus, quia ſurgit auerſus.

Ibid. *Cernis, vt aduerſus.*] Omnino legendum *auerſus*, niſi nobis auerſa mens eſt. Taurus auerſus ſurgit, poſterioribus, non anterioribus. Eius enim ἀποτομὴ prior ſurgit, quam τὸ βούκρανον. In Apoteleſmatis:

Auerſus venit in cælum, diueſque puellis.

Propterea femininum eſt. Nam & κιναιδικὸς, quod auerſus, & θῆλυς, quod diues puellis. Notum illud: *Si tu auerſus & aduerſus impudicus es.* Qui *aduerſus* volent legere, quin alium quam ſe traducunt? Si taurus eſt auerſus, quomodo poteſt eſſe aduerſus? Miratus ſum pruritum contradicendi & μισαλήθειαν. Et ille ſciolus, qui contextum maluit interrumpere incluſo verſiculo in parentheſin, ne a nobis tranſpoſitionem animaduerſam ſequatur, quid merebat? Qui ita facit, nullum habet ſenſum elegantiæ literarum, vt taceam κακοήθειαν.

Ibid. *ſurgit in arcum.*] Si non eſt mendum, dixerit, quia

κυρτὸς, καὶ ζωνεσφαμμένος. Et ita Claudianus:

Surgeret in thalamum ducto quum Pelion arçu.

Id eſt quum Pelion in arcum concameraretur. Sed propius ad mentem Manilij alibi: .

Vmbratura Deam retro ſinuatur in arcum Bellua. —

Niſi ab eadem mente legerimus *in artum.* quod olim faciebamus, & nunc valde probamus.

v. 13. *Humanas etiam.*] Secunda diuiſio Signorum, κατ' εἶδος, λογικὰ καὶ ἄλογα. Λογικὰ καὶ ἀνθρωποειδῆ ſunt, Gemini, Virgo, Libra, Aquarius. Cætera ſunt ἄλογα καὶ θηριόμορφα.

v. 14. *Nec mores diſtant.*] Hæc omnia interpungenda.

Nec mores diſtant. Pecudum pars, atque ferarum

Ingenium facient. Etiam ſignanda. — vel *quin iam.*

Ibid. *Pecudum pars.*] τὰ ἄλογα καὶ θηριόμορφα θηριώδεις efficere ait. Sed diſtinguendum fuerit: τῶν δ' ἀλόγων τὰ μὲν ἥμερα, κριὸς, ταῦρος. τὰ δ' ἀνήμερα, λέων, σκορπίος.

v. 15. *Quæ iam ſignanda.*] Omnino aliud eſt. Ideo legendum. ——— *etiam ſignanda*, aut *quin iam*, aut tale quid. Eſt enim tertia diuiſio κατὰ τὴν ἀζυγίαν, quæ propterea dicuntur μονόζωνα, ἰδιόζωνα, ἰδιοφυῆ, μονάζοντα. Certe vel oculatiſſimum quenque non Cenſorum noſtrorum, quos non facimus nauci, ſed doctiorum hic locus fugere poterat. Nam qui diuiſiones has ignoraret, iſta cum ſuperioribus coniunxiſſet, quod quidem commiſſum eſt in editionibus vulgaribus.

v. 16. *propria quæ ſorte.*] Propterea vocantur ἰδιόζωνα, Latine ſingula. Sors πότμος. Nam imperite editum erat *forte*, vt ſæpe alias. Vulgus indoctum neſcit diſtinguere Fortem a Sorte: quæ inter ſe differunt, vt τύχη & πότμος. Hæc puerilia ſunt. Sed tamen propter pueriles velitationes monenda.

v. 17. *Nunc Binis inſiſte.*] Vt illa ſuperiora κατ' ἀζυγίαν, ita hæc contraria ratione κατὰ συζυγίαν. Et eſt quarta diuiſio. Binorum alia diſiuncta, quæ dicuntur ζύζυγα, δίδυμα, καὶ συγγενῆ, & Paria: vt Gemini, Piſces. Alia concreta καὶ συμφυῆ, quæ dicuntur δίμορφα, καὶ διφυῆ, Capricornus, Sagittarius.

v. 19. *Ambiguisque valent.*] Lege ex Gemblacenſi.

Ambiguiſque valent, quis ſunt collegia, fatis

Ad meritum noxamque. ——— Optime. Nam ea, inquit, plurimum valent ambiguis fatis ad meritum & noxam, quibus

quibus ſunt collegia duorum corporum: tanquam Gemini ſint collegæ inter ſe, & Piſces. Itaque hæc ſigna dicuntur Paria,quorum alia ſunt reſpicientia ſe,vt Gemini;alia auerſantia,vt Piſces. Alteri ad concordiam, alteri ad odium pollent. Vide συζυγίαν τῆς ματαιοτεχνίας.

v.22. *Hu coniuncta manent.*] Geminorum ζῳδιογραφία connexis brachiis.

v.23. *Diſsimile eſt illis.*] Alter enim βόρειος, alter νότιος. vetus Sphæra:

οὐ γὰρ κάρα μὲν λοξόν, οὐδ' ἀπέστροφον
πρόσωπον ὀρθὴν τάξιν εἴληφε κύκλῳ.
ὁ μὲν βορείου κλίματος νεύων πόλῳ,
ὁ δ' εἰς νότου κέλευθον εἰσδύων βίᾳ.

v.25. *Atque hæc ex paribus toto gaudentia cælo.*] Ineptiſſime. Gemblacenſis recte:

Atque hæc ex Paribus toto gaudentia cenſu Signa meant. —

Ibid. *toto gaudentia cenſu.*] ὁλόκληρα,ad differentiam τῶν διμόρφων, de quibus mox.

v.6. *Signa manent.*] Repone *meant* ex Gemblacenſi. Bonincontrius quoque habet.

Ibid. *nihil exterius mirantur in ipſis.*] *In ipſis*, in ſe ipſis. Manilianum. Nihil alieni habent. Sunt enim duo quidem, ſed eiuſdem formæ & cognata. Nihil exterius habent, vt Capricornus ex Capro & Piſce: Centaurus ex homine & bellua.

v.27. *Amiſſumue dolent.*] Non enim dimidiata ſunt. vt Centaurus eſt ſemiferus homo & ſemihomo fera.neque totus homo, neque tota fera.

Ibid. *quædam quod parte reciſa.*] Malim, *quædam quoque.* Eſt ὑποδιαίρεσις τῶν συζύγων. τῶν συζύγων τὰ μὲν δίδυμα, τὰ δὲ δίμορφα, ſiue διφυῆ. *Parte reciſa*,quod dimidium alterutrius animalis habeant.

v.29. *Vtque Capricornus.*] Lege; vt olim emendauimus, & aſtipulatur Gembl.

Vt Capricornus, & hic, qui tentum dirigit arcum Iunctus equo. —

v.30. *pars huic hominis.*] Gemblac. —*pars huic oris ſed nulla prioris.* Sed huic equo, cui commiſſus eſt dimidiatus homo, anterioris hominis nulla pars eſt.. Nam purus equus eſt dimidius, vt anterior pars purus homo dimidius.

v.32. *Diſtat enim.*] δίσωμα. quæ differunt a Geminis, ſeu Paribus:

ribus: qualia ſunt, quæ præcedunt Signa Tropica, Gemini, Virgo, Sagittarius, Piſces: non vtique a forma dicta, ſed ab effectu. Duplicem enim habent, qua contingunt & præteriti temporis finem, & principium ſequentis: Gemini quidem affectum ver, & ineuntem æſtatem: Virgo æſtatis finem, & principium Autumni. Sagittarius Autumnum relinquit, Brumam excipit. Piſcium alter conſummat hiemem, alter ver ſufficit.

Ibid. *Diſtat enim.*] Eſt quinta diuiſio κατὰ τὴν σχέσιν πρὸς τὰς ὥρας.

Pag. 35. v. 1. *Nec faciet ratio.*] *Nec facie.* Etiam ita Gemblac. Non quod facie gemina ſit Virgo, ſed quod gemini temporis confinia tenet, æſtatis deſinentis, & Autumni ineuntis.

v. 5. *Quod duplices retinent.*] σημαίνοντα τῆς παρωχηκυίας καὶ τελευταίαν ὥραν.

v. 6. *Vt quod ſubſequitur.*] *Vt quos ſubſequitur.*

Ibid. *ſub ſidera fratres.*] *per ſidera.* Gemblacenſis. Locutio Manilio familiaris.

v. 7. *Ex Geminis alter.*] Alter Geminorum dicitur Ἡρακλῆς, alter Ἀπόλλων. Arabes ادركلوس Iracleus: اولن Aphellan. Sed poſteritas corrupit, ادركلوس Abracaleus: اولن Auellan, & اولر Auellar.

v. 10. *Ille ſeneſcentis.*] Ita hæc concipimus:

Ille ſeneſcentis veris, ſubeuntis at ille
Æſtatis pars eſt: primæ ſors vltima parti.

v. 11. *primæ ſors vltima parti.*] *Primæ parti,* Latinius dixiſſet priori parti. Nam eſt pars vltima antecedentis partis, nempe veris ſeneſcentis: quod claudit, & æſtatem excipit, διὰ τὴν σχέσιν πρὸς δισσοὺς χρόνους. Proclus, vel potius Geminus: δίσωμα, οὐχ ὅτι ἐκ δύο ζωδίων συνέστηκε σωμάτων, ἀλλ᾽ ὅτι μεταξὺ δύο ὡρῶν ἐστί. τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ πάντα τῶν τελευταίων ὡρῶν. Sed & veteres ipſi de his ita ſcripſerunt:. Omne tempus principium, medium, & finem habet. Principium dicitur τροπή. Tunc enim aeris in illud fit commutatio. Medium eſt fortius, vt & ἀκμὴ fortior eſt. Extremum incipit in ſequens degenerare. Ab eo igitur ſigna triplicis generis connectebant, τροπικά, στερεά, δίσωμα. Igitur δίσωμα ob id dicta, quia vtrinque στερεὰ καὶ τροπικὰ contingunt.

v. 12. *Mitior Autumnus.*] *Mitior Autumnus molles ſibi vindicat artus*
Materiamque oris. Fera tergo membra rigentem

Excipiunt

Excipiunt hiemem. ——— Sagittarius parte hominis, quæ mitior eſt, reſpicit Autumnum, quæ & ipſa eſt pars anni mitior ſubeunte hieme. At parte, qua fera eſt, excipit hiemem.

v. 14. *mittunt in tempora ſignum.*] Male Gemblacenſis: — *nunc iamque in tempora ſignum.* Niſi ſit *nunciantque*. vt *nunciant* ſit ſpondeus. quemadmodum illud, *Vt Naſidieni iuuit te cœna beati.* Sed recta eſt lectio *mittunt in tempora ſignum.* Tralatio a Prætore, qui Circenſibus ſignum mittendi currus dat, præeunte linea alba a carceribus, ad metam. Caſſiodorus: *Alba linea non longe ab oſtiis in vtrunque podium, quaſi regula directa perducitur, vt quadrigis progredientibus inde certamen oriretur: ne, dum ſe præpropere conantur elidere, ſpectandi voluptatem viderentur populis abrogare.* Ex his verbis Caſſiodori intelligis quid ſit apud Ouidium:

——— *cogit nos linea iungi.* Et Martialem: — *nec ceſſat linea diues.* Qui enim in ſuo nouitio opere de Circenſibus negat Martialis verba huc referenda, fallitur. Nam ea linea non ſolum committendis quadrigis, ſed etiam reliquis omnibus, adhibebatur, quæ ad ludos ſpectabant. quid? an Sparſiones erant ſine ſpectaculis? Ergo neque ſine linea. Puerilis eſt velitatio. Vbi reprehendendi ſumus, tunc nominis noſtri mentio frequens. Alias mirum ſilentium. Sed non queritur noſtra aliorum fieri, quæ nos ipſi publica fecimus. Tranſenna vero dicitur funis ab vno extremo, ad alterum protenſus. Atque ita hæc linea vocabatur. Gloſſæ: *Tranſenna*, βρόχος ἐν ἀφετηρίαις τεταμένος. Item, *Tranſenna*, ὕσπληγξ, ἀπαγωγὴ, μαππαρίου σημεῖον. Cedrenus: ἐφ' ἅρματος αὐτοῦ ἱσταμένου, καὶ τῆς ὕσπληγγος μελλούσης αἴρεσθαι. Quod a carceribus, ad metas extenderetur, ὕσπληγξ declarat. Quod ἀπαγωγὴ diceretur, docet Caſſiodorus in iis, quæ ex eo iam produximus. Ad cuneos enim Theatri tunc diſcedendum erat loci capiundi cauſſa. Propterea Ouidius dixit. — *cogit nos linea iungi.* Signum, inquit, datum cogit τὴν θέαν καταλαβεῖν, & in cuneis nos denſare. Denſabant enim ſe, ne confuſi ac permixti & ſibi & aliis ſpectaculum eriperent. Simile legas περὶ σχοίνου μεμιλτωμένου Athenis. Sic τὸ μαππαρίου σημεῖον oſtendit ſtatim ſignum mappa a Prætore mitti. De ea mappa, quæ Cedrenus & alij Græci infimæ vetuſtatis ſcribunt, non pigebit referre: μαππάριον τοῖς Ῥωμαίοις ἔδοξε καλεῖν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας, τὸ ἐν χερσὶν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μάππαν πατρίως καλοῦσιν, ἐξ οὗ καὶ

 μανδύλια,

μανδύλια, ἔῤῥιπτον. ὅταν δειχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύαζεν. Idem Caſſiodorus : *Mappa vero, quæ ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem : quum Nero prandium protenderet, & celeritatem, vt aſſolet, auidus ſpectandi populus flagitaret : ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iuſſit abiici per feneſtram, vt libertatem daret certaminis poſtulati. Hinc tractum eſt, vt oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio.* Omnino ex Ennio cognoſcimus ſignum emittendis equis a Prætore mitti ſolitum. Hic igitur Manilius elegantiſſime dixit, Capricornum mittere ſignum venientis hiemis , tanquam Prætorem quendam , qui, quod currus emittebat ſigno dato, ab eo ἀφέτης dicebatur, vt locus ipſe ἀφετηρία, hoc eſt carceres. Ἀφέτης eſt, qui Romæ editor Circenſium, idem qui ludos committit. ἀφέτης eſt ludorum curulium, vt Munerarius gladiatorum. Dicitur & κύριος τῆς ἀφέσεως. Cuius enim magiſtratus erat Circenſium editio, eiuſdem & ſigni miſſio. Ab eo Planetæ, ἀφέται, καὶ κύριοι τῆς ἀφέσεως apud Aſtrologos ab eadem tralatione : item οἱ κυρίαν τῆς ἀφέσεως λαβόντες ἀστέρες. Ab eadem mente χρόνων ἀφέτην Ptolemæus dixit; vt hic Manilius mittere ſignum in tempora. Sic & locus ipſe, vnde mouetur Planeta, ἀφετηρία, & ἀφετικὸς τόπος , qui in Circo dicuntur carceres. Ac, vt factiones quatuor Circenſium erant : ita & factiones quædam ſunt ſtellarum , quæ dicuntur αἱρέσεις : vt qui ſunt eiuſdem factionis ἀστέρες, συναιρέται :qui contrariæ, ἀνταιρέται. Factiones proprie in ludo pilæ dicebantur, & Factores. Plautus Curculione :

Tum isti, qui ludunt datatim, ſerui ſcurrarum in via ,
Et datores & factores omnes ſubdam ſub ſolum.

vt Latini in ludo pilæ Factiones vocabant, ita etiam Græci πράξεις. Pollux: ἐφ' ἣν κατατιθέντες τὴν σφαῖραν ἑτέρας δύο γραμμὰς κατόπιν ἑκατέρας τῆς πράξεως καταγράψαντες. vocat ἑκατέραν τὴν πρᾶξιν, vtranque factionem ludentium , quos factores dixit Plautus. Itaque toto cælo errant , qui αἱρέσεις in ſtellis conditiones vertunt , non factiones : vt ex veteribus Firmicus , recentiores vero omnes , quod ſciam. Sed longe ineptius ἀφέτην Prorogatorem vertunt. ἀφέτης nullam prorogandi ſignificationem habent. Arabes Græcorum ἀφέτην هيّلاج vertunt cum puncto duro, quod ipſi Teſdid vocāt, هيّلاج & quidem rectiſſime. Nam ſine puncto

هيلاج

خارج est Græce ἀφετὸς, *eſcapado*, Hiſpanice, Aquitanice. Proprie de equo ſiue emiſſo ſiue vinculis ruptis fugiēte. ἀφέσει igitur cum puncto خارج recte ab ipſis vertitur, vt multa alia præſertim in Tetra-biblo Ptolemæi, in quo libro interpres probat ſe Hellenismi peritiſſimum fuiſſe. Ptolemæus de amicitia loquens: ἀφέσεις ἀστέρων. τοῖς τ̃ ἑτέρας τόπους ἐπιπαρέσοντας. Sane hic ἄφεσις nullam vitæ prorogationem habet. Neque aliquis opponat hæc eſſe Grammatica: nihil referre vtro modo vertatur: quæ eſt hodie imperitorum hominum impudentia, vt omnia, quæ ignorent, Grammatica vocent. Ego aio ad artem multum conferre, vtrum ſtella vitæ initia habere dicatur, an vitam prorogare. Diuerſum enim munus eſt. Satis caſtigauimus prorogationes pro aphesibus, & cōditiones pro factionibus. Qui enim τὰς αἱρέσεις factiones vertet, multo clarius artem intelliget, quam qui conditiones. Caſtigentur igitur hæc.

v. 15. —*qui te Capricorne ſub ipſo Præmittit.*] Sub ipſo, Maniliane, ſub ſe ipſo. Ita poſtea loquitur. *Quoſque Aries præ ſe mittit.*—

v. 17. *tempora Piſces Bina ferunt.*] Gemblac. *Bina dicant.* melius, meo iudicio. Textus Boníncontrij *Bina ducunt*: quæ ſunt veſtigia veræ lectionis.

v. 19. *reuolans decurrit ab aſtris.*] Gembl. —*decurrit in aſtris.* Et merito. quis enim antea hæc intelligebat? Quum Sol eſt in æquoreis aſtris, in Piſcibus ſcilicet.

v. 20. *Hiberni coeunt cum ver tunc roboris imbres.*] Veram lectionem tam deplorati loci tibi præſtamus hanc eſſe:

Hiberni coeunt cum vernis roribus imbres.

Verni rores haud dubie hibernos imbres ſolent excipere.

v. 21. *Vltima quod ſurſum.*] Codex Gemblacenſis: *vtraque quod ſurſum*. Ope illius libri, id eſt beneficio vocis illius *Vtraque*, non minus tibi veram lectionem dabimus, quam in antecedente verſiculo:

Vtraque ſors vmoris habet fluitantia ſigna. *Vtraque ſors humoris*, imbres & rores. *fluitantia ſigna*, Piſces. Merito vtrique ſorti tam pluendi, quam rorandi Piſces attributi ſunt. *umoris* pro *humoris* non ſolum hic, ſed alibi ſcriptum fuiſſe ſuo loco indicabimus. Quis hæc antea vel minimum intelligebat?

Ibid. *Vtraque ſors humoris.*] Piſcium exortu imbres cieri & Q. Tullius Cicero adteſtatur:

Flumina

Flumina verna cient obſcuro lumine Piſces.

Et vetus Sphæra:

μάθ' ὅτι κυκλεῖται κύκλος ἡλίακων ποδὰς
ἀνέμοις ἐναλλὰξ σχῆμα τηλαυγὲς διπλοῦν
ἀντίστροφον δρόμοισιν ἐμφαίνων τρόπον.
οὐ γὰρ κάρα μετὰ λοξὸν, οὐδ' ἀπόστροφον
πρόσωπον, ὀρθὴν τάξιν εἱλεῖται κύκλου,
ὁ μὲν βορείου κλίματος νώτων πέλας,
ὁ δ' εἰς νότου κέλαδον εἰσδυώων βίᾳ.
διὸ δὴ ποσαῖσι τ' αὖ βυθῷ κεκρυμμένα
ἔδειξαν ἰχθῦς. πᾶς γὰρ εἰς βυθὸν πεσὼν
ἄνεμος ταράσσει κῦμα. σημαίνων βροτοῖς
χειμῶνα πακτὸν ἐξ ἀποστροφῆς κλύδων
εἱλιγμένον ἐκ γῆς ὕδασι προσφέρων, ζοφερὸν
δείκνυσι καιροῦ σχῆμα, χειμῶνος φύσιν.
ὅθεν διπλοῖσι χρώμενοι καιροῦ δρόμοις
ἀνέμων ἔχουσι τάξιν οὐ μεμιγμένην.

v. 22. *Quod tria ſigna.*] Lege:

Quin tria ſigna nouem ſignis coniuncta repugnant,
Et quaſi ſeditio cælum tenet. ———

Quis paulo ſanior hanc veram lectionem eſſe negauerit?

Ibid. *Quin tria ſigna.*] Sexta diuiſio κατὰ τὸ κεῖσθαι. τῶν ζωδίων τὰ μὲν ἀποστρεφόμενα, τὰ δὲ ὀρθοστάδια. Et quidem ἀποστρεφόμενα tria, συνεχῆ, Taurus, Gemini, Cancer. Reliqua ὀρθοστάδια. Caue ἀποστρεφόμενα & ἀπόστροφα confundas.

v. 23. *Et quaſi ſeditio cælum tenet.*] τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων ἀνατολὴν, τὴν ἀπόστροφον ἀνατολὴν ſeditionem vocat. Taurus enim clunibus oritur, & auerſus, Gemini pedibus, Cancer teſtudino.

Ibid. *Aſpice Taurum Clunibus.*] Quod clunes Tauro tribuat, fruſtra eſt. Poſteriora enim non habet. Ouidius:

Pars prior apparet poſteriora latent.

Eſt enim omnino, vt dixi, ἡμίτομος; eiuſque interciſio in Pleiadas deſinit, vt veteres putabant. Neque vero prudenter ei caudam attribuit Vitruuius, quum antea inchoatum, καὶ ἡμιτελῆ, deſignaſſet. Vnde enim cauda interciſo? Attribuit ei caudam & Plinius libro 11. Sed eadem laſciuia caudam interciſo attribuere poſſunt, qua vrſæ, quæ vere nullam habet. Vrſi enim habent non caudam, sed loco caudæ ἐπίφυσιν. Sed & in Calippi parape-

parapegmate notatum fuit. κῦ Ζυγῶνος. τοῦ ταύρου κέρκος δύνει. Item ϛ Ταυρῶνος. τοῦ ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει.

v.24. *teſtudine Cancrum.*] Teſtudinem vocat, vt Græci ψαλίδα. Nam vt ψαλὶς in architectonica eſt teſtitudineum opus: ſic teſtam Cancri ψαλίδα poſſe dici auctor Homerus, qui Cancros ψαλιδοστόμους vocat in Batrachomyomachia. Teſtudinem Latini omnem camerationem: Græci etiam ὄστρακον. Et quæ in Lyra teſtudo a Manilio dicitur, ea Græcis ὄστρακον. In Aſteriſmo Lyræ: ὁ λαμπρὸς ὁ ἐπὶ τοῦ ὀστράκου καλούμενος λύρα.

v.26. *Ne mirere.*] Pulchrum vero commentum: propter χέσιν κατηστερισμένων moras longarum dierum αἰτιολογεῖν. quæ ſunt anilia, & futilia.

Ibid. *quum Sol aduerſa per aſtra.*] Nam ἐκ τῶν ἐναντίων eorum eſt ἀνατολή. propterea aduerſa vocat, & antea dixerat: *Et quaſi ſeditio cælum tenet.* ——

v.27. *Æſtiuum tardis attollit.*] *Attollat.* Etiam Gemblac.

v.28. *Nec te prætereant.*] Lege *prætereat.* Septima diuiſio κατὰ τὸ ἔχειν πρὸς τὸ τόπον. τῶν ζωδίων τὰ μὲν ἡμερινὰ, τὰ δὲ νυκτερινά.

v.30. *Non tenebris aut luce ſuam peragentia noctem.*] Quid eſt luce agentia ſuam noctem? Gemblacenſis prodidit fraudem. Habet enim: —*ſuam peragentia ſortem.* Non, inquit, nocturna aut diurna nocte aut die cenſentur. Nam ita variarent, & quod æſtate diurnum erat, hieme nocturnum foret. Sed perpetuas, inquit, ſtationes habent.

v.32. *Omnia quæ certis.*] *Omnia quod certis.* Gemblacenſis.

Pag. 36. v.1. *mundi natura ſacrata eſt.*] Lege:

——*Mundi Natura ſacratas Temporis attribuit partes.*——

Quibus natura ſacrauit ſtationes ſuas ſingulis. Infra:

His regimen Natura dedit, propriaſque ſacrauit
Vnicuique vices.——

v.3. *Nanque Sagittari.*] Signa diurna: Piſces, Aries: Sagittarius, Scorpius: Leo, Cancer, binis mediis intercepta. Illa autem bina media intercepta nocturna dicuntur. Nempe Taurus, Gemini: Virgo, Libra: Capricornus, Aquarius.

v.3. *rapidique Leonis.*] *rabidique Leonis.* Gemblac.

v.5. *Nunc Piſces, Cancer.*] Omnino legendum:

Nunc Piſces, & Cancer, & acri Scorpios ictu.

v.6. *Aut vicina loco.*] Vel, inquit, vicina loco, vel æquis par-

tibus diuiſa, nempe binis interiecta. Nam vicina ſunt Piſces, Aries, Sagittarius, Scorpius, &c.

Ibid. *diuiſa aut partibus.*] binis interiectis.

v.9. *totidem nec ſigna feruntur.*] Scribe; *nocturna feruntur.* Et ratio poſtulat, & Gemblac. ita habet.

v.11. *Caſtoris eſſe vices.*] *Caſtris eſſe vices* olim legebamus. Idem Gemblacenſis ſed cum traiectione: *Eſſe vices caſtris.* Caſtra vocat quaſlibet ſtationes in Zodiaco. Alibi:

——in externis ſubſidunt hoſpita caſtris. Item:
Ipſis dant fines caſtris, capiuntque viciſſim. Auſonius:
Septimus accepit limes rutilantia flammis
Recto caſtra ſitu. ——

Ait igitur alterum hemicyclium a principio Arietis diurnum: alterum a Libra, nocturnum dici.

v. 13. *Sunt quibus.*] Alij maſculina vocant diurna, feminina nocturna. Hoc dicit.

v.14 *Feminea in noctem.*] *Femineam noctem.*

v.15. *Quod nonnulla.*] Lego, *Quin nonnulla.* Sed τὸ *ſibi* ſuſpectum eſt. Octaua diuiſio, κατὰ τὴν δίαιταν. τῶν ζωδίων τὰ μὲν χερσαῖα, τὰ δὲ ὑδατώδη, τὰ δ' ἐπαμφοτερίζοντα. Et quidem χερσαῖα, Taurus, Aries, Leo, Scorpius. ὑδατώδη, Cancer, Piſces. ἀμφίβια, ἢ ἐπαμφοτερίζοντα, Capricornus, Aquarius.

v.16. *Neptuno debere genus.*] ὑδατώδη, Cancer, Piſces.

v.17. *& effuſo gaudentes aequore Piſces.*] Ad Cataſteriſmum Piſcium alludit. Nam Piſces in aqua, quæ ab vrna Aquarij defluit, dicuntur natare.

v.18. *vt quæ terrena.*] χερσαῖα, Taurus, Aries, Leo, Scorpius.

v.20. *Poſituſque Deorum.*] Gembl. *poſitique Deorum.* Vtramq. præfert veterem lectionem, *hoſtiſque Deorum.* Ita olim emendauimus, & quidem feliciter, vt omnes Latine intelligentes adſtipulaturos ſperamus.

v.22. *Sunt etiam media legis.*] ἐπαμφοτερίζοντα, Capricornus, Aquarius. Poſt hunc verſum retrahe illum: *Humida terrenis*:

Sunt etiam mediæ legis communia ſigna,
Humida terrenis æquali fœdere mixta.
Ambiguus terræ Capricornus, & æquoris vndis.
Parſque mari nitens ſemper fundentis Aquarij.

Et hæc quoque olim non infeliciter a nobis reſtituta. quod neſcio,

neſcio, an vlli noſtrorum Simiorum in mentem venire potuiſſet. Certe hæc opus habebant non vulgari attentione.

v. 23. *Humida terrenis atque illi degere mixta.*] Primum hunc verſiculum priſtinis ſedibus reſtituimus. deinde emendauimus. *æquali fœdere mixta.* Olim placuerat, *æquali lege remixta.* Sed vera eſt hæc poſterior emendatio. Qui aliquo iudicio præditi ſunt, nunquam reclamabunt.

v. 24. *Ambiguus terræ Capricornus.*] In Sphæra veteri de Capricorno :

τὰ πρόσθε μὲν γὰρ αἰγόπλαστα δείκνυται.
ὕστερ' ὄπισθεν ἰχθύος θαλασσίου.
ἡ μὲν γὰρ ἐν γῇ φέρβεται χλοηφόρῳ,
ἡ δ' ἐν κλύδωνι νήχεται γλαυκηφόρῳ.

v. 25. *Parſque marina nitens.*] Legendum quidem : *Parſque mari nitens.* Cæterum an ita pingeretur Aquarius, vt dimidiatus tantum appareret, equidem neſcio, & an Ouidius eo alluſerit.

Iam puer Idæus media tenus eminet aluo,
Et liquidas mixto nectare fundit aquas.

Nam etiam de dimidiato Aquario oriente intelligi poteſt. Certe poetæ videntur dimidiatum oriri voluiſſe. Aratus :

——— ὑδροχόοιο μέσον περιτελλομένοιο.

Itaque præbuit anſam Attalo locum deprauandi, qui legebat νέον περιτελλομένοιο. Sed caſtigatur ab Hipparcho. ὁ ὑδροχόος, inquit Hipparchus, τῇ θέσει κείμενος ὑπὸ μεσημβρίας πρὸς ἄρκτους τὰ μὲν κατὰ τὸ στῆθος καὶ τὴν καρδίαν μέρη πολὺ ἐκπίπτοντα τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου εἰς τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος ἔχει. τὰ δὲ κατὰ τοὺς πόδας νοτιώτερα τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου. ἐν δὲ τῷ ζωδιακῷ τὰ μέσα αὐτοῦ κεῖται. Si igitur ita medius ſecatur a Zodiaco Aquarius, vt altera pars in Aquilonē, altera in Auſtrum excidat, profecto oriente illa parte Zodiaci, quæ medium ſecat, orietur Aquarius media tenus aluo. reliqua pars adhuc erit ἐν τῇ περάτῃ. quod Manilio eſt in mari eſſe. Sed propterea non ſatisfit menti Manilij. Nam ipſe ait ſemper mari niti alteram partem Aquarij, vt ſit ambiguum ſignum terreſtre & marinum : ex quo manifeſto indicat pingi ſolitum dimidiatum extra aquas eminentem. Alioqui quomodo ambiguum ſignum maris & terræ eſſet ? In Kalendariis Ruſticis Romæ totus expreſſus eſt, non dimidiatus. Ouidius intellexit de dimidia parte oriente. In Parapegmate : VI. Eid. Febr. ὑδροχόος μέσος ἀνατέλλει.

v. 26. *animum deflectere cauſis.*] Gemblacenſis *deflectere curis:*

 Nona

Nona diuiſio, κατά τι πλεονέκτημα, ἢ ἐλάττωμα· τῶν ζωδίων τὰ μὲν πολύγονα, πολύσπορα, πολύτεκνα· τὰ δὲ στειρὰ, ἄγονα, ἄσπορα

v.28. *Fecundum eſt proprie.*] πολύγονα, ſeu πολύσπορα, ſeu πολύτεκνα ſunt, Cancer, Scorpius, Piſces.

v.30. *Sed ſterilis Virgo eſt.*] Signa στειρὰ, στειρώδη, ἄγονα ſunt Virgo, Leo, Aquarius.

v.32. *Inter vtrunque manet.*] Quæ neqne πολύγονα; neque στειρὰ, ea dicuntur κοινά: Capricornus, Sagittarius, Aries, Libra, Gemini, Taurus.

v.33. *Et qui contento.*] Gemblacenſis, *Et qui Cretæo.* Dicitur enim Minois regis Cretæ filius.

Ibid. *Centaurus in arcu.*] Centaurus in arcu ἰππάζει. ὁ κένταυρος ἐπὶ τοῦ τόξου, hoc eſt ἐπίτοξος. ὁ ναύτης ἐπὶ κώπης, ἐπίκωπος. Sic alibi: — *geminumque ſub arcu Centaurum.* — Sic Cicero: *Homo in tenui re,* ἀνὴρ ἐπ' ὀλίγων χρημάτων.

Pag.37. v.1. *æquantem tempore Libram.*] Lege: *æquantem tempora Libram.*

v.3. *Nec ta nulla putes in eo commenta vocaſſe Naturam.*] Legendum *commenta notaſſe Naturam rerum.* — Decima diuiſio, δρομαῖα: Leo, Sagittarius, Aries.

v.6. *Aut quæ recta ſuis.*] Vndecima diuiſio extra ordinem. Nam ὀρθοστάδια, ſiue ὀρθά, item καθήμενα, ſiue κατακεκλιμένα omnia ſunt κατὰ τὸ κεῖσθαι. Atque de iis, quæ κατὰ τὸ κεῖσθαι, ſupra dictum eſt in ſexta diuiſione.

Ibid. *Aut quæ recta ſuis.*] ὀρθοβαδιστικά: Virgo, Gemini, Aquarius. *Librantur* hic dictum, vt in architectonica, quæ recta ad libram in plano collocantur, librari dicuntur: vt apud Cæſarem *machinæ ad libram* dicuntur *deſtitui.* Apud Ouidium aliud eſt:

Et iam finitima corpus librabat in herba.

Nam ibi, vt in tormentis, librari lapides, & ſaxa dicuntur. Gallice *eſlancer.*

v.8. *Vel quæ feſſa ſedent.*] Corrige ita in textu, vbi operæ perperam ediderunt, *vt quæ feſſa.* Sedentia, vt diximus, ad ſextam diuiſionem pertinent. Sedentia ſunt, ſiue καθίζοντα, Taurus, Libra, Capricornus.

v.10. *Libra ſub emerito conſcendens.*] Gemblacenſis *conſidens.* quod proprium a labore in ſede ſe collocantium. Textus Bonincontrij quoque ita habet. Sane accommodatum ad χηλὴν ἐργάτην

priſcam..

priſcam. In Kalendario enim ruſtico Romano Epiſcopi Vallenſis Libra conſidit, quæ tamen hodie pingitur ſtans. Quam inepta erat vulgata lectio, tam notabilis eſt Gemblacenſis.

Ibid. *orbe laborum.*] Orbem laborũ vocat, quod penſum alij. τὰ ἀνύματα τοῦ ἔργου. Quotidianus enim labor redit in orbem. Et operarij laboribus defuncti collocant ſe quieti, qualis Libra pingitur.

v. 11. *Tuque tuo Capricorne gelu.*] Et Capricornus quoque contractus pingitur: vt alibi:

——— Et anguſto Capricornus ſidere flexus:

Et procumbens quoque quemadmodum bos, vt extat in eodem Kalendario ruſtico. in quo plane ὀκλάζων eſt vterque tam Capricornus, quam Taurus.

v. 15. *Quod ſi ſolerti.*] Vndecima diuiſio. ζώδια πηρὰ, ſiue mutila. Auctores artis μελοκοπούμενα vocant.

v. 17. *Scorpios in Libra conſumit brachia.*] Chelæ Scorpij in Libra conſumuntur. Et nos alibi monemus Scorpium occupare partem duorum Dodecatemoriorum: quo nomine duplex dicitur Germanico in ἀνεκδότοις:

Scorpios hinc duplex, quam cætera, poßidet orbem,
Sidera, per Chelas geminato ſidere fulgens.

Vnde χηλαὶ Græcis ſæpe pro Libra, vt multis locis apud hunc auctorem. Virgilius:

——— ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cæli iuſta plus parte reliquit.

Hoc eſt: tibi reliquit locum Libræ. Hinc Poeta vetus:

Et Libram, quam Cæſar habet.—Adde quod alludit ad natalem Cæſaris Auguſti principio Libræ, VIIII Kal. Octobres Iulianas. De quo alibi.

v. 18. *Succidit incuruo.*] ὀκλάζει. Aratus:

Ταύρου δ' σκελέων ὅσση περιφαίνεται ὀκλάξ. Lucanus:

Æthiopumque ſolum, quod non premeretur ab vlla
Signiferi regione poli, niſi poplite laſſo
Vltima curuati procederet vngula Tauri.

v. 19. *Centauroupereſt.*] Nam Centauri χιδιοχάρημα, vt pingatur dimidiato vultu. Centaurus eſt etiam dimidiato vultu in illo luculento ruſtico Kalendario Epiſcopi Vallenſis, quod longe meo iudicio elegantius, quam illud, quod etiam vidimus in palatio Farneſiano, in quo Sagittarius pleno vultu viſitur,

non dimidiato. Apud Iuuenalem ſimile eſt.

——— *Et ſtatua meditatur prælia luſca.*

v.24. *Temporibus quoque ſunt.*] Duodecima diuiſio eadem cum quinta. Nam τὰ δίσωμα, quæ in illa tractantur, eadem ſunt cum iis, quæ in hac proponuntur, quæ ideo dicuntur τροπικά, quod deſinant in principiis quatuor temporum anni, Piſces quidem ineunte vere, Gemini æſtatis principio, Virgo Autumni, Sagittarius hiemis.

v.27. *Quatuor in partes ſcribuntur.*] Fortaſſe *tribuuntur* ſcripſit Manilius. Sed vulgatam lectionem non improbamus.

v.29. *Nec ſatis eſt proprias ſignorum noſcere formas.*] Proprias formas dicit, quod κυριολογώτερον propriarum formarum vires, hoc eſt, τὰς ἰδιότητας τῶν μορφώσεων dixiſſet. τὰ ζῴδια κατὰ τὰς ἰδιότητας αὐτῶν, vt diximus, tripliciter conſiderantur, καθ' αὑτά, πρὸς ἄλληλα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πλανωμένους οἰκείωσιν. Sed tertia, quam promiſit, non comparet. Prima abſoluta, ſupereſt ſecunda, ἡ τῶν ζῳδίων κατ' ἄλληλα οἰκείωσις, quæ σχηματισμὸς dicitur, vulgo Aſpectus. Nam apud veteres hoc verbi non reperies. Cenſorinus Conſpectus vocat.

v.30. *Conſenſu.*] τῇ οἰκειώσει, τῇ συμπαθείᾳ.

Ibid. *fata monent.*] Decernunt. *fœdere*, τῇ οἰκειώσει.

v.31. *Atque aliis alia.*] αἱ μορφώσεις, quarũ paulo ante meminit.

v.33. *In tres æquales.*] Eſto circulus Zodiaci partium CCCLX. Eius ſemiſſis CLXXX σχηματισμὸν ἐκ διαμέτρου efficit: triens CXX triquetri æquilateri: quadrans XC Tetragoni latus: ſextans LX Hexagoni.

Ibid. *In tres æquales.*] A triangulo iſopleuro primum σχηματισμὸν aggreditur. Tres lineæ æquali ductu faciunt trigonum iſopleuron: cuius latus quatuor ſigna abſoluta intercipit. Quatuor enim ſigna triens circuli.

Pag.38. v.2. *Et quæcunque tamen.*] τὸ *tamen* totam ſententiam perturbabat. Extricat Gemblacenſis, in quo eſt, *Et quacunque ferit*, optime. Quæcunque ferit, ſiue percutit latus trigoni, ea dicuntur ſigna trigona. Quo enim deſinit linea, aut quo incipit, dicuntur ea puncta initia trigoni.

v.3. *In tria partitur.*] Hic quoque τὸ *partitur* non minores tenebras offundebat. Legendum enim *partitus*. Totus locus ita concipiendus:

CONFI-

CONFIGVRATIONVM DIAGRAMMA.



Et quæcunque ferit, dicuntur Signa trigona,
In tria partitus quod ter cadit angulus aſtra,
Quæ diuiſa manent ternis diſtantia ſignis.

Non indigent interprete.

v. 4. *Quæ diuiſa manent terris diſtantia ſigna.*] Scribe:
Quæ diuiſa manent ternis diſtantia ſignis.
Etiam Gemblacenſis habebat *ternis*. Quæ linea ferit, ea ſunt trigona. vt a principio Arietis, ad principium Leonis linea ducta facit angularia ſigna trigona Arietem, & Leonem, & tria ſigna intercepta relinquit, Taurum, Geminos, Cancrum. Ergo Signa trigona ſunt, quæcunque manent ternis diſtantia ſignis.

v. 5. *Laniger & paribus.*] Scribe: *Laniger e paribus.*— Poſtquam docuit, quomodo fiat, & quatenus dicatur trigonum, nunc quæ dicantur trigona, exponit. Qui legebat *vt paribus*, ſolens delirabat. Sed cibus illi erat a nobis diſſentire, vt aliis illepidis

capitibus

capitibus vſuuenit, quod hominum genus cum maxima voluptate, & riſu quotidie experior.

v.9. *Per totidem toti.*] Tam deſperato loco ſuccurrit Gemblacenſis: qui pro *toti* habet *tortis*. Nimirum *ſortis* ſcripſerat Manilius, vt ſolet; id eſt τὰς μοίρας. vt poſſis perſpicere ἀςόχως nos olim diuinaſſe hic deeſſe, verbum, quod μοίρας exprimeret. Itaque *Partes* legebamus. *Deſunt*, id eſt ſuperſunt. Reliqua quæ non tetigimus. τὰ λοιπὰ, τὰ λειφθέντα. Gloſſæ: *Deerit*, περιγένηται.

v.10. *Sed diſcrimen erit dextris ſeu cauſſa ſiniſtra.*] Diſtinguendum:

Sed diſcrimen erit dextris ſeu cauſſa. Siniſtra
Quæ ſubeunt: quæ præcedunt, dextra eſſe feruntur.

Dextra ſigna ſunt τὰ προηγούμενα καὶ προαναφερόμενα. Siniſtra τὰ ἑπόμενα. Res ipſa loquitur. Conſule diagramma. Quintum Signum ab Arietis principio eſt principium Leonis in conſequentia. Leo igitur eſt ſiniſter. Rurſus quintum ſignum in antecedentia, eſt Sagittarius. Proinde Sagittarius eſt ſignum dextrum trigoni Arietis.

v.13. *Hoc ſatis exemplo eſt ad quæ diuerſa.*] Legendum:

Hoc ſatis exemplo eſt. At quæ diuerſa quaternis
Partibus æquali laterum ſunt condita ductu, &c.

Ibid. *At quæ diuerſa.*] Nihil muto. Sed conſtat mihi Manilium ſcripſiſſe *diuiſa*. In Gemblacenſi duo hæc, *diuiſa, diuerſa* commutantur.

v.15. *Quorum deſignat normalis.*] Normalis linea, ἡ κάθετος: linea quæ ad perpendiculum cadit, id eſt πρὸς ὀρθάς. Itaque ὀρθὴ γωνία Quintiliano recte dicitur normalis angulus. Nam poſteriores male rectum angulum vocant, vt non diſtinguant τὴν ὀρθὴν ἀπὸ τῆς εὐθείας.

Ibid. *Quorum deſignat.*] Quorum anguli normales ſunt. Signa tetragona.

v.16. *Dextra ferunt Libram Capricornus ſpectat & illum.*] Interpolatitia ſunt hæc. Gemblacenſis hic mutilus eſt, & corruptus. Bonincontrij textus habet:

Dextra fert Libram Cancer Capricornus & illam.

Quæ recta eſt lectio. Et tota ſententia ita concipienda.

Dextra fert Libram Cancer, Capricornus & illam.
Conſpicit hunc Aries, atque ipſum partibus æquis

Cancer,

Cancer, & hunc læua ſubeuntis ſidera Libræ.

Conſule diagramma. Non opus eſt Mercurio.

v. 18. *& hunc læua.*] Gemblacenſis *læua*: quomodo ſuperius *Dextra*. Incipiat Tetragonum a Libra. Libræ dexter Cancer, Cancro Capricornus, Capricorno Aries, Arieti Cancer, εἰς τὰ προηγούμενα: at Cancro rurſus ſiniſtra eſt Libra εἰς τὰ ἑπόμενα. Inſigniter hic locus deprauabatur ab eo, qui a nobis didiciſſe ægre ferebat. Sed æger zelotypia animus motat, quantum poteſt, alas: nondum tamen volare didicit.

v. 19. *Semper enim dextris cenſentur ſigna priora.*] Mirum genus loquendi: Signa cenſentur priora dextris: id eſt, eo cenſentur priora, quod dextra ſint, τῷ δεξιὰ εἶν.

v. 20. *Scilicet in totidem.*] Lego: *Sic licet in totidem.*— Hoc, inquit, modo licebit cætera Tetragona exornare, ternis ſignis latus inſtruendo. Quarta enim pars Signorum ſunt tria ſigna.

v. 23. *Sed ſi quis contentus erit.*] In Gemblacenſi titulus huic capiti prænotatus erat: DE MENSVRA EORVM SIGNILITER ATQVE PARTILITER. & quidem recte. Nam trigona aliter ſigniliter, ſiue ζῳδιακῶς, aliter partiliter, ſiue μοιρικῶς capiuntur: quod ſigniliter, hoc eſt, ſi quinque abſoluta ſigna comprehendat latus trigoni, erunt partes CL, quæ excedunt trientem de CCCLX partibus. At ſi partiliter, hoc eſt, tertiam partem circuli acceperis, tunc comprehendet quatuor tantum ſigna abſoluta.

Ibid. *Sed ſi quis contentus erit.*] Si quis illa non ſecundum partes Circuli, ſed ſecundum ſigna æquare voluerit, falſus erit: puta, ſi quis ita quadratum componere voluerit, vt putet quaternis ſignis includendum, & Trigonum quinis, ita vt ζῳδιακῶς, non μοιρικῶς ea ratio putetur. Nam ſi a principio Capricorni, ad finem Tauri, ducatur linea, ea includet quinque ſigna abſoluta. Sed erit latus trianguli iſoſcelis, non iſopleuri, cuius baſis erit duorum ſignorum.

v. 24. *Diuiſum ſignis.*] Legendum: *Diuiſum vt ſignis.*

v. 29. *Qui tamen ex ſignis.*] Non ſtatim ſequitur, vt trigoni vim ſentire poſſit, qui in ſigno angulari natus eſt. Nam quia μοιρικῶς conſtituendi ſunt σχηματισμοὶ, ſi a XV parte Capricorni, ad XV Tauri, ducatur linea, & fiat Trigoni latus: ſane qui ſecunda parte Tauri naſcetur, non poterit vires trigoni ſentire.

tire. Nam ita quatuordecim partes a trigono excluduntur.

v.32. *Amiſere loco dotes.*] Eleganter. Nam in exemplo ſuperiori licet Taurus, in cuius ſecunda parte horoſcopus incidit, ſit quintum a Capricorno ſignum; tamen nomine tenus erit trigonum, quatenus ſignum a ſigno quintum eſt, loco autem, id eſt μοιρικῶς, non erit. Amittit enim vires trigoni: quia partes non ſunt abſolutæ.

Pag. 39. v. 4. *Hunc autem numeri.*] Quod ſi a principio ſigni, ad finem quinti, ducatur linea, latus non efficit ſummam trientis. excedet enim. vtpote quum quinque ſigna abſoluta ſint partes CL: quas oportebat eſſe CXX, vt ſint triens circuli.

v. 6. *Quod quanuis duo ſint.*] Locus peſſime acceptus. Proculdubio legendum:

Quod quum bis duo ſint a dirimentibus aſtra,
Si tamen extremum laui, &c.

Error ſolens librariorum veterum *quum vis* pro *quum bis.* Inde poſteriores librarij prioribus imperitiores ex *quumuis*, *quanuis* fecerunt, procliui errore.

Ibid. *Quod quum bis duo ſint hæc a dirimentibus aſtra.*] Dirimentia aſtra, ſiue ſigna vocat, angularia, quibus quatuor media ſtipantur. Quanuis, inquit, tibi concedam bis duo, ſiue quatuor ſigna a punctis dirimentibus eſſe, tamen latus efficit centum quinquaginta. Nam ex duobus dirimentibus ſignis, ſiue angularibus, vnum integrum accepiſti, quum principium tantum eius aſſumendum eſſet, non finis. A principio enim ſigni, ad principium quinti, non autem ad finem quinti, ducenda erat linea. Anguli ſunt ſigna dirimentia: quæ a ſimilibus partibus ſumenda ſunt.

v. 7. *Si tamen extremum.*] Si tandem a principio ſigni primi anguli, ad finem ſigni ſecundi anguli numeres, puta a principio Capricorni, ad finem Tauri, conſiet numerus C L partium: hoc eſt, vt ipſe loquitur, ter quinquagenum partium.

Tranſibit numerus formam.] Formam trianguli, τὸ σχῆμα. Nam non amplius erit iſopleuron, ſed iſoſceles. Sic Cenſorino dicitur Hexagoni lateralis forma. ſic. infra:

Quadrati ſi forte voles effingere formam.

Sed fortaſſe legendum *normam.* quod non eſt contemnendum.

v. 10. *fineſque ſequentis Conſumet ductus.*] Ductus, hoc eſt linea

hea illa conſumet etiam ſequentis lateris principia. Triginta enim illi auferet.

v. 11. *Conſumet ductus.*] Ductus, linea. tractus ipſius lineæ. Supra: *In tres æquales diſcurrit linea ductus.*

Ibid. *Licet ergo ſigna trigona Dicantur.*—] Licet trigonorum more quina ſigna in latere habeant, tamen non ſeruant legem partium trigoni.

v. 13. *Hæc eadem ſpecies fallit.*] Gemblac. *fallet.* Idem quoque fallere poteſt in tetragono. Quamuis enim quatuor ſigna in latus includas, tamen niſi μοιρικῶς nonaginta partes tantum aſſumpſeris, operam luſeris.

v. 16. *Euenit, vt prima ſigni de parte prioris.*] Prius ſignum eſt dexter angulus. Sequens, ſiniſter. Si a principio Capricorni, ad finem Arietis lineam duxeris: quatuor quidem ſigna in latus incluſeris. ſed tamen quadrati lege non erit. Latus enim quadrati eſt nonaginta partium, hic vero, vt ipſe loquitur, bis ſexagenarum. Exceſſus erit, vt in trigono, xxx partium. Quid autem mouerit Manilium, vt rem tam puerilem tam anxie notarit, equidem cauſſam comminiſci non poſſum. Nam a principio ſigni, ad principium ſigni, & partis, ad ſimilem, fit ductus. Valde bardum eſſe oporteret, qui aut erraret, aut quintum ſignum, quinque ſigna putaret eſſe. Nugatoria ſunt hæc.

v. 18. *Bis ſexagenas faciat ſua ſumma.*] Deprauatiſſima ſunt. Totus locus ita reſtituendus, & quidem minimo labore:

Si partem ad ſummam ducatur virga ſequentis,
Bis ſexagenas faciat. Sin ſumma prioris,
Et pars confertur ſubiuncti prima, duorum
Signorum in medio numerum tranſitque, refertque.

Gemblacenſis retinet veſtigia veræ lectionis.

Bis ſexagenas faciat in ſumma prioris.

Ibid. *Sin ſumma prioris.*] Ecce iterum vrget nos incommodo. Si quadratum a fine dextri Signi, ad principium ſiniſtri putetur: quanuis a xxx parte Capricorni, ad primam Arietis, quatuor ſigna numerantur: tamen duo intercepta media includentur in latus, duo extrema excludentur. Ita latus erit bis tricenarum partium. Summæ deerit triens. Tricena enim hæc deerunt, quæ priori ſummæ; hoc eſt ſummæ prioris exempti ſuperabant. Sane hanc Manilij ἀκριβείαν amare non poſſum. Quis enim illi con-

ſ 2 cedat

cedat ab vltima Capricorni, ad primam Arietis, quatuor ſigna comprehendi? Sunt enim ſexaginta partes tantum excluſiue, ſexaginta & vna incluſiue, vt vulgus loquitur. Nam dodecatemoriorum habenda eſt ratio. Dodecatemoria vero in quauis parte circuli, vnde vnde incipias, reperiuntur. A quacunque parte Circuli tria continua dodecatemoria acceperis, trientem Circuli abſolueris. Is numerus, quem præſcribit, conſtare non poteſt nec in trigono, ſi a prima Capricorni, ad triceſimam Arietis numeraueris. quatuor enim tantum ſigna erunt. neque in tetragono, ſi a prima Aquarij, ad triceſimam Arietis. Nam tria tantum erunt. Et tamen & trigono, & tetragono ſuus conſtabit partium numerus, quanuis ſignorum non conſtet, vt vult Manilius. Præterea quum figurationes illæ a numeris vocentur, Sextilis a ſex, quadrata a quatuor, triquetra a tribus, dimidiatus circulus a ſex: ſi ſextilis habeat duo ſigna, quadrata tria, triquetra quatuor, oppoſita ſex, & ſigna illa per numerum figurationis multiplicentur: ea integrabunt circulum, hoc eſt XII ſigna Zodiaci, bis ſex, ter quatuor, quater tria, ſexies duo. Quod ex ſequentibus diagrammatis patet.

HEXAGONA.

6

2

♈	♊	♌	♎	♐	♒
♉	♋	♍	♏	♑	♓

TETRAGONA.

4

3

♈	♋	♎	♑
♉	♌	♏	♒
♊	♍	♐	♓

TRIGONA.

3

4

♈	♌	♐
♉	♍	♑
♊	♎	♒
♋	♏	♓

OPPOSITA.

2

6

♈	♎
♉	♏
♊	♐
♋	♑
♌	♒
♍	♓

V. 19. *Et pars confertur ſubiunctiu.*] Ineptiſſime, vel potius nullo ſenſu. Legendum *ſubiuncti*. Angulus dexter vocatur prior. Ergo læuus vocatur ſubiunctus. merito.

v.20. *Signorum in medio.*] Profectò Manilius ſcripſit:—*duorum*
Signorum medium numerus tranſitque, refertque.

Numerus per duo media ſigna incercepta tranſit, eorumque ſummam refert duntaxat, non autem dirimentium, ſiue ſtipantium.

Ibid. *Signorum medium.*] Mirum genus: Signorum medium, media ſigna. Fortaſſe legendum *numerum*. Ita erit τὸ *medium* pro mediorum. Ita, inquit, ſumma tranſibit duorum mediorum ſignorum numerum.

Ibid. *refertque.*] Refert tantum media ſigna. quid refert? Triginta duplicat partes. at pars tertia deſit, nimirum totius trianguli tertia pars, hoc eſt triginta. hoc eſt quod elegantiſſime dicit naufragium vnius ſigni.

Ibid. *tranſitque refertque.*] ἓν διὰ δυοῖν. Tranſit ſigna refert. Tranſita ſigna refert. Tranſitorum ſignorum refert numerum. Tranſita ſigna vocat intercepta. Infra:

Alterius ductus locus eſt per tranſita ſigna.

v.23. *Naufragium facient partes vnius in ipſis.*] Diſtinguendum:

Naufragium facient partes vnius. In ipſis
Non igitur ſatis eſt ſignis numeraſſe trigona.

v.24. *Non igitur ſatis eſt ſignis.*] Non ſatis eſt ſigniliter καὶ ζῳδιακῶς putare formas.

v.27. *facies quum membra trigonis.*] Gemblac. *trigoni.* Recte.

v.28. *Hic poſcit quartam.*] Manifeſtum mendum deprehendimus olim, *quartam*, pro *quintam*. Sed & Gemblacenſis agnoſcit *quintam*. Hic, inquit, hoc eſt in trigoni finitione centeſima ſumma poſcit quintam partem. Centeſimam ſummam vocat τὴν ἑκατοντάδα, centenarium numerum ἰδιωτικῶς. Cuius quinta pars xx. Ita fiunt cxx in latere trigoni iſopleuri. Illic, hoc eſt in tetragono, centeſima ſumma amittit decimam. Decima centenarij x. Ergo fient xc in latere quadrati. Bonincontrius: *Hic poſcit quartam partem*, id eſt, inquit, quatuor ſigna. Vides acumen. Et multa eiuſmodi apud illum virum minime malum inuenies. Sed nos abſtinemus a pædagogicis reprehenſionibus.

v.30. *Et quiſcunque quater cunctis.*] Lege: *quater iunctis.*

v.31. *Quæque loca in triplici.*] τὸ IN abundat. Poſitio in ſequenti, vt alibi:

Ne magna breuibus careant compendia dictis.

v. 32 *Quum ſignata viæ.*] Elegantiſſime dictum: hoc eſt, vbi coit angulus. Angulus eſt compendium viæ: quia artatur, & breuior fit ſuperficies. Contra lineæ rectæ parallelæ ſunt diſpendium viæ, quia ab alterius extremo, ad alterius extremum, lõgior via eſt, quam ἐν τῇ κλίσει duarum. Non potuit dici elegantius.

Ibid. *Quum ſignata viæ.*] Quacunque incumbit angulus.

v. 33. *His Natura dedit.*] Ex Gemblacenſi repone:

His Natura dedit communi fœdera lege.

Tota συνοχὴ ita concipienda:

Et quiſcunque quater iunctis fauet angulus vſque,
Quæque loca triplici ſignarit linea ductu,
Quum ſignata viæ linquet diſpendia rectæ,
His Natura dedit communi fœdera lege,
Inque vicem affectus, & mutua iura fauoris.

Pag. 40. v. 2. *Quocirca non omnis habet genitura trigonos Conſumet ductus.—*] Deeſt τὸ QVÆ. Vt ſupra: *Ingenium Natura dedit.* id eſt, cui ingenium Natura dedit. Niſi dicamus *habens* non *habet* legendum eſſe.

Ibid: *Quocirca non omnis habet.*] Non omnis genitura, quæ habet ductus trigonos, ſtatim dicenda habere, niſi conſumptos & abſolutos habeat. Vt a xv Arietis, ad ix Leonis, numerantur quinque ſigna: ſed non tamen abſolutum trigoni latus habet illa genitura, niſi partiliter habeat, hoc eſt a parte data, ad ſimilem.

v. 3. *licet ergo ſigna trigona Dicantur partes.—*] Ineptiſſime, & cõtra hypotheſin. Nam trigona tunc abſoluta ſunt, quum dicuntur partes, vel partilia. Sed Manilius ſcripſit: *— licet ergo ſigna trigona Dicantur partis.—* Signa trigonæ partis, id eſt Signa partis trianguli. Nam profecto Aries & Leo ſunt ſigna trigonæ partis, ſiue trigoni lateris. Sed non ſtatim erunt trigona, niſi a parte, ad ſimilem partem numerentur.

v. 7. *Diſtat enim, an partes.*] Melius fecero, ſi totum locum, vt debet legi, appoſuero;

Diſtat enim, an partes conſumat linea iuſtas,
Detractetve modum numeri, quem circulus ambit,
Nunc tres efficiat, nunc quatuor vndique ductus,
Quos in plura iubet ratio procedere ſigna
Interdum, quam ſunt numeris memorata per orbem.

Plurimum

Plurimum, inquit, intereſt, an linea, quæ aut trigonum, aut tetragonum facit, conſumat iuſtas partes, & partiliter accipiatur: an vero detractet numerum totius circuli, quum ſcilicet in plura ſigna procedit, quam ratio numeri per totum orbem poſtulat.

v.8. *Detractetque.*] Melius ad mentem Manilij *Detractetve.* Detractare, vel vt alij ſcribunt, detrectare, idem quod primigenium Detrahere.

v.10. *Quos in plura iuuet.*] *Iubet.*

v.12. *Sed longe maior.*] Quatenus σχέσει differant ſigna, docuit. nunc, quatenus viribus. Longe, inquit, maior vis trigoni, quam tetragoni. Quo enim propior nobis linea fuerit, eo efficacior. Quo maior ὑποτείνουσα, eo ab arcu ſuo remotior, & centro ſuo propior. Subtenſa in trigono remotior eſt ab arcu ſuo, quam in tetragono. Ergo nobis propior, qui centri vicem obtinemus. Efficacior igitur.

v.14. *ſubmoto linea.*] Linea, ἡ ὑποτείνουσα. *Templo*, arcu ſuo. *Horum*, tetragonorum.

v.15. *Illa magis vicina.*] Linea trigoni.

v.18. *Deuiaque alternis.*] Inepte hæc diſiungunt a ſuperioribus vulgaræ editiones. Nunc ad hexagona pergit. Sexta pars Circuli, LX: quot partium latus Hexagoni. Deuia vocat, quia eorum ὑποτείνουσαι remotiſſima. ideoque obliquus eorum aſpectus, ac minimus inter ſe conſenſus. Noue autem alterna pro binis dicit: vt & Cenſorinus; qui latera Hexagoni alternas lineas vocat.

Ibid. *Deuiaque alternis.*] Quod a principio Tauri, ad principium Cancri, linea ducitur, ideo medium interceptum alternum vocat. Atqui non magis interceptum eſt, quam Taurus ipſe. Vtrunque enim ſignum integrum eſt. Itaque ab ea mente dicit ſingula ſidera formari a tali linea.

v.20. *Inuita angusto.*] Inuitam lineam obliquam dicit. Quo magis ὑποτείνουσαι a diametro recedunt, eo obliquiores. Orbem τὴν περιφέρειαν dicit.

v.21. *Nam quum per calles formantur ſingula limos.*] Interpolata lectio. Gemblac. *Nam quum per tales formantur ſingula limes.* Sed *limas* legendum. pro quo ſubſtituit de ſuo *binas* bonus Bonincontrius, ne & in hoc quoque ſibi diſſimilis eſſet. Ego hanc ſubtilitatem non capio, vt latus hexagoni binis lineis includam. *tales limas* ſcilicet lineas: quas paulo ante *inuitas* vocauit.

v.23. *Sexque per anfractus curuatur virgula in orbem.*] Quid? latus hexagoni curuatur per ſex anfractus? Intelligit fortaſſe ſex peripherias ſegmentorum hexagoni. Hoc vero longe ineptius erit. Nam in circulo propoſito quænam peripheriæ poſſunt curuari, non video: niſi aliam peripheriam ſegmento hexagoni tribuamus præter eam, quam vnicam habet circulus. Quod eſt abſurdum.

v.25. *qua te Capricorne rigentem.*] Gemblac. *quo te.*

v.28. *Alterius ductus locus &c.*] Legendum, *Alterius ductus locus eſt.* quod & puero patet. Abſoluto primo orbe a Tauro, ad Piſces, alterius orbis initium ab Ariete, ad Aquarium, & ſic deinceps. Tranſita ſigna vocat intacta. ſuntque ea, quæ primo orbe ſingula interiecta erant, neque a linea contingebantur. Nam ea in ſecundo orbe angulum facient: quemadmodum in primo orbe Taurus, & Cancer Geminos interceptos habent. In ſecunda repetitione Gemini & Leo Cancrum medium habebunt.

Ibid. *Alterius ductus.*] Ineptiſſime textus Bonincontrij,

Alternis ductus locus & per tranſita ſigna.

v.29. *Vtque ea pratercam.*] Non quiuis ſententiam huius loci capit. Gemblac. habet. *Vtque ea prætereas.* Totus locus ita continuandus:

Alterius ductus locus eſt per tranſita ſigna,

Vtque ea prætereas, quæ ſunt mihi ſingula dicta.

Nihil verius. Ductus alterius orbis eſt, vt incipias a ſignis tranſitis in priore orbe, ſcilicet vt prætereas ea ſigna, quæ ego vocaui *ſingula*; nimirum *tranſita.*

Ibid. *quæ ſunt mihi ſingula dicta.*] Quæ ego vocaui ſingula illo verſiculo.

Nam quum per tales formantur ſingula limas *Sidera.* —

Hæc vt dixi, non cuiuis erant obuia. Sed Gemblacenſis fuit hic nobis θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

v.31. *Tranſuerſos igitur.*] Cenſorinus: *Hunc quidam conſpectum non vſquequaque receperunt, quod minimum ad maturitatem partus videbatur conferre.*

v.32. *Quod nimis inclinant.*] Auſonius:

Obliqua exilem dimittit linea lucem,

Adſpirans tenues per inertia pondera motus.

v.33. *ex recto certior ictus.*] Vt in trigono linea recta certior, proxime

proxime a trigono in tetragono. in hexagono vero lima & obliqua.

Pag.41.v.1. *Tertia conuerſo.*] Omnino legendum *connexo*. De Hexagono intelligit rurſus. Error a vetere ſcriptura : *conneſto*, pro *connexo*.

v. 2. *Et quæ ſuccedit.*] Plane legendum : *At quæ ſuccedit*. Nam aliud caput eſt.

Ibid. *At quæ ſuccedit.*] Sequitur ordine περὶ τῶν ἀσυνθέτων καὶ ἀβλέπτων. Ea ſunt, quæ nullam configurationem facere poſſunt. Nam σχηματισμὸς vt minimum non poteſt fieri intra LIX partes. Quæ igitur intra hunc numerum ſunt, ea ἄβλεπτα, καὶ ἀσύνδετα, καὶ ἀσχημάτιστα dicuntur, vt ſunt, quæ XXX tantum partium computantur: quorum duo ſunt genera. μοναχὰ, hoc eſt dodecatemoria a principio, ad finem ſuum conſiderata. item συναφῆ, a partibus ſimilibus, ad ſimiles : vt a XVII Cancri, ad XVIII Leonis. Hæc igitur nullum σχηματισμὸν efficiunt. Nam σχηματισμὸς eſt πρὸς ἄλλο σχέσις τίς. Hic vero aliud ſignum non eſt. vnum enim tantum eſt. Ergo nullus σχηματισμὸς. quia nullus σχηματισμὸς δι' ἑνὸς, vt Græci auctores artis notant.

v.3. *Singula circuitu quæ tantum tranſeat aſtra.*] Lege *tranſmeat*. Tranſmeare & Tranſire dicitur Manilio linea, quæ a ſigno, ad ſignum ducitur.

v.4. *Vis eius procul eſt.*] Signa ſingularia, ſeu μοναχὰ nullum effectum habent, quia nullam σχέσιν. Si nulla σχέσις, ergo nulla οἰκείωσις. Inefficacia vocat Firmicus, quæ ſignis ſingularibus diuiduntur: Græci ἃ δι' ἑνὸς ἀπέστραπται ἑαυτά. Vocant etiam ἄβλεπτα. Firmicus : *Inſtituendum Mathematicum etiam in primis illud docere debemus, quid ſit diametrum, quid trigonum, quid quadratum, quid hexagonum, quid ableptum.* Ita hunc locum expleuimus & emendauimus ex veteri Codice manuſcripto. Nam hodie & mancus & corruptus locus ille circumfertur. *Abiectus* enim ibi legitur pro *ableptus*. Quin etiam lemma eius capitis ita ex eodem libro reſtituendum: *De Diametris, Trigonis, Quadratis, Hexagonis, de iunctis, ſiue Ableptis.* Item infra : *Ac per hoc quodcunque ſignum extra hunc numerum fuerit inuentum, pigrum & ableptum dicitur.* Imponere potuit correctoribus vox pigrum, ἀργὸν, vt Græci artifices vocant, cui reſpondet non male Latina abiectum. Quia igitur ἄβλεπτον ſignum dicitur, quod nullum σχηματισμὸν efficit, ab eo

inferioris vetuſtatis Græci *τοὺς σχηματισμοὺς* etiam *βλέψεις* dixiſſe videntur. Sane Cenſorinus Conſpectum dixit, quod Arabes النظر hoc eſt, Aſpectus, vt etiam noſtri ex illis vertere. Quicquid Arabes præter Ptolemæum decernunt, id Arabum commentum putant noſtri: quum tamen plurima, quæ Arabibus vulgo attribuuntur, vetuſtiſſimorum Græcorum eſſe compererim, e quibus Arabes hauſerunt.

v. 6. *Sed tamen eſt illis Phœbus ſub lege propinquus.*] Gemblac. *ſub lege propinqua* recte. Sed nondum purgatus locus eſt. Nam perperam *Phœbus* pro *fœdus*. quem errorem etiam alibi infra caſtigauimus. *Ne ſit mirandum, ſi Phœbus non datur aſtris.* Ibi enim *fœdus* quoq. legendum. Sed tamen, inquit, fœdus eſt illis ſub lege propinqua: quod eiuſcemodi cõfigurationes poſſunt eſſe collegia maſculorum & femininorum ſignorum. Nam linea a principio Arietis, ad finem Tauri, & ſextilem aſpectum includit, & maſculum cum fœminino coniungit. Si, inquit, qua ſunt hexagona non valent, at tamen ſub lege propinqua fœdus habent. Propinqua enim lex eſt hexagonorum collegiis maſculorum & femininorum. Quod Phœbus hic tenebricoſius non radians fuerit Bonincontrio, melius ex ipſo didicerit lector, quam ex nobis, qui nemini ſolemus ἐντρυφᾶν.

v. 7. *quod euntibus aſtris.*] Quod ordine incedentibus aſtris, id eſt, quod aſtris ſecundum ordinem ſuum binis ſumptis maſculum vnum vni feminino reſpondet, & coniunctum eſt.

Ibid. *Maſcula ſex maribus.*] Poteſt legi: *Maſcula ſex paribus reſpondent.* Infra:

Maſcula ſi paribus, vel ſi diuerſa ſuorum
Reſpondent generi. ——— Reſpondent autem maſcula ſex maſculis, quia terna ternis: Aries, Libræ: Gemini, Sagittario: Leo Aquario. Sic feminea femineis, terna ternis: Taurus Scorpio: Cancer Capricorno: Virgo Piſcibus.

v. 9. *Feminei ſic coniungunt.*] Miſere hæc deformata ſunt. Vere ſcripſit Manilius:

Quod non diuerſum genus eſt, quod euntibus aſtris
Maſcula ſex maribus reſpondent: cætera ſexus
Feminei. ſic coniungunt commercia mundi.
Sic, inquam, alternis paret natura figuris.

Sub lege propinqua hic σχηματισμὸς valet: quod genus maſculinorum,

norum, & femininorum non eſt diuerſum hexagonis. vtpote quum ſignis ſecundum ſucceſſionem ſuam euntibus ſint maſcula ſex: & totidem maſculis reſpondeant totidem cætera ſexus feminei. Hæc nemo bene intelligebat, & quidam hæc temerarent potius, quam aut intelligerent, aut a nobis didiciſſe videri vellent.

v.9. *Feminei ſe coniungunt.*] Legimus: —— *Cætera ſexus*
Feminei. Sic coniungunt commercia Mundi.

Manifeſta & certa ſententia, cui nemo ſanior aduerſari poſſit.

v.10. *Sic quicquam alterius.*] Ridicule. Scripſerat Manilius:
Sic, inquam, alternis paret natura figuris.

Figuris, σχηματισμοῖς. Nam de illis mentio,& horum in hoc epilogo meminit.

v.11. *Et cognata iacent certis.*] Corruptum a correctoribus. Gemblacenſis:
Et cognata manent generis ſub legibus aſtra.

Legem propinquam,cuius ſupra meminit,vocat hic legem generis, ſiue ſexus. Itaque reſtitutionem huius loci codici Gemblacenſi debemus. Et ſane omnia hæc oculatiſſimos effugiebant, nedum tirones harum rerum.

v.12. *Iam vero nulla eſt.*] Lemma huius capitis in Gemblacenſi præferebatur hoc: DE INCONIVNCTIS SIGNIS ET QVÆ VI. LOCO SVNT. Nunc de illis, quæ dicuntur ζυναφῆ, a ſimilibus partibus,ad ſimiles ſequentis. Firmicus iuncta vocat.

Ibid. *hærentibus addita ſignis.*] Hærentibus, ζυναφέσι.

v.13. *nam conſenſus habet.*] Lege:
——— *nam conſenſus hebet, quia viſus ademptus.*

Quia viſus ademptus, ὅτι ἄβλεπτα. Nulla linea defluit ad viſum noſtrum. Videtur hoc iis, quæ ſupra περὶ βλέψεων diximus, aduerſari, & ἄβλεπτα potius dicta,quia a nobis non videntur, quam quod ſe non vident.

v.14. *In ſe cuncta ferunt.*] Gemblacen. *In ſe ducta ferunt.* Sed lego totum: *In ſe ducta ferunt animos, quæ cernere poſſunt.*
In ſe ducta, quia ſibi ſolis ſunt, & non aliis. quia nullam σχέσιν habent. Profecto eleganter dictum, *in ſe ducta*, τὰ ἑαυτοῖς, ἀλλ' οὐ πρὸς ἄλλο ἔχοντα. Adimunt, inquit, attentionem, καὶ ἐνατενισμὸν, neque dant locum viſui. ſunt enim ἄβλεπτα. Hæc quoque antea nemo capiebat.

 Ibid.

Ibid. *In ſe ducta.*] *ἀλλήλων ἀπεστραμμένα.* Ptolemæus: *τὰ μὲν δι' ἑνὸς ἀπέστραπται ὥσπερ ἀλλήλων.*

v. 15. *Sunt etiam aduerſi.*] Legendum: *Sunt & diuerſi generis.* — Sed totus locus ita comprehendendus:

Sunt & diuerſi generis connexa per orbem
Maſcula femineis, ſemperque obſeſſa viciſſim.

Quamuis ſupra de maſculinis & femininis attigerat, tamen hic obiter dicit poſſe vim ſextilibus ineſſe, qua collegia ſunt maſculorum & feminarum: non qua ſunt *ἐσχηματισμένα*, vtique lege generis ſiue ſexus, vt ipſe loquitur, non autem lege *σχηματισμοῦ*. Neque hæc antea intelligebantur.

v. 16. *ſemperque obſeſſa viciſſim.*] *ἐναλλὰξ διειλημμένα.* Nam maſculum ſignum binis vtrinque femininis ſtipatum, & contra.

v. 17. *Diſparibus.*] Diſparia ſunt duo *ἀνομοιογενῆ* ſimul ſumpta. Itaque duo ſigna non efficiunt *σχηματισμὸν*, qua maſculina ſunt, & feminina. ideo nihil poſſunt. Sed & nihil poſſunt qua ſunt *ἐσχηματισμένα ἑξαγώνως.* Conſenſus enim hebet, vt ſupra dixit. Sed ipſe Manilius in his configurationibus turbat. Intelligit enim a principio ſigni, ad principium ſequentis, virgulam ductam *σχηματισμὸν* non efficere. A principio autem ſigni, ad principium ſequentis, virgulam ducere, id vero eſt diſparia includere, maſculum cum feminino copulare. Sed ea erunt *μονάζοντα.* Vnum enim tantum ſignum intercipitur.

v. 18. *Sexta quoque in nullas.*] Hæc ſunt *ἀσύνδετα*, alterna maſculina, aut feminina, ſexta quæque. Nam virga a principio Arietis, ad principium Virginis ducta in nullas vires erit commoda. Quare? *Virgula per totum quod par non ducitur orbem.* Quia omnes configurationes in circulo debent eſſe æquilateræ. At virgula a ſigni principio, ad principium ſexti, non ſemper eadem per orbem ducetur. Faciet enim Triangulum iſoſceles: cuius baſis a principio Virginis, ad principium Scorpij.

v. 19. *Virgula per totum quod par non ducitur orbem.*] Ad verbum Ptolemæus: *τὰ δὲ διὰ πέντε εἰς ἄνισα διαιρεῖ τὸν ὅλον κύκλον, τῶν ἄλλων σχηματισμῶν εἰς ἴσα τὴν τοῦ περιμέτρου διαίρεσιν ποιουμένων.*

v. 20. *Sed duo ſigna facit.*] Duo ſigna dirimentia quaternis interiectis. Signa dirimentia Aries, & Virgo. Quaterna interiecta, Taurus, Gemini, Cancer, Leo. Sed hæc nugatoria. Nam Aries totus eſt. Initium autem Virginis tantum aſſumitur. Eadem

nugatus

nugatus eſt ſupra. Imo ſunt quinque ſigna abſoluta, a principio Arietis, ad principium Virginis.

v.21. *Tertius abſumpto ductus non ſufficit orbe.*] Tertius, inquit, ductus non abſumet circulum. Hoc eſt, tertia quæque ſigna non partiuntur æqualiter circulum. Itane Manili? Quid aliud hoc eſt, quam aſpectus ſextilis? linea a xv Arietis, ad xv Geminorum, tertij nempe ſigni ducta, quid aliud, quam Hexagoni latus in circulo? Bis ergo hallucinaris, & quum hanc formam aliam ab hexagona putas, & quum imprudenter negas quod antea aſtruebas. Quis non miretur ἀντιλογίαν;

v.22. *Atque ita diuerſis.*] In Gemblac. lemma præibat: DE CONTRARIIS SIGNIS. & quidem recte. τὰ διαμετρῶντα enim nunc perſequitur. Nam hæ tantum quatuor Configurationes in ſignis valent, Trigona, Tetragona, Hexagona, Diametra. De tribus dixit: de quarta nunc.

v.22. *Atque ita.*] In Gemblacenſi: *Atque ea.* Diuerſitas aperit vitium. Nam neutrum huc infarciendum fuit. ἀρχαϊκῶς ſcriptum fuerat, *Atque*, pro *At quæ.* Nihil verius. Ob ignorationem huius rei mira deprauatio totius periochæ conſequuta erat: quam ita concepimus:

At quæ diuerſis ex partibus aſtra refulgent
Per medium aduerſo Mundum pendentia vultu,
Et toto diuiſa manent contraria Cælo
Septima quæque, loco quanuis ſubmota ferantur,
Ex longo tamen illa valent.— Optima ſententia, & haud dubie ad propoſitum Manilij. Diuiſa, Aduerſa, Diuerſa pro eodem ſemper ponit, vt habes hic ea continuata. Διαμετρῶντα igitur intelligit.

v.25. *Septima quoque loco.*] Emendauimus iam olim: *Septima quæque* interpunctione poſt vocem *ſeptima.* Adſtipulatur Gemblacenſis.

v.26. *Ex longo tamen illa manent.*] Inepte. Gemblacenſis recte: *Ex longo tamen illa valent.* ——— Ita etiam diuinauimus olim.

Ibid. *Ex longo tamen illa valent.*] Cenſorinus: *A ſeptimo Zodio, quod eſt contrarium, pleniſſimus potentiſſimuſq. conſpectus.* Auſonius:

Aſt vbi ſignifera media in regione cohortis
Septimus accepit limes rutilantia flammis
Recto caſtra ſitu: turgentis fœdera partus

Iam plena ſub luce videt. nec fulgura parci
Luminis intendens, toto ſouet igne coronæ.

v.28. *Nunc Phœbo*] Sol cum Signis & Planetis, Planetæ cum Sole & cum Signis miſcentur his quinque modis: ἐξ ἑξαγώνου, ἐκ τετραγώνου, ἐκ τριγώνου, ἐκ διαμέτρου, ἐκ ζωδίου. Sed omnium potentiſſimus conſpectus, ὁ ἐκ ζωδίου, ſecundus ὁ ἐκ διαμέτρου: & ſic deinceps.

v.29. *Quod ſi forte libet.*] Nunc quaſi ἐκ πίνακος, quæ ſunt διαμετροῦντα ζώδια, docet.

v.32. *par nocti in vtroque dies eſt.*] Longe melius Gemblacen. ——— *par nox in vtroque dieſque.*

Pag.42. v.3. *Obſeruant inter ſeſe contraria curſus.*] Lego *rurſus* non *curſus.* Rurſus ea, inquit, contraria inuicem ſeſe obſernant, nempe ἐκ διαμέτρου; tamen interdum natura & genere ſociantur; vt poſtea dicet.

v.7. *Maſcula ſi paribus.*] Male Gemblac. *Miſcua*: Lege vero.
Maſcula ſi paribus, vel ſi diuerſa ſuorum
Reſpondent generi. ———.

Si maſcula maſculis, aut ſi diuerſa, id eſt feminina femininis reſpondent, maſcula maſculis ἐκ διαμέτρου reſpondent, Aries Libræ, Gemini Sagittario. Feminina femininis, Taurus Scorpioni, Cancer Capricorno.

v.10. *Et vincit natura locum.*] Loco concordant, quatenus maſcula maſculis, feminina femininis reſpondent. Interdum tempore repugnant, quatenus ſolſtitiale brumali opponitur. Ita Cancer Capricorno genere ſiue ſexu congruit: lege temporis diſcordia ſunt. Contraria enim Solſtitium & bruma. *Et vincit Natura locum.* Loco amica ſunt, quia maſculum maſculo. Natura, id eſt lege temporis repugnant.

v.18. *At non Lanigeri.*] Vt Cancer Capricorno maſculum maſculo congruit genere, ita etiam Aries Libræ. Sed vt Cancer Capricorno diſcordat tempore, non item Aries Libræ. In parte enim verum eſt, in parte ſequius. Nam verum vtique eſt, quia vtrunque diem æquat nocti. falſum vero, quia ver & autumnus ſi non omnino contraria, tamen aliquatenus inter ſe oppoſita & repugnantia. Rationem ſubiicit.

v.19. *quia ver autumni tempore differt.*] Magis amo lectionem ἀρχαΐζουσαν Gemblacenſis. — *quia ver autumno tempore differt.*

ver,

ver, inquit, differt autumno, reſpectu temporis,ſed conuenit reſpectu æquinoctij.

v.20. *Fructibus hic implet.*] Gemblac. *Fructibus hoc implet.* Nam autumnum etiam neutro genere veteribus dicebatur. Varro apud Nonium.

v.21. *Sed ratione pari eſt æqualis nocte diebus.*] Minima mutatione legendum.

Sed ratione par eſt æquatis nocte diebus.

Niſi quis malit, *æquali nocte diebus.*

v. 24. *ſeruantia tempore vtrinque.*] Ita legimus, non *vtrunque*. *Tempore* dixit pro *temperamento* haud dubie : vt infra:

——*ferrique rigor per tempora nota.*

Verbum temperare ab eodem. Nam veteres dicebant Tempera.

v.25. *Quo minus infeſto decertent ſidera Cælo.*] Reponendum auctore Gemblacenſi:

Quo minus infeſto decertent ſidera bello.

v.26. *Talis erit ratio diuerſis.*] Diuerſa ſigna vocat aduerſa καὶ διαμάχοντα. Et ſæpe, vt diximus, diuerſum pro aduerſo apud hunc auctorem obſeruabis.

v.27. *His animaduerſis.*] Lemma huic capiti in Gemblacenſi: SIGNORVM COMMERCIA, ET QVÆ CVIQVE DEO ATTRIBVANTVR SIGNA. Quæ perſpicue oſtendunt omnia illa lemmata a Grammaticis eſſe, non a Manilio. Nam commercia ſignorum partim tractata ſunt, partim ſequuntur. Manilius ſcripſit perpetuo Carmine. Grammaticorum, & Librariorum hæ diuiſiones ſunt, & ſectiones Capitum. Tutelas igitur Signorum perſequitur, quæ nihil ad commercia καὶ οἰκείωσιν eorum faciunt.

v.30. *Quum diuina dedit.*] Romæ Virtutes conſecratæ, & Vitia. Spei, Fidei, Mentis: item Pauoris, Febris fana in Annalib. Romanorum legimus. Aliter hunc verſum accipit Bonincontrius: quod æquo animo, vt alia pleraque omnia illi condonamus.

v.31. *Condidit & varios.*] Longe aliter & melius Gemblacen.

Condidit & varias ſacro ſub nomine vires.

Sequentia confirmant.

v.32. *Pondus vt in rebus.*] *Pondus vti rebus.* Gemblac.

v. 33. *Lanigerum Pallas.*] Hic inſultus erat titulus in Gemblacenſi: SIGNORVM COMMERCIA: inepte.

Pag. 43. v. 1. *Cyllenius Cancrum.*] Olim emendabamus.

——— Cyllene Cancrum,
Iupiter & cum matre Deum regis ipſe Leonem.

Quæ omnia plane refert Gemblacenſe exemplar.

v. 3. *Spicifera eſt Virgo.*] Magis placet Gemblacenſis lectio: *Spicifera eſt Virgo Cereris.* Merito ſpiciferæ deæ ſpicifera Virgo attribuitur.

Spicum illuſtre gerens præſtanti corpore Virgo. Cicero.

Ibid. *fabricataque Libra Vulcano.*] *Vulcani.* Gemblac.

v. 5. *ſed partis equinæ.*] Virum quidem illum, ſed qui altera parte ſui equus ſit.

v. 6. *Atque anguſtâ.*] Ita Gemblac. & Bonincontrius, non *Auguſta.* Rationem alibi reddidimus. Anguſta ſidera Capricorni, vt alibi: *Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in aſtris.*

v. 7. *Et Iouis aduerſum.*] Gemblacen. *Et Iouis aduerſo.* Scribo, vna litera minus. *E Iouis aduerſo.* Aquarius eſt Iunonis aſtrum ex aduerſo Iouis. Nam aduerſum ſignum Aquario eſt Leo, dicatus tutelæ Iouis. Noti ſunt Dij duodecim maiorum gentium, quos diſticho comprehendit Ennius. Illos cum ſuis tutelis apponemus.

DVODECIM DI CVM TVTELIS SVIS. ENNI.

♒	♑	♍	♐	♈	♉	♏
Iuno,	Veſta,	Ceres,	Deiana,	Minerua,	Venus:	Mars,
♓	♌	♋	♎	♊		
Neptunus,	Iouis,	Mercurius,	Volcanus,	Apollo.		

In Kalendariis Ruſticis Romanis Farneſiano, & Valleſi eodem modo diſpoſitæ ſunt tutelæ Deorum. In illis enim ita tutelæ reſpondent Manilianis, ſi modo Ianuario Aquarium, non Capricornum, Februario Piſces, non Aquarium, Martio Arietem, non Piſces attribuas. Tene prius memoriter diſtichon Ennianum, vt vnicuique Deo ſuam tutelam adtribuas: tene & iſtud non id qui-

id quidem exquiſitæ elegantiæ, ſed tamen magni ad memoriam ſubſidij:

Vrna, Caper, Virgo, Crotus, Helles portitor, & Bos.
Scorpio, tum Piſces, Leo, Cancer, Libra, Gemelli.

Ergo Iunoni Vrnam, Veſtæ Caprum, Cereri Virginem attribues. Et ita deinceps.

v.10. *Quum ratio tua fert.*] Mirum in modum diſſimulata lectionis veritas: Manilius ſcripſit:

Quum Ratio variet ſtellas, & ſidera curet.

Sequentia tantum abeſt, vt hanc emendationem non confirment, vt eam vltro poſcere videantur. Sed melius fecero, ſi totum locum apponam:

Quum Ratio variet ſtellas, & ſidera curet,
Argumenta petes omni de parte, viaſque
Artis, vt ingenio diuiſa potentia ſurgat,
Exæquentque fidem Cælo mortalia corda.

Quum Ratio καὶ ἡ πρόνοια variet ſtellas κατὰ τὴν καὶ πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὰ ζώδια σχέσιν, variet etiam methodũ ingenium humanum, & certet cum Cælo. Locus ille illuſtris & a puero capi poteſt.

v.13. *Exæquentque fidem Cæli.*] Repone *Cælo* ex Gemblacen. hoc eſt; vt humana induſtria certet cum cælo. Si diuina Ratio variet ſtellas, vt & humana quoque mens methodum variet, & per omnes tramites cæli potentiam ſcrutetur.

v.14 *Accipe diuiſas*] Non magis hæc πρὸς τὴν οἰκείωσιν τῶν ζωδίων pertinent, quam tutelæ ſupra poſitæ: quibus alius locus debebatur. Hæ autem ſunt μελοθεσίαι ἀνθρώπων, hoc eſt, in quæ membra vnumquodque ſignum ius habet. Græci: αἱ ἀνθρώπων μελοθεσίαι, ὧν κυριεύει μελῶν ἕκαστον τῶν ζωδίων, εἰς τὸ εἰδέναι ἡμᾶς τὰ σίνη, καὶ τὰ πάθη τὰ γινόμενα τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ τοῦ κλήρου τῆς τύχης, καὶ τοῦ δαίμονος, καὶ τοῖς σίνοις, καὶ τὴν κυρείαν αὐτοῦ. ἔνθεν γνωρίζεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ πάθη καὶ τὰ σίνη. Sane hoc εἰς προτέλεσιν plurimum valere ſciſcunt artifices propter τὰ ὑπαίτια μέλη. adeo vt ſi vena ſecanda ſit, id πρὸς τὴν μελοθεσίαν ſpectet. Hermes in Carpo: μὴ ἅψῃ μορίου σιδήρῳ, τῆς σελήνης ἐπεχούσης τὸ ζώδιον, ὃ κυριεύει τοῦ μορίου ἐκείνου. Puta venam in brachio non demittendam, ſi Luna ſit in Geminis: quod brachia ſint tutela Geminorum. Quæ Ptolemæus vocat σεσινωμένα, καὶ πεπονθότα μέλη, ea Arabes الزمانة Azemena, id eſt ad verbum, σεσινωμένα, πεπηρωμένα. Et

 omnes

omnes Aſtrologi ſciunt quid ſit Azemena. Alij Græci vocant ὑπαίτια μέλη, vt diximus, id eſt cauſſaria. Sic Marcellus Empiricus Græciſſat, quum dentem cauſſarium dicit, & oculorum cauſſarium hominem τὸν τὼ ὀφθαλμὼ ἀλγοῦντα. Vegetius in Veterinario ſuo dicit in cauſſa eſſe pro διαπαθείας. idem quoque miſeram partem vocat τὸν πεπονθότα τόπον. Ptolemæus etiam aliquando ἀδικούμενον μέλος. Porro αἱ μελοθεσίαι dupliciter conſiderantur, aut ἐν ὅλοις σημείοις, vt hic, aut ἐν μονομοιρίαις: quam pater priſcus ille Ægyptius Necepſo peculiari ad hanc rem dicato ſermone tractauit. Vide Firmicum libro octauo.

v. 15. *Singulaque in propriis.*] Reſtitue ex Gemblacenſi:

Singulaque propriis parentia membra figuris.

Ibid. *Singulaq. propriis parentia membra figuris.*] Proprias figuras dicit charactêres Signorum ἐν ζῳδιογραφίαις corpori humano vulgo appingi ſolitos, quod & hodie fit in Almanachis vulgaribus.

17. *Aries caput.*] Legendum:

Aries caput eſt ante omnia princeps Sortitus. ———

v. 18. *cenſuſque ſui pulcherrima colla Taurus*] Sic alibi loquitur:

——— *nec noſtri munera cenſus.*

Nam cēſum ſuum Taurus collum vocare poteſt, quod collo arat. Ideo collum proprius cenſus illius. Vel quia toroſus. Ouidius:

Colla toris extant: armis palearia pendent.

v. 19. *& in Geminis.*] Scribendum: — *at in Geminis.* ———

Ibid. *æquali brachia ſorte Scribuntur.*] Et hic quoque τὸ *Scribuntur* πρὸς τὴν ζῳδιογραφίαν.

v. 24. *Centauro femora accedunt.*] Quoties vulgo editum eſt *Femora*, Gemblacenſis habebat ſemper *Femina*.

v. 27. *Quin etiam propriis.*] Hic iterum Gemblacenſe exemplar præferebat lemma: SIGNORVM COMMERCIA. Vires Signorum, quæ καθ' αὑτὰ conſiderantur, dupliciter accipi ſupra monuimus: aut κατὰ σχηματισμόν τινα, vt iam expoſuit: aut καθ' ὁμοιότητά τινα, vt mox expoſiturus eſt. ὁμοιότης vero eſt ἰσοδυναμία τῆς οἰκειότητος καὶ συμπαθείας τῶν σημείων. eaque fit κατὰ τὸ βλέπειν, κατὰ τὸ ἀκούειν, κατὰ τὸ μισεῖν, καὶ κατὰ τὸ φιλεῖν. Singillatim omnia ſuo loco.

v. 28. *Conueniunt & certa gerunt.*] Melius Gemblacenſis:

Conueniunt, vt certa gerant commercia rerum.

v. 29. *Inque vicem præſtant viſus.*] Quæ a quatuor punctis cardinalibus æqualiter diſtant, ea veteres ἀντίσκια vocabant: & qui-

dem

dem quæ æqualiter a punctis tropicis abſunt, ἰσοδυναμοῦντα dicuntur, item βλέποντα. æqualiter vero a pūctis æquinoctialibus dimota, προστάσσοντα καὶ ἀκούοντα. At quidem τὰ βλέποντα ſiue ἰσοδυναμοῦντα æquales dies, & noctes habent. Contra τὰ προστάσσοντα καὶ ἀκούοντα æquales ortus & occaſus habent. Nam ducta per puncta æquinoctialia, linea circulum in duo hemicyclia æſtiuum, & hiemale, vel Septentrionale, & Auſtrale ſecat: & ſemicirculum ſignorum ſeptentrionaliūm τῶν προσταττόντων, ſemicirculum Auſtralium τῶν ὑπακουόντων facit: quia ab Ariete dies noctem ſuperant, a Libra ſuperantur: vt hoc pulchro commento maiores dies minoribus imperare debeant. Quæ igitur æqualiter a linea per centrum & puncta æquinoctialia ducta diſtant, ea & æqualia ſunt inter ſe; vt pote æqualiter a diametro diſtantia; & æquales ortus atque occaſus habent: vt in hac inclita vrbe Lugdunenſi Batauorum, Aries, & Piſces oriuntur hor. 0. 51′. 12″. Taurus, Aquarius hor. 1. 7′. 36″. Gemini, Capricornus hor. 1. 45′. 56″. Cancer, Sagittarius hor. 2. 31′. 40″. Leo, Scorpio hor. 2. 51′. 36″. Virgo, Libra hor. 2. 52′. 0″. Sed τὰ προστάσσοντα tantum καὶ ὑπακούοντα Antiſcia vocat Firmicus in Inſtitutione: *Antiſcia ſunt nobis Græcorum magiſterio tradita. Nolo enim aliquis ſuſpicetur, quod non ſit apud Græcos iſte tractatus. Nam ſi Ptolemæus nullam aliam rationem ſequitur, niſi Antiſciorum, & Antiochus, quum dicit, quod Libra Arietem propter terram, quæ media eſt, non videat, quaſi per ſpeculum quidem Antiſciorum rationem tangit.* His verbis non innuit quidem Antiſciorum nomen apud Ptolemæum extare, ſed τὰ προστάσσοντα καὶ ὑπακούοντα Ptolemæi nihil aliud eſſe, quam Antiſcia: & immerito reprehenditur ab illuſtri viro Pico Mirandula, quaſi voluerit nobis perſuadere Antiſciorum nomē apud Ptolemæum non extare. At in hoc nullam culpam in ſe admiſit Firmicus: Nam diſerte non expreſſum nomen Antiſciorum eſſe dicit, ſed per ſpeculum eorum rationem tangi. Quod autem Antiſcia Antiochi eadem cum Antiſciis Ptolemæi facit, errat, non autem quod Libram, & Arietem Antiſcia facit. Hæc enim vetuſtiorum, non Ptolemæi ſunt Antiſcia. Nam non a punctis cardinalibus, ſed ab integris Dodecatemoriis cardinalibus æqualiter diſtantia Antiſcia vocabant. Demophilus: ὑπακούει ζώδιον ζωδίῳ. ζυγὸς κριῷ, ὅτι ὁ μὲν κριὸς αὔξει τὴν ἡμέραν, ὁ δὲ ζυγὸς μειοῖ· ἰχθῦς ταύρῳ, ὅτι ὁ μὲν ταῦρος πλειόνων ἐστὶν ἀναφορῶν, οἱ δὲ ἰχθύες μειόνων: ὁμοίως ὑδροχόος

τοῖς διδύμοις, αἰγόκερως τῷ καρκίνῳ, τοξότης λέοντι, σκορπίος παρθένῳ. Plane ſunt quæ Antiochus, non quæ Ptolemæ[9] deſignabat: neque alia ſunt Manilij Audientia, & Vidẽtia. Eadem etiam ſunt Pauli Alexandrini, quum ait: ὁ ταῦρος προσάσει τοῖς ἰχθύσι. ὑπακούουσι δ᾽ ἰχθύες αὐτῷ. Sed ridiculum, Virginem & Scorpionem: Leonem & Sagittarium: Geminos & Aquarium: Taurum & Piſces ὁμοζώνους capi, Libram autẽ, & Arietẽ ἐκ διαμέτρου, vt iam ex Antiocho apud Firmicũ notauimus: At βλέποντα καὶ ἰσο-

ANTISCIA PTOLEMÆI.



ANTISCIA MANILII ET ANTIOCHI.



δυναμοῦντα

δυναμοῦντα a Dodecatemoriis quoque Cardinalibus integris τῶν ζῳδίων, non ab ipſis punctis Tropicis putabant, ita vt *ὁμόζωνα* Signorum paria quinque, interiectis ſingularibus Cancro, & Capricorno, acciperent. *ὁμόζωνα* vocant, quæ æqualiter ab æquinoctiis, aut ſolſtitiis diſtant. *Ἀζώνους θεοὺς* ab eadem mente dixerunt, quorum nulla certa eſt ſedes in Cælo. Seruius in illud:

In medioque focos, & Dis communibus aras.

poſt alia: *Dij communes ſunt, qui ἄζωνοι dicuntur*, id eſt, *qui cæli certas zonas non habent.* Sic Antiſcia Manilij. Nam Signa Cardinalia in illis ſunt *ἄζωνα*. Putabant enim Solſtitium & brumam non in puncto *λόγῳ θεωρητῷ* inter finem & initium Cancri fieri, ſed in toto Dodecatemorio. Geminus: *Καρκίνον μὲν ἐξετίθεντο μηδεμίαν ἔχειν συζυγίαν πρὸς ἄλλο ζῴδιον, ἀλλὰ καὶ ἀνατέλλειν βορειότατον*, &c. Aliquanto poſt: *τὴν δὲ τοιαύτην ἔκθεσιν παντελῶς διημαρτημένην εἶναι συμβέβηκεν. οὔτε γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ καρκίνῳ τροπαὶ γίνονται, ἀλλ' ἐστὶν ἔστι σημεῖον λόγῳ θεωρητὸν, ἐφ' οὗ φερόμενος ὁ ἥλιος τὴν τροπὴν ποιεῖται.* An ſatis conſtat in toto Dodecatemorio ſolſtitium committi illis veteribus & quidem nimis *ἀρχαίοις* perſuaſum fuiſſe? Quod quum ante annos XV cuidam Mathematico probare vellem, non aliter exceptus ſum ab eo, quam ſi teſtudines volare dixiſſem. Itaque minimo minus probris proſecutus eſt me. Ea ſunt ingenia horum, quorum Mathematice nihil eſt, quam omnis ciuilitatis & cultiorum ſtudiorum abdicatio. Vetuſtiſſima vero eſt hæc opinio, & vt puto, auctore Eudoxo, qui ſolſtitium & brumam non in principio Cancri, & Capricorni, ſed in mediis ſignis fieri putabat. De Tropico æſtiuo loquens, *δεύτερος δὲ κύκλος, ἐν ᾧ θεριναὶ τροπαὶ γίνονται. ἔστι δ' ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ καρκίνου.* de Tropico hiberno: *τέταρτος δ', ἐν ᾧ χειμεριναὶ τροπαὶ γίνονται. ἔστι δ' ἐν τούτῳ τὰ μέσα τοῦ αἰγόκερω.* Similiter æquinoctia non in principiis Arietis & Libræ, ſed mediis ſignis fieri. *τρίτος δ' ὁ κύκλος, ἐν ᾧ αἱ ἰσημερίαι γίνονται. ἔστι δ' ἐν τούτῳ τά τε τοῦ κριοῦ μέσα καὶ τὰ τῶν χηλῶν.* Certe tam apertis argumentis cauſſæ non erat, quur Mathematicus ille nobis tam iniquus eſſet. Sed pace nationis Mathematicorum hæc ita eſſe nos affirmamus. Neque profecto nobis tam infenſi eſſe debet, ſi aliquãdo ex antiquis monumentis ea depromimus, quæ ipſi in ſuis Theoriis aut elementis Sphæricis non viderunt. In Centricis igitur Dodecatemoriis longiſſimas epochas Solis aſſignabant, & nullum ſignum altius & propius ad Aquilonem ſurgere

gere putabant. Vnde Lucanus dixit *circulus alti ſolſtitij*. quod Mathematici iſti non intelligunt. de quo alibi. Diagrammata Antiſciorum Ptolemæi & veterum poſuimus: quæ Mathematici ignorabant: imo propter quam doctrinam cerrito Mathematico pene vapulaui.

v. 30. *Aut odium fœduſve gerunt.*] Signa φίλα καὶ ἀπεχθαιρόντα non ſunt apud Ptolemæum.

Ibid. *conuerſaque quadam In ſemet proprio ducuntur plena furore.*] Itane ſunt quædam ſigna, quæ ſibi inimica, & quidem furore in ſe conuertuntur? Abſurditatem tollit Gemblacenſis, qui habet *plena fauore*. Rectiſſime. Sunt quædam φιλαυτοῦντα. vt & quædam ſunt αὐτοβλεποῦντα. *furore* pro *fauore* interpolarat Bonincontrius, vt alia fere omnia, in quibus eius textus a ſcripta lectione diſſentit.

v. 32. *Iccirco aduerſis.*] Iccirco contingit, vt ex aduerſo oppoſita ſigna gratiam, & contra coniuncta bellum pariant, & quæ longe diſtantia ſunt, concordes inter ſe efficiant.

Pag. 44. v. 3. *Sed Deus in leges.*] *Quod Deus in leges.* Gemblac. Eſt αἰτιολογικὸν antecedentium. Itaq. totus locus ita continuatur.

Vtrique & ſorti pugnant, fugiuntque viciſſim:
Quod Deus, in leges mundum quum conderet omnem,
Affectus quoque diuiſit variantibus aſtris.

v. 8. *Diligerent alia & noxas.*] Noxa & noxia βλάβη. Hoc tritum eſt. Sed hic noxa eſt iurgium, ſimultas. Auſonius:

Sæpe in coniugiis fit noxia, ſi nimia eſt dos.

Vnde mei Galli *noiſe* pro iurgio vſurparunt.

v. 10. *ſibique ipſa placerent, Sicut naturas.*] Sunt enim quidam φίλαυτοι, nimirum vt & ſigna quædam φίλαυτα: de quibus ante,

——— *conuerſaque quadam*
Inter ſe proprio ducuntur plena fauore.

v. 14. *Audit ſed.*] Lege: *Audit ſe; Libramque videt, fruſtratur amando.* Se audit, & videt Libram. fruſtra autem diligit eam. Librarius per incuriam hunc verſiculum in Gembl. omiſerat.

Ibid. *Audit ſe.*] In Antiſciis veterũ, vt diximus, Dodecatemoria κεντρικὰ ἐκ διαμέτρου ponũtur. Omnia videntia ſunt ὁμόζωνα Arieti & Libræ. Ita illa ſe ἐκ διαμέτρου reſpiciunt, quũ reliqua ſe ἐκ τῆς ὁμοζωνίας reſpiciant. At Libra ſolam ſe audit, & Aries ſe quoq. audit. quia in ratione audientiũ diametrus ſola habet locũ in ipſis Tro-

picis

picis Dodecatemoriis. Quare Cancer ſe ſolum, & Capricornus quoque ſe videt. Ab ipſis enim ducitur ratio ſignorum audientium, non autem videntium. Ideo mutuo ſeſe audiunt, non autem mutuo ſeſe vident. Habe igitur Diagramma Antiſciorum Manilij inante. In eo, in ratione τῶν ἀκουόντων, ſubtenſa a Tauro, ad Piſces ducitur, cuius ſubtenſæ arcus ſumma apſis Arietem includit. Aries igitur vtrinque lateronibus Tauro & Piſcibus ſtipatus neminem audit, niſi ſe ipſum. Alioquin oporteret vt audiret oppoſitum ſignum Libræ. At oppoſitorum in Antiſciis ratio non eſt, niſi in propria οἰκειώσει. οἰκείωσις τῶν βλεπόντων eſt propria Tropicorum non æquinoctialium. Itaque Tropica ambo Cancer, & Capricornus ſe inuicem vident, quia ſecundum ipſa Tropica τὰ βλέποντα cenſentur. Contra οἰκείωσις τῶν ἀκουόντων propria eſt æquinoctialium Signorum. Ideo ſe vident mutuo Libra & Aries, non autem mutuo ſeſe audiunt. Hanc rationem Antiſciorum nemo ante nos explicauerat: & ignoratam fuiſſe, ſatis oſtendebat Mathematicus ille, cui pene ſupplicium dedi, quod illius veternum expergefacerem. Videntia & Audientia Firmici longe alia ſunt a Manilianis, quæ plane arguunt ματαιολογίαν, καὶ ματαιοτεχνίαν illorum veterum Genethliacorum.

v.15. *Taurus, Lanigero qui fraudem nectit.*] Audientia & Videntia Manilij nituntur rationibus Antiſciorum. Cætera ἀναιτιολόγητα ſunt, Amantia ſe, & inſidiantia. Inſidiatur Taurus Arieti, Virgo Sagittario. Vides futilitatem artis.

v.16. *Fulgentes videt atque audit per ſidera Piſces.*] Audit Piſces ſane, videt Virginem. Nam non poteſt eundem audire & videre. Hic Manilium fugit ratio, vt & Demophilum, qui Libram ait ὑπακούειν τῷ κριῷ: quum in ratione τῶν ἀκουόντων nulla linea ab Ariete ad Libram ducatur. Sunt enim illa βλέποντα, vt toties diximus.

v.17. *Virgine mens capitur.*] Lege: *Virgine amans capitur.*—De Europa ſatis notum.

Ibid. *Sic quondam geſſerat.*] Gemblacenſis *vexerat.*

v.18. *retinentem cornua læua.*] Ouidius dextra.

Reſpicit, & dextra cornu tenet: altera dorſo Impoſita eſt.—

Paulo aliter Theocritus:

τῇ μὲν ἔχεν ταύρου δολιχὸν κέρας, ἐν χερὶ δ' ἄλλῃ
εἴρυε πορφυρέας κόλπου πτύχας.———

v.19. *Indutuſque Ioui.*] Ita Gemblac. Diſtinguendum vero:

Indutuſque Ioui. Geminorum ducitur auris Ad Iuuenem, &c.

Ioui pro Ioue ἀρχαϊκῶς. Ita alibi *parti* pro *parte*: *ſorti* pro *ſorte*. Sic & Plautus Ciſtellaria.

Ibid. *Indutuſque Ioui.*] Ouidius: *Induitur faciem Tauri.* —— Magis nobis olim placebat. *Indutuſque Iouem.*

Ibid. *Geminorum ducit & aures.*] Recte olim hæc omnia extricauimus ita:

Indutuſque Ioui. Geminorum ducitur auris
Ad Iuuenem æternas fundentem Piſcibus vndas.

Cui iudicio noſtro fauet Gemblacenſis, qui ita habet. Infinita vero talia a nobis olim reſtituta comprobat idem Gemblac. longe melior reliquis omnibus codicibus Manilianis, quotquot hodie extant.

v.21. *Inque ipſos animum Piſces.*] Perturbatiſſima ſunt. Legendum: ——— *Geminorum ducitur auris*

Ad Iuuenem æternas fundentem Piſcibus vndas,
Inque ipſos animus Piſces, oculique Leonem.

Gemini, inquit, audiunt Aquarium, vident Leonem. Quod verum eſt. Conſule Antiſcia Maniliana.

Ibid. *Oculoſque Leonem.*] *Oculique Leonem.* Gemblacenſis.

v.22. *Capricornus conditur aſtro.*] Legimus *conditus.*

v.23. *Vertitur in ſemet oculis.*] Gemblacenſis mirum quantum diſſidet.

In ſemet vertunt, oculoſque in mutua tendunt.

Tota igitur perioche ita comprehendenda:

Cancer, & aduerſo Capricornus conditus aſtro
In ſemet vertunt, oculoſque in mutua tendunt.

In ſemet vertunt. In ſe inuicem conuertuntur ἀρχαϊκῶς. Propert. ——— *dominæ vertat in auriculas.* Sed hoc fuerit nugari, vel ἀλογιστεῖν. Nam ratione τῶν βλεπόντων nulla linea ſubtenditur a Cancro, ad Capricornum. Non igitur ἀλληλοβλεπτοῦσι. Non enim οἰκείωσις τῶν βλεπόντων propria eſt eorum. Sed audiunt ſeinuicem, quia ab illis ἡ τῶν ἀκουόντων οἰκείωσις. Non dubito Manilium ſcripſiſſe:

Cancer, & aduerſo Capricornus conditus aſtro
Vertitur in ſemet oculis, in mutua tendit
Auribus. ———

Hæc

Hæc referunt vulgatam lectionem, quam etiam retinet textus Bonincontrij, & liber alius manuſcriptus. Cancri & Capricorni propria *οἰκείωσις τῶν βλεπόντων* eſt. Ideo Cancer ſe ſolum videt, vt & Capricornus ſolum ſe quoque videt. At mutuo ſe audiunt, quia *ἡ τῶν ἀκουόντων οἰκείωσις* non ab aliis eſt. Cancer ſe videt, Capricornus ſe videt, ambo ſe mutuo audiunt.

Ibid. *In mutaque tendit.*] Emendauimus. —*in mutua tendit Auribus.*——

v.24. *& Cancri captatur.*] Scribimus:

——*at Cancri captatur Aquarius aſtro.*

At Cancrum amat Aquarius. *τῶν ἀλληλοφιλούντων καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων, ἤτοι μισούντων* rationem quærere, eſt cum ratione inſanire. Sunt enim, vt dixi, *ἀναιτιολόγητα.* Ergo Manilio Cancrum amat Aquarius, Sagittarius Virginem, Gemini Piſces, Cancer Geminos, Libra Scorpium, Aquarius Cãcrum. Quæ nugatoria ſunt omnia.

v.26. *Centaurus.*] Lege *Centauro.*

At Leo cum Geminis aciem coniungit, & aurem
Centauro.——

Leo videt Geminos, audit Centaurum. Conſule Diagramma.

v.29. *Libra ſuos ſequitur ſenſus.*] Senſus vocat hic auditum, vt in idiotiſmo Italico. Libræ & Arietis propria eſt *οἰκείωσις τῶν ἀκουόντων.* Ideo mutuo ſe vident. Sed Libra ſola ſe audit, quia ipſius eſt *οἰκείωσις τῶν ἀκουόντων.* Omnino *τὰ ἄζωνα* ſe vident, aut audiunt. Duo *ἄζωνα* ſe vident, *τὰ τροπικά.* duo ſe audiunt, *τὰ ἰσημερινά.* ( )

v.30. *atque animo complexa eſt.*] Amat Scorpion.

v.31. *Ille videt Piſces.*] Scorpius quidem videt Piſces: ſed falſum audire Libram: imo Virginem. Diagramma fidem facit. Itaque, aut *ἀλογιστία*, aut *ἄγνοια* eſt. Accepit contiguum, *καὶ τὸ συναφὲς*, pro homozono ſigno.

v.32. *Nec non Arcitenens.*] Totum locum ita legit Gemblac.

Nec non Arcitenens magno parere Leoni
Auribus, atque oculis ſinum fundentis Aquarj
Conſpicere aſſueuit.——

Sagittarius audit Leonem, & videt Aquarium. ſinum, aliter Vrnam vocauit. Aſteriſmi *κάλπιν*, Theo, *οἰνοχόην.* Fundens *χύσις* ſubſtantiue, vt alibi.

v.33. *arbitrium crurum fundentis Aquarj.*] Sed poteſt legi SI-ΘNVM pro SINVM, & quidem melius.

Pag.45. v.2. *contra Capricornus in ipſam.*] Gemblacenſis:

— contra Capricornus in ipſum

Conuertit viſum? —*In ipſum*, id eſt, *in ſe ipſum.* Maniliana locutio, quam nos primi in hoc auctore indicauimus. Sine ope manuſcripti libri non erat locus medicinæ, neque vates ſumus, qui in priore editione diuinare non potuimus. Capricorni propria eſt οἰκείωσις τῶν βλεπόντων, non τῶν ἀκουόντων. Ideo ſe ſolum videt, Cancrum autem audit. Quatenus eſt ἄζωνον ſeipſum videt. Sed ταυτολογεῖ. Idem enim ſupra dixerat:

Cancer & aduerſo Capricornus conditus aſtro

Vertitur in ſemet oculis. ——

v. 4. *in Auguſti felix qui fulſerit Ortum.*] Suetonius: *In ſeceſſu Apolloniæ Theagenis Mathematici pergulam comite Agrippa adſcenderat: quum Agrippa, qui prior conſuluerat magna & pene incredibilia prædicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere, perſeuerabat, metu, ac pudore, ne minor inueniretur: qua tamen poſt multas adhortationes, vix & cunctanter edita, exiluit Theagenes, adorauitque eum. Tantam mox fiduciam fati Auguſtus habuit, vt thema ſuum vulgauerit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* Germanicus Cæſar in ἀνεκδότοις; de Capricorno:

Hic, Auguſte, tuum genitali corpore numen

Attonitas inter gentes patriamque pauentem

In cælum tulit, & maternis intulit aſtris.

Omnino Auguſtus Capricornum horoſcopantem habuit. Rurſus Suetonius: *Natus eſt Auguſtus M. Tullio Cicerone, & Antonio coss. IX. Kal. Octobris, paulo ante Solis exortum.* Si Auguſtus natus eſt oriente Sole, aut circiter, & quidem horoſcopante Capricorno: ergo Sol erat in Capricorno: & proinde September Romani anni priſci incidebat in Decembrem Iulianum, quem fingimus ſemper fuiſſe, in quo Sol obtinebat Capricornum a XXV Decembris Iuliani. Atqui pluſquam ſexaginta annis ante Conſulatum Ciceronis September Romanus conueniebat ex parte in Iulium, ſiue Quintilem Iulianum. Quid quod anno reformationis Faſtorum adhuc pars Septembris Romani deprehendebatur in Quintili Iuliano? Sed pauculis annis ante Conſulatum Ciceronis, teſte ipſo Cicerone in Frumentaria, fruges demeſſæ in Sicilia iacebant in area Kalendis Sextilibus, Verre Prætore obtinente Siciliam. At meſſis in Sicilia fit in fine Geminorum,

minorum, hoc eſt in Iunio Iuliano. Ergo Sextilis antiquus conueniebat in Iunium Iulianum : & proinde September antiquus in Iulium noſtrum. Si igitur Auguſtus natus eſt Oriente Sole, vt vult Suetonius: ergo natus horoſcopante Cancro. Falſum igitur horoſcopante Capricorno editum. Si Capricorno horoſcopante editus, vt vult Germanicus, qui Aratea ſua Auguſto dicauit: ergo falſum dixerit Suetonius, natum oriente Sole. Aut Suetonius hallucinatus eſt, aut Theagenes, & poſt eum Auguſtus, & Germanicus. An vero ſimile eſt, Suetonium tam accuratum ſcriptorem, qui etiam omnia minima perſequitur, tempus natalitium Auguſti ignoraſſe? Non poſſumus defendere tantam *αὐτιλογίαν*, niſi dicamus Theagenem perperam thema deſignaſſe, aut potius Auguſtum perperam indicaſſe. Quomodo Agrippa, & Auguſtus potuerunt tempus geniturarum ſuarum edere in tanta confuſione anni Romani, qui quoties intercalatum ſit a natalibus ſuis, ad cædem Cæſaris, omnino neſciebant: ne ipſos quidem Pontifices puto, qui non ex præſcripto, ſed ad libidinem intercalabant, potuiſſe aſſeuerare in xx annis quoties & quando intercalatum fuiſſet. Sed profecto ex iis, quæ perperam retulit Auguſtus Theageni, ipſum Theagenem ex coniectura, & tempore æſtimato ſub Capricorno Auguſtum editum pronunciaſſe. Nam ſub Capricorno editos, rerum potituros pronunciat Firmicus. *Prima pars Capricorni*, inquit, *ſi in Horoſcopo fuerit inuenta, Regem faciet ac Principem, & cui maxima deferantur inſignia poteſtatis.* Si hæc tam vera ſunt, quam veriſimila, ſatis fuerint ad culpam a Suetonio in Theagenem deriuandam. Sin aliter, parum cauiſſe videtur Suetonius. Hæc diſputatio candidis viris ingrata non erit. Nam de Stellionibus non laboramus.

v. 5. Auribus at ſummi captat faſtigia Cancri.] Faſtigia Cancri vocat, *ἰδιωτικῶς*, ex priſcorum falſa opinione, qui Cancro nullum ſignum magis Septentrionale oriri putabant: ideo altiſſimum omnium ſignorum eſſe pronunciabant. Geminus. *ἐν γὰρ τῷ θερινῷ τροπικῷ βορειότατος γίνεται ὁ ἥλιος. διὰ τοῦτο ὑπειλήφασι βορειότατον ἀνατέλλειν τὸν καρκίνον.* Ab ea mente dixit Lucanus: *—Circulus alti Solſtitij.—* Quod magiſtri, etiam qui ſe Mathematicos profitentur, quare dictum a Lucano, ignorant. Sed fallebantur illi naſcentis aſtrologiæ amatores potius, quam conſulti. Æquidiſtant enim a punctis Tropicis Gemini & Cancer. Itaque Can-

cer non altius oritur, quam Gemini, vt volebant illi. Quod caſtigat Geminus.

v.7. *Sublimemque colit Cancrum.*] *Sublimem Cancrum*, vt Lucanus, *circulus alti Solſtitij.* —

v.9. *cupiuntque attendere Taurum.*] *Attendere*, audire. Attentio, & ſenſus apud hunc noſtrum pro auditu.

v. 10. *quum ſidera fixit.*] κατηστέριξε. Sunt enim τῶν ἀπλανῶν. Editiones, & Bonincontrius *finxit.* Sed Gemblacen. *fixit.* & nos olim ita.

v.11. *His orti ſimiles.*] Gemblacenſis.

His orti ſimiles referunt per mutua cenſus,
Audire vt cupiant alios, alioſque videre.

Quod ſequimur: quanquam *ſenſus* retinemus: tametſi non caret ratione *cenſus*..

v.15. *Quin aduerſa meant.*] Alia diuiſio τῶν κατ' ἄλληλα συμπαχόντων. aut enim καθ' αὑτὰ, vt Videntia, Audientia: aut κατὰ σχηματισμόν. Nam etiam Trigona Trigonis quædam conſentiunt: quædam diſſentiunt.

v.17. *ſic veri per totum.*] Epilogus Manilianus. Sic ſupra:

——— *ſic coniungunt commercia Mundi:*
Sic, inquam, alternis paret Natura figuris. Item:
Sic erit ex ſignis odium tibi paxque notanda.

v.18. *Namque Aries, Leo.*] Trigona ſigna Aries, Leo, Sagittarius aduerſantur trigonis Libræ, Aquario, Geminis: idque κατὰ ζῴων καθυποστέρησιν. Ea autem fit aut ſecundum ſitum, vt quum oppoſita, ideoque aduerſa: aut ſecundum naturam, vt quum alia λογικὰ, alia ἄλογα. Nam hic prius trigonum eſt τῶν ἀλόγων, alterum τῶν λογικῶν.

v.22. *Quod tria ſigna tribus.*] Aries Libræ, Gemini Sagittario, Leo Aquario oppoſita ſunt, & quidem ſexu conuenientia. Maſcula enim maſculis reſpondent. ſed natura diſſident, quatenus τὰ λογικὰ τοῖς ἀλόγοις opponuntur. Aries ἄλογον, Libra λογικόν. Et ſic de aliis. Itaque mira eſt hæc ματαιοτεχνία, vt eadem concordent ſimul, & diſcordent.

v.24. *Humana eſt facies Libræ.*] Libripens enim in aſtrotheſia figurabatur. Alij a Virgine geſtari volunt vt Kalendaria ambo ruſtica Romana. Adulatores poetæ Auguſto in manus tradunt.

Qua locus Erigonen inter, Chelaſque ſequentes.

quaſi.

quaſi locus ille vacaret, & non eſſet libripens, niſi Auguſto in Cælum recepto. Poeta ſatis vetus dixit:

Et Libram, quam Cæſar habet.— propterea quod anno ordinato Auguſti natalis in principium Libræ incidebat.

v. 25. *quis viribus ampla.*] Emendabamus. — *quia viribus ampla.* Sed Gemblacenſis:

Icirco & cedunt pecudes. quod viribus amplis
Conſilium eſt maius. ——.

v. 27. *Aurea Lanigero.*] Lege:

Aurea Lanigeri comeſſit ſidere pellis.

v. 28. *Ipſe ſuæ partis.*] Concedit τῇ ἐκφύσει τοῦ θηρίου. Eſt enim διφυής.

v. 29. *Vſque adeo eſt hominis victus.*] Legendum *hominis virtus.* Eo vſque eſt hominis virtus. Tanta eſt hominis virtus. Nouum genus loquendi.

Ibid. *Quod mirer.*] Olim emendauimus: *Quo mirer.* Suffragatur Gemblacenſis. *Quo mirer*: quo magis mirer. In Sphæra Mundi: *Aſſueto volitans.* Longius aſſueto. Non raro ita loquitur Tertullianus. vt in libro De fuga in perſecutione: *tanto examinatio procuranda.* Quo magis, inquit, mirandum eſſet, ſi humana ſigna a ferinis vincerentur.

Pag. 46. v. 3. *Lanigero genitis.*] Peſſime hæc accepta ſunt. Legimus:

Lanigero genitis bellum eſt cum Virgine natis,
Et Libra, gemini Piſcis quos protulit vnda.

Bellum eſt ſub Ariete natis cum illis, qui ſub Virgine: item illis, qui ſub Libra, cum illis, qui ſub Piſcibus. Vnda Piſcium dicitur, quod, vt puto, Piſces, vndæ innatantes pingerentur. Neque dubitandum hanc eſſe mentem Manilij. Sic in Sphæra Mundi:

Piſcibus aſſuetas auide ſubeuntibus vndas:

quaſi ex vrna Aquarij defluant, quum tamen non Piſces gemini vltimum Zodiaci Signum illas aquas excipiant, ſed Piſcis ſingularis, qui dicitur νότιος.

v. 5. *In partes Tauri.*] *In partes*, hoc eſt in contrariam factionem. Infra.

At cum Lanigeri partu ſub vtroque trigono. Non partes. — Græcus Genethlialogus dixiſſet: οἱ ἐπὶ τοῦ κριοῦ γεννώμενοι τοῖς ἐπὶ τοῦ ταύρου γεννωμένοις οὐκ εἰσὶ συναιρετοί. Quas enim hic partes vocat,

 ſunt,

ſunt, quas a Mathematicis *αἱρέσεις* dici ſupra notauimus. Iuuen. —— *& eſt mihi ſæpe vocandus In partes.*— Διαιρέτην ſuum Criſpinum prouocat. Ita igitur factiones vocantur, metaphora a ludo pilæ, in quo per factiones luditur. Vnde remouere a partibus, a ſocietate amoliri. Capitolinus in Pertinace: *Inde ad ducentorum* HS *ſtipendium tranſlatus in Daciam, ſuſpectuſque Marco quorundam relatu, a partibus remotus eſt.* Sed in eo loco Capitolini legendum, *ad ducenariorum ſtipendium tranſlatus*: De ducenariis equitibus habes apud Suetonium in Auguſto: de protectoribus ducenariis mentio in duabus inſcriptionibus veteribus. Legitur etiam in aliis inſcriptionibus EQVI CENTENARI, & DVCENARI. Apud Hieronymum de Reſurrectione carnis, mentio eſt Senatorum Ducenariorum: *Finge aliquem Tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum: per ſingula militiæ equeſtris officia ad tirones vocabulum deuolutum: nunquid ex Tribuno ſtatim tiro fit? ſed ante primicerius, dein ſenator ducenarius, biarchus, circitor, eques, id eſt, tiro.* Apud Eulogium in Nauatum, citante Photio: *βασιλεύοντες ῥωμαίων Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ Πρέννιος Σιλουάνιος πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰς περιξ ἐπαρχίας χριστιανοὺς βαρυτάταις βασάνοις καὶ πικραῖς τιμωρίαις εἰδωλολατρεῖν ἐβιάζετο.* Sed hæc aliis diſcutienda relinquimus. Aliud eſt procurator ducenariæ Apuleio Mileſia ſeptima. & in vetere ſaxo Valentiæ cauatum.

D. ET Λ M

MEMORIAE. AETER
PETRONI. CASTI. VET
MISSI. HONESTA
MISSIONE. EX. LEG
PRIM. MIN. EXOPTIO
NE. PROC. DVCENAR
ET. VITALINIAE. FLORAE
CONIVGI. EIVS
VIVI. SIBI. PONEND
CVRAVER. ET. SVB
ASCIA. DEDICAVE
RVNT.

V.7. Et

v.7. *Et Piſces, atque hos.*] Melius totum locum appoſuero.

In partes Tauri ſub Cancro nata feruntur
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer,
Et Piſces. At quos Geminorum ſidera formant,
His cum Lanigero bellum eſt, eiuſque trigono.

v.9. *Capricorni ſemina.*] Sub Capricorno nati.

v.10. *Et Libræ partus.*] Integer locus ita legendus:

Et Libræ partus, & quos dat Virginis aſtrum,
Quique ſub aduerſi numeratur ſidere Tauri,
Lanigeri communis erit, rabidique Leonis Hoſtis. ———

Nam terna ſidera aduerſari dicit Arieti & Leoni: item Virgini totidem, Taurum, Sagittarium, Piſces.

v.11. *numerantur ſidera Tauri.*]

Quique ſub aduerſi numeratur ſidera Tauri.

Etiam Gemblacenſis habebat *ſidere.*

v.12. *rapidique Leonis.*] Ita ſemper peccatur pro *rabidi.*

v.13. *ſed totidem.*] Hinc incipit ſententia. Sed longe deprauatiſſima hæc habent editiones, & liber vetus. Omnia ita legenda:

——— *ſed totidem bellum ſubſcribitur aſtris.*
Erigone Taurumque timet, geminumque ſub arcu
Centaurum, & Piſces. At te, Capricorne rigentem
Maxima turba petit. ———

totidem ſigna ſubſcribunt bello in Erigonem.

v.14. *geminique ſub arcu.*] Legimus: — *geminumqne ſub arcu Centaurum.* — Centaurus ſub arcu ὁπλωίζε. κένταυρος ἐπὶ τόξῳ, hoc eſt, τοξότης, aut ὀπίτοξος. Geminum, διφυῆ. Sed & Gembl. habet *geninum.*

v.16. *Maxima turba.*] Romane dictum *maxima turba.* τὰ λοχικά. Sed eſt decurtata locutio, pro optima maxima. vt Varroni nux iuglandis dicitur optima maxima, item fundus optimus maximus in veteribus actionibus.

Ibid. *& illi Aduerſus Cancer Chelis.*] Ita diſtinguendum.

——— *Libram Capricornus, & illi*
Aduerſus Cancer, Chelis quod vtrunque quadratum eſt.

Nam tam Cancer, quam Capricornus ambo ſunt quadrata Libræ. Aries, Cancer, Libra, Capricornus ſunt quadrata.

v.18. *Quique in Lanigeri numerantur ſigna trigoni.*] Emendabamus

dabamus olim *trigoni.* quod rectum eſt. Sed Gemblacenſis habet *trigonum*, fortaſſe ἀρχαϊκῶς pro trigono.

v.22. *Quique Sagittiferi.*] Gemblac. *Sagittari.* Et ita ſemper quotieſcunque *Sagittiferi* editum eſt.

v.24. *legem & natura iubentem.*] Emendabamus olim:

Depreßiſſe volunt natura lege iubente.

niſi præſers lectionem Gembl.codicis. — *natura & lege iubente.* ἓν διὰ δυοῖν. Alioquin eadem eſt ſententia. Natura Centauri a Geminorum, Virginis, Libræ & Aquarij diuerſa. Hæc enim quatuor λογικά: ille ex vtroque mixtus, ἐκ τοῦ λογικοῦ καὶ τοῦ ἀλόγου.

v. 26. *Et quos æternis.*] *At quos.* Senſus: At turba ferarum duce Aquario agitat natos ſub Aquario & toto trigono. Trigona Aquarij: Aquarius, Gemini, Libra: quæ ſunt λογικά. At quadratum Aquarij: Aquarius, Taurus, Leo, Scorpio: quæ ſunt tria ἄλογα, vel, vt Manilius loquitur, turba ferarum ſub vno iuuene, ſiue λογικῷ Aquario. Illa, inquam, turba ferarum agitat Aquarium, atque adeo totum Aquarij trigonum. Locus erat obſcuriſſimus. At turba ferarum in tetragono Aquarij ſub vnius Aquarij virtute agitat & natos ſub ipſo Aquario, & ſub trigono Aquarij.

v.29. *Piſces exortus.*] Ratio poſtulat, *Piſcibus exortos.*

v.32. *Nec ſola eſt ratio.*] Hactenus τῆς πραγματείας aduerſantium ſignorum rem meo iudicio futiliſſimam abſoluit. Quamuis ea omnia ἀναπολόγητα ſunt, tamen diagramma τῶν διωκόντων καὶ τῶν διωκομένων ζωδίων appoſui: in quibus aliquando oblitus ſui bis eadem ponit. Sed ſolens facit. Taurus perſequitur Scorpion. Bis hoc dicit.

In partes Tauri ſub Cācro nata ferūtur
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer. Item:
Scorpius in totidem fœcundus creditur hoſtis.
Æquoreum iuuenem, Geminos, Taurum atque Leonem
Erigonem, Libramque fugit. ———

διώκοντα	διωκόμενα.
♈	♍
♉	♋ ♎ ♏ ♓ ♈ ♌ ♍
♊	♈ ♌ ♐ ♑ ♏ ♑ ♓
♋	♎
♌	♏
♍	♋ ♑ ♏ ♐ ♓
♎	♓ ♋ ♑ ♏ ♐
♏	♈ ♌ ♐
♐	♍ ♓
♑	♋ ♎
♒	♑ ♏ ♐ ♓
♓	♍

& alia

& alia, quæ operæ non eſt ponere. quorum denique piget.

Ibid. *Nec ſola eſt ratio.*] Neque vero vna eſt ratio τῆς οἰκειώσεως καὶ ἀνοικειότητος τῶν ζῳδίων. Nam & tertia quæque inimica inter ſe propter limam ὑποτείνουσαν, vt in hexagonis dictum eſt. item ſeptima quæque: quia ἐκ διαμέτρου. poſtremo quæcunque vtriſque trigona nempe tertia quæque ab illis.] Sunto duo oppoſita, Libra & Aries. Tertium ſignum vtrinque ab alterutro eſt trigonum alterius oppoſiti. Tertium ſignum vtrinque ab Ariete, Gemini, & Aquarius, trigona Libræ ſigni oppoſiti. Eodem modo tertia vtrinque a Libra Leo, & Sagittarius ſunt trigona Arietis ſigni oppoſiti.

Pag.47. v.6. *Ne ſit mirandum, ſi Phœbus.*] Et hic quoque *Phœbus* ilocaliter poſitum pro *fœdus*, vt ſupra:

Sed tamen eſt illis Phœbus ſub lege propinqua.

Nec ſit mirum, inquit, ſi nulla eſt οἰκείωσις illis ſignis, quæ ſignis aduerſi trigoni cognata ſunt.

v.7. *Quæ ſunt aduerſis.*] Legimus *aduerſi*. Sed aliam lectionem præfert Gemblacenſis:

Quæ ſunt aduerſis ſignis cognata trigona,

non male. Vtrum melius, adhuc delibero.

v.9. *Corpora totque modis.*] Poſt hunc verſiculum expungendi octo ſequentes, & continuandus hic cumillo: *Perque tot ætates hominum*: Rationibus ſuperſedeo. Res ipſa locuples auctor erit, ſi integrum locum appoſuero:

Per tot ſignorum ſpecies contraria ſurgunt
Corpora, totque modis, quoties inimica creantur:
Perque tot ætates hominum, tot tempora & annos.
Tot bella, & varios etiam ſub pace labores,
Quum fortuna fidem quærat, non inuenit vſquam.

Hinc fit, inquit, vt tot diuerſi mores naſcantur, tot odia, tot bella, tot labores, & nulla adeo fides inueniatur. Nimirum hoc accidit propter tot Signorum ſpecies. Horum verſuum hanc ſedem eſſe nemo negauerit, niſi imperiti, & ζηλότυποι, quos quotidie ridemus ſimiolos Cercopas.

v.13. *At quanta.*] Lege, *Ah quanta.*

v.12. *Vt Fortuna.*] Gemblac. *Quum Fortuna.*

v.14. *Quamque onus inuidiæ non excuſabile terris.*] Quid eſt onus excuſabile? Digna ſententia defenſoribus ſuis. Non intelligo.

 Neſcio

Neſcio an Manilius ſcripſerit *non excuſſabile.* οὐκ ἀπόθετον. quod deponi non poteſt. Certe nihil verius. Quid magis accommodum oneri quam excuſſio?

Ibid. *non excuſſabile.*] ἀργαλέον ἀποθέσθαι. Heſiod. δυσεξαπόθετον. Nondum diſplicet prior emendatio: *Quamque onus inuidiæ non exitiabile terris*, ἐξώλεες βάρος φθόνου. Suetonius: *exitiabilem inuidiam ſibi monit.*

v. 21. *In populo ſcelus eſt.*] ἑλληνίζει. In populo ſcelus. ἔνδημον ἄγος.

Ibid. *& abundant cuncta furore.*] Gemblacenſis *furoris*. Eſt ἀρχαϊκώτερον.

v. 24. *Scilicet in multis quoniam diſcordia vincit.*] Emendabamus olim:

Scilicet in multis quoniam diſcordia ſignis
Corpora naſcuntur.— Emendationi noſtræ fauet Gemblac.

v. 25. *pars eſt ſublata.*] *pax.* Ita poſtulat ſententia.

v. 28. *Atque hominum gentes.*] Verſus illos, quos ſupra diſpunximus, cum hoc continuandos eſſe, te ipſum iudicem fero, niſi aut bardus, aut malignus es. Vide ſententiam.

Atque hominum gentes inimica ſorte feruntur.
Iccirco nihil ex ſemet Natura creauit
Pectore amicitiæ maius. ——— De odio dixit. Sequitur de amicitia.

v. 32. *leuis vna fuit per ſæcula mortis.*] Obſcurauit luculentam ſententiam parua mutatio. Nam Manilius ſcripſit:

——— *lis vna fuit per ſæcula mortis,*
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.

Subintelligendum autem τὸ QVIBVS. Quibus vna lis fuit mortis. Vt *Exiguum natura dedit*. Cui exiguum natura dedit. Maniliana ἐλλείψεις iam tribus locis a nobis animaduerſa.

Ibid. *leuis vna.*] Hæc eſt ſcriptorum Codicum, & textus Bonincontrij, & vetuſtiorum editionum lectio. Editio Lugdunenſis omnium recentiſſima *vrna* pro *vna* innouauit, ineptiſſime. vnum par, inquit, amicorum ſuccurrit, quibus nullum iurgium interceſſit, præter vnam litem mortis: quum alter alteri mortis cauſſam præripere vellet. Porro *leuis* eſt veſtigium priſcæ lectionis Archetypi, vnde omnia ſequioris notæ Maniliana exemplaria propagata ſunt. Nam *leis* ſcriptum fuit. Veteres enim *leitem*

veitem,

veitem, & ſimilia pro *litem* & *vitem* dicebant, vt nemo paulo eruditior ignorat. Ergo ex illo *leu* factum *leuis*. Notum illud: QVAM LEITEM, SIVE REM.

Ibid. *per ſæcula mortis.*] Per ſæcula, hoc eſt in toto vitæ ſuæ tempore vnam tantum litem hanc mortis habuerunt. ita ſæculum hic, vt in diuina pagina, ſumitur pro tempore quouis.

v. 33. *Alter quod raperet.*] Notum illud Pacuuianum: *Ego ſum Oreſtes: Imo ego Pylades.*

Pag. 48. v. 1. *Et duo qui potuere ſequi vix noxia pœnis.*] Omnino hiſtoria, & ductus literarum legendum clamat:

Et duo, qui potuere ſequi vadimonia ſponſi.

Quid erat *vix noxia pœnis?* Vere fungi ſunt, qui hæc non agnoſcunt. De Damone & Pythea vel potius Phintia etiam me tacente hic agi notum eſt. Habes apud Ciceronem III de Officiis, & in Tuſculanis: apud Lactantium lib. v. Apud Valer. Maximum lib. IV. cap. VII. & Iamblichum ex Ariſtoxeno, qui primus hanc hiſtoriam memoriæ prodidit. Et Ælianum de varia hiſtoria.

v. 3. *Sponſoremque reum metuit, ne ſolueret ipſum.*] *Ipſum*, ſeipſum. Maniliana locutio. αὐτὸν, ἑαυτόν. Metuit ſponſorem, ne. Metuit ne ſponſor. notus Helleniſmus. His duobus exemplis adde & tertium Charitonis & Menalippi. Ælian. ποικιλ. α. δ. Adde & Epigramma:

Θείας ἡγητῆρες ἐρημαίοις φιλότητος
διδύμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

v. 4. *Si tamen & cognata.*] Explicatis ſignis aduerſariis, & cauſſis inimicitiarum, litium, atque odiorum, præmiſit ἐν προθεσίας λόγῳ vtilitates & exempla amicitiæ, quibus nunc ſubiungit ſigna, quæ amicitiam, concordiam, fœdus, & pacem conciliant. Hæc autem fiunt per Trigona, Tetragona, Hexagona, & Diametra.

Ibid. *Cognoſcere ſigna.*] Melius Gemblac. *dignoſcere.*

v. 6. *Lanigeri partus.*] Primum Trigonum, vel, vt vulgus Mathematicorum loquitur, Triplicitas ex Arabibus, qui dicunt مُثَلَّث, triplicatum pro Trigono.

v. 7. *meliorque Leone Proſequitur genitos.*] Gemblacenſis: *meliuſque Leone.*

v. 9. *Qua colitur nanque eſt natura mitius aſtrum.*] Quatenus

 eſt cicur

eſt cicur animal, & cultus patiens, eatenus eſt mitius, quam reliqua duo, Leo, & Sagittarius.

Ibid. *Qua colitur*] Vnde κτίλος Poetæ dicitur.

v. 10. *Expoſitumque ſua noxa.*] Sic Salluſtio *Opportunus iniuria:* quod ille maximus Atticiſmi captator accepit ex medio Athenarum. Attici enim hominem ἐπιτήδειον vocabant, quem is opportunum iniuriæ. Xenophon: ὁ δὲ βακτηρίαν ἔχων, εἴ τις αὐτῷ δοκοίη βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον, ἔπαιεν αὐτόν. Sic Plutarchus ſcribit Tyrannos Athenarum interfeciſſe primum inuiſiſſimum omnium Sycophantam, qui, quia primo loco ſeſe obtulerat, neque propter publicum odium latere poterat, ab ea re Ἐπιτήδειος vocatus eſt. Verba eius ἐκ τοῦ περὶ συκοφαντίας hæc ſunt οὕτω τοι καὶ οἱ τυραννεύσαντες ἀρξάμενοι μιαιφονίας ὥσπερ ἀπὸ τῶν πρώτων ἀπέκτειναν Ἀθήνησι τὸν κάκιστον τῶν συκοφαντῶν, ὃς Ἐπιτήδειος προσηγορεύθη, καὶ δεύτερον ὁμοίως καὶ τρίτον.

v. 11. *Nec minus ingenio molli.*] Diſtingue:

Nec minus ingenio molli, quam corpore conſtat.

Non minus ingenium mite illi eſt, & mollis natura, quam lana ipſa, quam gerit.

v. 15. *At cum Lanigeri.*] Locus inſigniter fœdatus. Ita reſtitue:

At cum Lanigeri partu ſub vtroque trigono
Non partis: ſed rara gerit pro tempore bella.

Partis, ἀρχαϊκῶς Partes. Partes pro factione poni alibi docuimus.

Ibid. *ſub vtroque trigono.*] Sub duobus reliquis de trigono, Leone, Sagittario. Non vtique cum Ariete & reliquis trigoni duobus Zodiis eſt bellum. Sed tamen aliquando intercedit friguſculum. quod magis ex feritate Leonis, & Centauri, quam Arietis natura accidere ponendum eſt.

v. 19. *Quoi commixtus homo eſt.*] *Commixtus:* quia μιξόθηρ. Sed poteſt legi *Commiſſus.* vt ſupra:

——— *& pectus equo commiſſus equino.* Virgilius:

Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

Et ſane non commixtus eſt, ſed commiſſus. Aſteriſmi: ἔχοντος τοῦ ἀνθρωπείου σώματος. Sed, vt dixi, græciſſat, μιξόθηρ, vt μιξοπάρθενος. In hoc trigono, inquit, melior eſt Aries, deteriores Leo, & Sagittarius: quanquam & Leone melior Sagittarius propter anteriorem partem, quæ humana eſt. Et ideo quod duplex melior eo, qui ſimplex.

v. 20.

v. 10. *Iccirco pax eſt.*] Pax ab Ariete, querela a duobus reliquis trigonis.

v. 21. *Quin etiam Tauri.*] Secunda triplicitas, ſiue ſecundum Trigonum.

v. 22. *Nec magis illorum.*] Contrarium menti ſuæ dicit. Aut legendum. *Nec minus*, aut *Et magis.*

v. 25. *Quoſque dabunt Chelæ.*] Tertia triplicitas.

v. 29. *Scorpios & Cancer.*] Quarta triplicitas.

v. 31. *illis nam ſæpe eſt ſubdolus.*] Gemblac. hæc ita habet:

Concordant, illis (nam ſæpe eſt ſubdolus actus)
Scorpius adſpergit noxas ſub nomine amici.

Ibid. *ſub nomine amico.*] *ſub nomine amici.*

Pag. 49. v. 2. *Commutant animos.*] Commutationes animorum ſunt, quas Comicus deſcribit: *Bellum, inimicitiæ, pax rurſum.* Ptolemæus: ἐν μὲν ταῖς φιλίαις ἀποσιωπήσεις, καὶ μακρολογίας, ἐν δὲ ταῖς ἔχθραις συνδιαίτας καὶ ἀποκαταστάσεις. Eſtque illud plane, quod ait:

——— *interdum fœdera rumpunt, Ac repetunt.* —

Ibid. *Interdum fœdera rumpunt, Ac repetunt.*] Ptolemæus: οὐ τέλεον ἀποκόπτουσι τὰς συμβιώσεις, ἀλλὰ ποιοῦσιν ἐπανόδους, καὶ ἀναμνήσεις ζωπυροῦσας τὸ προσηνὲς, καὶ φιλόστοργον.

v. 4. *Sic erit ex ſignis odium tibi paxque notanda.*] Odium ex ſignis notatum abſoluit, ſed nondum pacem ex ſignis compleuit. Supereſt enim τῶν τετραγώνων, ἑξαγώνων, διαμέτρων πραγματεία, ex quibus pax petenda. Verſus eſt epilogicus, & in finem totius tractatus reiiciendus. Præterea ſequitur alius verſus epilogicus, de triplicitatibus longe diuerſus. Itaque duo ſunt Epilogi de re diuerſa. Quod eſt abſurdum. Dubito an ſit Manilij.

v. 5. *In terris geniti.*] Sane bene *in terris.* Nam profecto homines in cælo non naſcuntur. Imperite fecerunt, qui mutarunt. Manilius enim ſcripſit, *in ternis.* Eſt enim Epilogus trigonorum, ſiue triplicitatum. Tali ſub lege, inquit, naſcuntur in trigonis.

Ibid. *In ternis geniti.*] Ita alibi: —*ſub Cancro nata feruntur Pectora, & in Chelis* — Item:

In Cancro genitos Capricorni ſegnina lædunt. Græcum eſt, ὅτι καρκίνῳ, ὅτι χηλῶν γεννώμενοι.

v. 6. *Nec ſatis eſt.*] Non, inquit, ſatis eſt ſola ipſa ſigna per ſe conſiderare. Nam variant aut planetarum commixtione, aut alia configuratione. trigona enim amicantia acceſſione maleficarum

ſtellarum odium generant,& ſignum trigoni lege conſideratum, quadrati aut diametri lege alias vires habet. Item diſtat, oriantur ne, an occidant, id eſt, ſint διαμέτροντα.

v. 7. *ſedemque vagantum.*] Gemblac. *ſedemque vagarum.*

v. 8. *Parte genus variant.*] *Parte*, ſitu. Nam alias vires habebunt in trigono, alias in quadrato: alias in oriente, alias in occidente.

v. 12. *modo detrahit idem.*] *modo deterit.* Gemblacenſis.

v. 13. *Quæque illic ſumunt vires.*] Gemblac. *ſumunt iras.* recte.

v. 14. *Diſtat enim ſurgantne.*] Diſtat, ſeſe reſpiciant ἐκ διαμέτρου, nec ne.

v.*· *Efficiunt vires.*] Hæc huc non pertinent. Hi tres verſus aberant in Gemblac. & recte. Sunt enim ex fine huius libri. Dele ergo. Ex his potes aduertere, quam miſere luxatus fuerit hic ſcriptor.

v. 15. *Crebrius aduerſis.*] *Aduerſis* τοῖς ἐκ διαμέτρου. Ex diametris odium, ex quadratis amicitia, item ex trigonis. Ptolemæus: κατὰ δὲ τῶν ἀσυνδέτων, ἢ τῶν διαμετρούντων σταθέντες ἔχθρας μεγίστας, καὶ ἐναντιώσεις πολυχρονίους.

Ibid. *cognata quadratis.*] Omnia quadrata in amicitia longe præferuntur omnibus ſchematiſmis: quod omnia quadrata Zodiaci circuli ſint ὁμογενῆ: quatuor κεντρικά, Aries, Cancer, Libra, Sagittarius: quatuor διπλᾶ, Piſces, Gemini, Virgo, Sagittarius: quatuor ἁπλᾶ, Taurus, Leo, Scorpios, Aquarius. Hanc ſententiam veterum recudit Ptolemæus, qui ait τριγώνους καὶ ἑξαγώνους συμφώνους vocari, quia ἐκ τῶν ὁμογενῶν ζωδίων conſtant. contra ἀσυμφώνους eſſe τετραγώνους καὶ διαμέτρους, quia ἐκ τῶν ἀνομογενῶν. Græci: τὰ μὲν τρίγωνα, καὶ ἑξάγωνα ἅτε ἐξ ὁμοειδῶν συνεστηκότα, ἀγαθά ἐστι. τὰ δὲ τετράγωνα καὶ διάμετρα ἐξ ἐναντίων συγκείμενα, μάχης καὶ ἐναντιότητός ἐστι δηλωτικά. Cognata Zodia Ptolemæus vocat quæ ſunt vnius ſexus: Manilius autem τὰ κεντρικά, διπλᾶ, ἁπλᾶ. Manilius ex quadratis cognationes, ex trigonis amicitias naſci vult. Ptolemæus ex trigonis amicitias naſci, quæ συναστρίαι vocantur. Duplicem enim φιλίαν facit, τὴν ἄχραν

QVADRATA.

κεντρικά.	♈	♋	♎	♑
ἁπλᾶ.	♉	♌	♏	♒
διπλᾶ.	♊	♍	♐	♓

ἄχραν

ἔχθραν καὶ τὴν μέσην. καὶ τὴν μὲν ἄκραν συμπάθειαν vocat, τὴν δὲ μέσην, συναστρίαν.

v.22. *Caper brumam genitoſque ad frigora Piſces.*] Corrige ex Gemblacenſi:

Caper brumam genituſque ad frigora Piſcis.

id eſt Caper, idemque Piſcis. Eſt enim pars Caper, pars piſcis.

v.23. *Nec non & duplici.*] τὰ διπλᾶ. Dicuntur etiam δίσωμα.

v.24. *Quartum quæque locum.*] *quemque locum.* Gemblacenſis.

v.26. *Et duo Centauri licet vno corpore texti.*] Sine dubio legendum *textos. Duo* quarti Caſus. Virgilius:

Si duo præterea tales Idæa tuliſſet
Terra viros. —

Licet, inquit, cernere duos contextos in vno corpore Centauri. Eſt enim διφυής. Gemblacenſis hac in parte ſanus non eſt:

Et duo Centauri licet vno in corpore textum.

v. 27. *Sic & ſimplicibus.*] Simplicia Signa ſunt, quæ ſuccedunt Tropicis, vt δίσωμα quæ præeunt Tropicis, δίσωμα ſunt προηγούμενα, ſimplicia ἐπαναφερόμενα. Ita τὰ τροπικὰ duobus vtrinque lateralibus Signis ſtipantur. Tropica Arabes mobilia vocant: ſimplicia fixa, quia Græcis etiam στερεὰ dicuntur: δίσωμα communia, quia temporis antecedentis exitum, & ſequentis initium tenent.

v.28. *nec pingitur vlli.*] Repone *iungitur vlli*, auctore Gembl.

v.33. *Ac veluti cognata.*] Ad cognationes & affinitates quadrata plurimum valere: ad externorum amicitias contrahendas triquetra.

Pag. 50. v. 1. *gradibuſque propinquis.*] Ita recte Lugdunenſis editio: quum antea ineptiſſime etiam Gemblacenſis, & veteres editiones & textus Bonincontrij haberent: *grauibuſque propinquis.* Vbi homo minime malus Bonincontrius interpretatur *grauibus*, id eſt ſtabilibus & fixis ſignis. Riſi hominis ἀγροικίαν. Nam quis tam puer in his, vt *gradibus* legendum eſſe non videat? *affines ſignant gradibuſque propinquis Accedunt* pro eodem dixit. Affinitas idem eſt cum gradibus propinquitatis.

Ibid. *Iccirco affines.*] Ptolemæo affinitas eſt συμπλοκὴ διὰ σχηματῶν προσώπων.

v.4. *Quæ tribus emenſis ſignis.*] Ait Trigonum omnium ſchematum ad iungendas amicitias eſſe efficaciſſimum, de quo etiam

Ptole-

Ptolemæus: τὸ αὐθεντικώτερον τῆς φιλίας αὐτῷ προσνεμητέον : quia nimirum eius linea longior ac longius ſpatium complectitur, ac remotiores angulos coniungit. Ideo pertinebit ad amicitias externas, & ad diuerſatum nationum atque alias externas amicitias coniungendas.

v.5. *Hac ad amicitias:*] Arctiſſimam amicitiam intelligit, quam Græci Aſtrologi ſυναστρίαν vocant. Id quod iam ſupra attigimus, nec opus repetere.

v.7. *Vtque ipſa in longo.*] Gemblac. *Vtque ipſa ex longo.*

v.10. *Quam quæ nonnunquam.*] Melior, inquit, amicitia ἡ θέσεως, quam amicitia ἡ φύσεως : quod in affinitatibus interueniunt friguſcula, diſſentiunculæ, quas Græci Aſtrologi παραπικρώσεις vocant, quales in amantium iris : imo quas auctor noſter ſuperius deſignauit :

Commutant animos interdum, & fœdera rumpunt,
Ac repetunt.——— Et in veteribus monimentis coniugiali amori nullas παραπικρώσεις interueniſſe illis verbis declarabatur: CVM QVA VIXIT SINE VLLA QVERELA: aut SINE VLLA ANIMI LÆSVRA. Ptolemæus dixiſſet: ἄνευ τινὸς παρεκβοησίας καὶ ἐγκλήματος. vel ἀπαρεκβοήτως, καὶ ἀνεγκλήτως. Eidem etiam ἀνεπηρέαστος, ἄθλαστος : συμπλοκὴ eſt coniugium ſine læſura & offenſione.

v. 12. *Proxima vicinis ſubſcribunt tertia quæque Hoſpitibus.*] Non eſt locus, qui non dicam me, ſed & omnes magis fugerit. Totus ita legendus :

Quotquot Cardinibus proprio quadrante mouentur
Proxima, vicinis ſubſcribunt, tertia quæque
Hoſpitibus. ſic aſtrorum ſeruabitur ordo.

Non erat, inquam, locus in hoc auctore magis tenebricoſus. Æquos lectores iudices fero non zelotypos, ſed ab humanitate tam morum, quam literarum inſtructos.

v. 11. *Quotquot Cardinibus proprio variante.*] Legendum:

Quotquot Cardinibus proprio quadrante mouentur Proxima.—

Perſequitur ſermonem de Quadratis. Quadrata triplicia ſunt, vt ſupra diximus, κο-

QVADRATA.

COGNATORVM.	♈	♋	♎	♑
VICINORVM.	♉	♌	♏	♒
HOSPITVM.	♊	♍	♐	♓

κοινά

τεινά, ἁπλᾶ, διπλᾶ. Ac quidem κεντρικὰ ſunt cognatorum, ἁπλᾶ vicinorum, διπλᾶ hoſpitum. Paucis obſcuriſſimum locum explicauimus. Quotquot igitur cardinalia proprio quadrante mouentur, vt Aries, Cancer, Libra, Capricornus, hæc:

——— affines ſignant, gradibuſque propinquis
Accedunt, vnaque tenent ſub imagine natos.

vt iam antea dixerat.

v.12. *Proxima vicinis.*] τὰ ἁπλᾶ ϗ στερεὰ, Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius: quæ ſunt vicina cardinibus; vicinos conciliant.

Ibid. *tertia quæque.*] διπλᾶ, δίσωμα. Gemini, Virgo, Sagittarius, Piſces: quæ ſunt remotiora a cardinalibus (ſunt enim tertia) hoſpitibus dicata.

v.13. *ſic aſtrorum ſeruabitur ordo.*] Sic ſeruatur ordo in quatuor νομίμοις, quæ ius humanum continent, vt in aſtris. Quatuor illa νόμιμα, ſunt συγγένεια, cognatio, a natura: κηδεία, affinitas, a lege: habitatio & vicinia, a iure gentium: hoſpitalitas, a naturali, & gentium. De affinitate dixit. Eam enim aſſignat trigonis. reliqua tria quadratis & quidem ſecundum conſequentiam ſignorum. Nam Cardinalibus ſignis proxima ſunt στερεὰ, illis δίσωμα. Primis cognati, ſecundis vicini, tertiis hoſpites aſſignati. Quantum noctis induxerat traiectio illius verſiculi, *Quotquot cardinibus*, &c. quis hæc antea capiebat? Deinde *proprio variante*, pro, *proprio quadrante* ineptiſſime legebatur. quod & tenor ſententiæ, me tacente, docet.

v.13. *ſic aſtrorum.*] Non male legeretur: *ſi caſtrorum ſeruabitur ordo.* Si, inquit, ſignorum κατὰ τὰ ἐπίκεντρα ratio habeatur. Sed nihil mûtamus. Putamus tamen ita Manilium ſcripſiſſe.

v.14. *Quæ quanquam in partes diuiſit.*] Scribe *diuiſi*. Quæ quidem κεντρικὰ, quanquam iure diuiſi quadrifariam circuli quadratum ſiue Tetragonum σχῆμα efficiunt, non ideo tam valent iure quadrati, quam iure Cardinis: vt ideo proxima, & tertia ab illis.

v.15. *non lege quadrata.*] *non lege quadrati.* Gemblacenſis & nos olim.

v.16. *minus eſt numeri.*] *minor eſt numeri.* Gemblacenſis & nos olim. Quanquam quadrata ſunt Aries, Cancer, Leo, Sagittarius: tamen non tam quod quadrata, quam quod Cardinalia, eorum ratio habetur. Similiter ſequentia, id eſt τὰ στερεὰ, itemque τὰ δίσωμα & ipſa quoque non tam ius ſuum capiunt a lege quadrati,

quam a lege cardinis,idque ſingula in proprio quadrante,vt ipſe ait, non vtique in alieno.

v.17. *Nam nihil in totum ſeruit ſibi.*] Si quidem ſi tantum lege quadrati valerent, ſeruirent tantum ſuo ſibi nomine, quia quadrata. Atqui eorum vis eſt mixta ex iure Cardinum & quadrati.

v.18. *Ipſis dant fines aſtris.*] Quatenus ſunt quadrata, dant fines, & legem quadrato, & tunc ſeruire ſibi videntur, id eſt contemplatione ſui tantum effectus habere. Quatenus vero in Cardinibus conſtituta, legem & fines a Cardinibus accipiunt.

v.22. *Partitam infectis.*] Hæc non ſunt nihili, quomodocunque illa interpreteris. Gembl.longe diuerſam lectionem cõcipit:

Omnibus ex iſtis ratio eſt repetenda per artem,
Pacata infeſtis ſigna vt perdiſcere poſſis.

Pacata ſigna amicantia vocat, de quibus proxime loquebatur. Infeſta vero inimicantia, de quibus antea. Itaque nobis opus erat face ſalutifera ad hos ſcopulos declinandos: quod abſque codice Gemblacenſi deſperandum erat.

Ibid. *Pacata infeſtis.*] Poſt hunc verſum melius cohæreret ille, qui in alienas ſedes irrepſit, ſi modo Manilij eſt:

Sic erit ex ſignis odium tibi, paxque notanda.

Ibid. *perdiſcere poſſis.*] Noue dixit perdiſcere, quod alibi dignoſcere. Dignoſcere nigrum albo frequenter dicimus. Perdiſcere non dicimus.

v.23. *Perſpice nunc tenui.*] Optime Gemblacenſis:

Perſpice nunc tenuem viſu rem, pondere magnam.

Sic Virgilius:

In tenui labor, at tenuis non gloria.

v.23. *Perſpice.*] Inepte Bonincontrij textus *Proſpice*. Sic alibi:

Nunc age ſubtili rem ſummam perſpice cura.

Vbi idem error in Bonincontrio.

v.24. *Quæ tantum Graio.*] Hæc omnia aliter, & quidem melius Gemblacenſis:

Perſpice nunc tenuem viſu rem, pondere magnam,
Et tantum Graio ſignari nomine paſſam
Dodecatemoria, in titulo ſignantia cauſſas,

v.25. *Dodecatemoria.*] *In titulo*, in nomine. Vt infra: *Quæritur inuerſo titulus.* id eſt nomen. Ecce alius conſenſus Signorum ex Myriogeneſi Ægyptiorum ac eorum monomœriis petitus,

Recte

Recte vero poſt amicitias hæc connectit. Nam & hæc quoque ad amicitias, concordiam, odia, & diſcordiam pertinent, vt infra teſtatur:

Iccirco quanquam ſignis naſcuntur eiſdem,

Diuerſos referunt mores, inimicaque nota.

Signum habet partes xxx. Vnaquæque in duodecim ducitur. Ita vnumquodq. Dodecatemorion Zodiaci habet duodena Dodecatemoria τεχνικά. & proinde duo gradus cum ſemiſſe Dodecatemorij Zodiaci reſpondent vni Dodecatemorio technico. Dodecatemorion duplex eſt. aut enim ipſorum Signorum, aut planetarum. De Signorum igitur prius. poſtea de planetarum Dodecatemoriis. Quæcunque ſigni pars propoſita fuerit, eam in tot duodecimas ducito. deinde tricenas ſingulis ſecundum ordinem ſuum tribue. triginta nempe ſigno propoſito, triginta ſequenti, & ſic deinceps, donec totum numerum partium conſumpſeris. In quo numerus te reliquerit, is erit locus Dodecatemorij. Eſto propoſita xiii pars. Geminorum, puta vel quia Horoſcopus eſt in ea, vel quia κέντρον, vel propter aliam cauſſam. Volo ſcire vbi ſit Dodecatemorium Geminorum ſigni propoſiti. Duc illas xiii partes duodecies. Prodeunt CLVI. Ex quibus da xxx Geminis ſigno propoſito: xxx: Cancro xxx: Leoni xxx Virgini: xxx Libræ. Superſunt vi. Ergo Geminorum Dodecatemorion eſt in vi parte Scorpij. Idem efficies, ſi xiii partes in duo & ſemis diſtribueris. Habebis enim quinque Dodecatemoria, & quintam partem vnius. id eſt quintam de triginta, nempe vi, vt antea. Priorem methodum Dorotheus Sidonius vetus Poeta in ſuo carmine tradiderat: poſteriorem docet Ptolemæus in Inſtitutione, id eſt libro primo Tetrabibli. Omnem vero Dodecatemoriorum doctrinam Ptolemæus, vt vanam ac fallacem exagitat: & in genere omnia de Monomœriis ab Ægyptiis conficta ἀναπολόγητα καὶ φυσικῶς ὑπὸ τῶν πολλῶν φλυαρήματα καὶ μὴ πιθανὸν ἔχοντα λόγον dicit. Multum enim eiuſcemodi commentis deluſit ac luxuriata eſt veterum Ægyptiorum περιεργία: adeo vt Paulus Alexandrinus πεντεκαιδεκατημόρια excogitauerit, & omnem de duodecimis doctrinam falſam, & inconſtantem eſſe conuicerit. quem conſulas licet. Arabes, qui nihil eorum, quæ veteres in otio ἀπολυπραγμόνητα, relinquunt, hanc doctrinam retinuerunt. vocant Durogen.

v.26. *Nam quum tricenas.*] Signi integri partes xxx. Diuiſis in xii, vnaquæque erit partium ii. S. Dodecatemorion ergo eſt ſeſtertius gradus: quomodo dicitur ſeſtertius pes in lege xii Tabularum.

v.27. *numerus deducitur omnis.*] Gemblac. — *diducitur omnis.* Melius. Nam triginta per duodecim diductis, id eſt diuiſis, fit id, quod ipſe dicit, nempe vt dodecatemorion ſit binarum & ſemiſſis partium.

v.32. *Adtribuit totidem numeris.*] Lege *numero.*

v.28. — *binas in partibus eſſe.*] Diuiſis xxx partibus vnius ſigni in xii, Dodecatemorium eſt binarum partium cum ſemiſſe. *binas & dimidiam partem*, id eſt, ſeſtertium gradum. *in partibus*, id eſt Dodecatemoriis, quæ ſunt ſigna technica, pars duodecima vnius ſigni naturalis: quemadmodum vnum ſignum naturale duodecima pars Zodiaci. At Bonincontrius *partes binas*, id eſt xxiv & *dimidias*, in ſex, quæ conficiunt triginta. Vides acumen hominis. Et tamen fieri poteſt, vt nos quibuſdam præ illo nugari videamur. Neque deerunt, qui ita arbitraturi ſint.

Pag. 51. v.8. *Singula diuerſis.*] Gemblac. *diuiſis.* Et frequens commutatio eſt in hoc auctore *diuiſis* & *diuerſis*. Ita erit, quot partibus aſtra variant, diuiſis Dodecatemoriis. Sed profecto Manilius ſcripſerat:

Singula diuiſi variant quot partibus aſtra
Dodecatemorij proprias mutantia vires.

Nam aſtra, id eſt Dodecatemoria technica variant ſecundum partes Dodecatemorij Zodiaci diuiſi. Nihil mutamus. Rem in medio relinquimus.

v.10. *Nunc quid ſit cuiuſve.*] Gemblacenſis male, *cuiuſque*. Legendum *cuiaſve.* ἑλληνίζει, *cuias* pro quale, ποταπὸν, id eſt, ποῖον. In Euangelio: ποταπός ἐστὶν ἀσπασμὸς οὗτος, id eſt, ποῖος. Apud Prudentium ——. *Deumque*

Quem colat, aut iuſſu cuiatis venerit. ——

v.12. *Ipſa ſuo retinent.*] Signa, inquit, propoſita, vindicant ſibi primas partes: vt in exemplo ſuperiore: propoſita eſt pars xiii Geminorum. Ergo primum Dodecatemorion attribuitur Geminis, ſigno propoſito.

v.13. *vicinis ſubeuntes.*] Subeuntes partes, id eſt, reliquæ partes de 156 (deductis 30, quas attribuimus ſigno propoſito) 126

diſtri-

diſtribuuntur in vicina & proxime ſequentia ſigna. *In ſuo corpore*, id eſt, in ſe ipſis. vt puta Gemini, quia illud eſt ſignum propoſitum, primas tricenas partes retinebunt in ſuo corpore. At Bonincontrius putat, de corporibus noſtris intelligi, & vicinis interpretatur Planetis. Barbarorum eſt inſultare inſcitiæ minimæ malæ. Hoc glorioſulis noſtri ſæculi relinquimus.

v. 15. *Vltima & extremis.*] extremus numerus extremo ſigno debetur. Erogatis triacontadibus in omnia ſigna, reliquus numerus reliquo ſigno imputatur.

v. 19. *Nec genus eſt vnum.*] Nec vna, inquit, eſt methodus. Nam alij multiplicant in duodecim, alij in ſeſtertios gradus diſtribuunt. quæ methodus eodem recidit. Hoc vult, puto, noſter. Paulus Alexandrinus multiplicationem in duodecim falſi conuincit. Eſto, inquit, Sol in XXX Arietis. Multiplicatione in XII facta & diſtributis omnibus tricenariis, initio ſumpto ab Ariete, numerus deſinet in Piſcibus, & non perueniet in Arietem. quod verum eſt. Atqui, inquit, hoc verum eſt Dodecatemorium, quando multiplicatione tricenarij numeri facta in alium numerum, ſumma in idem Zodion incidat, a quo initium factum eſt. Atqui tricenario in XII multiplicato incidit numerus non in Zodion, a quo initium factum eſt, ſed in proxime antecedens. Ergo multiplicatio in XII eſt breuior iuſta. In XIII igitur multiplicatio facienda. Ita 30 in 13 ductis, diſtributionis initio ab Ariete facto, ſecundum hypotheſim, numerus cadet in ipſam triceſimam Arietis. Quæ & ipſa nihilo ſequius inepta ſunt, quam cætera. Itaque nihil aliud, quam ματαιοτεχνίαν ridere poſſumus. Nam quis illi concedat numerum in ipſum zodion, a quo initium factum, cadere debere? Nugæ, nugæ ſunt hæc.

v. 20. *Pluribus inque modis rerum.*] Scribe *verum*. Manifeſta eſt menda.

Ibid. *Pluribus inque modis verum Natura locauit.*] Firmicus: *Celari enim & abſcondi plurimis tegumentis natura Diuinitatis ab initio voluit, ne omnibus facilis eſſet acceſſus, neve cunctis patefacta Maieſtatis ſuæ origine panderetur.* In textu Bonincontrij eſt *Finibus inque modis*, a typographis an a Bonincontrio.

v. 21. *Deduxitque vias.*] Inepte. Viam non deducimus, ſed via nos deducit. Et hoc non vult Manilius. Vult per ramoſa compita, & multa diuerticula ad veritatem perueniri. Ergo lege,

Diduxitque viam. in multos ramos, & multa compita diuiſit hanc viam.

v.22. *Hæc quoque comperta eſt ratio.*] Explicata doctrina Dodecatemorij Signorum, nunc ad Dodecatemorion Planetarum progreditur. Exemplum in Luna inſtituit. Idem poteſt in reliquis ſex planetis. Eſt autem eadem methodus, quæ Dodecatemorij Signorum. Quot igitur Planetæ, tot ſunt Dodecatemoria: vt taceam κέντρων καὶ ὡροσκόπου, de quibus iam actum eſt. Paulus Alexandrinus: τὸ δὲ τῶν ἀστέρων δωδεκατημόριον, καὶ οὖν δήποτε εἴτε κέντρου, εἴτε κλήρου, πραγματευτέον οὕτως. Planetarum & Cardinis, & Horoſcopi Dodecatemoria eſſe dicit. Et hoc eſt, quod vult Manilius. Nam propoſito Lunæ Dodecatemorio, reliquorum Planetarum Dodecatemoria quoque eſſe innuit per conſequentiam.

v.23. *Quocunque in partu.*] Quia τῶν ἀστέρων δωδεκατημόριον eſt & Solis & Lunæ, hic Manilius τὸ τῆς σελήνης tractat. Et eadem eſt methodus cum altera. Vt a Signo, in quo Sol fuerit, initium in illa ſumitur, ita in hac a Signo, in quo Luna.

Ibid. *Quocunque in partu.*] Et hoc quoque ineptiſſime. Neque inſectamur Bonincontrium, cui mendoſa lectio impoſuit. Legendum igitur:

Quacunque in parti naſcentum tempore Luna
Conſtiterit, numeris hanc ter diſpone quaternis.

Quam inepte antea Legebatur, *Quocunque in partu.* Non de partu loquitur, quanquam de hora genituræ agit. Non ita ſtolidi ſumus, vt hoc concedamus. Sed de parte ſigni, in qua Luna fuerit tempore genituræ: quam multiplicare iubet per XII. Alioqui multiplicandus eſſet partus. Quod quam ineptum eſſet? Quod de Luna dicit, idem de omnibus planetis dici poteſt. Nam quot Planetæ, tot Dodecatemoria. Propterea dicitur: τὸ τῶν ἀστέρων δωδεκατημόριον a Paulo Alexandrino, non autem τὸ σελήνης δωδεκατημόριον.

v.27. *Quæ dehinc defuerint.*] Et hoc quoque ridicule. Scribendum enim:

Et quæ dehinc fuerint. Sic enim locus concipiendus:
Inde ſuas illi ſigno, quo Luna refulſit,
Et quæ dehinc fuerint, partes numerare memento.

Inde ſuas. nempe tricenas partes. *Et quæ dehinc fuerint,* hoc eſt & ſequentibus ſignis. Memento attribuere ſuas partes primo ſigno, mox

mox ſequentibus. Nam quod Bonincontrius intelligit de partibus, quæ deſunt Lunæ ad explendum ſignum, id vero riſu, non inſectatione dignum eſt. Non enim a partibus, ſed a toto ſigno numerandum, vt in Sole factum. Neque enim ſi Luna fuerit in 23 Scorpij, a ſeptem reliquis putandum, (quod quid ſit, nemo capere poſſit) ſed a toto ſigno Scorpij. Plane in tota doctrina Dodecatemoriorum infans eſt Bonincontrius. Sed ne alij quidem, qui alios inſectari ſolent, melius hæc capere potuiſſent, niſi nos illis ad hæc viam muniiſſemus. Tamen ſerio diſſimulabunt, & nunquam hæc ignoraſſe videri volent.

v.28. *Proxima tricenas partes.*] Aliud genus Dodecatemorij Lunaris, quod nihil habet commune cum ſuperiore. Demophilus in Iſagoge: *τινὲς ἄλλως λαμβάνουσι τὸ τῆς σελήνης δωδεκατημόριον. ἰδὼν πόσας τοῦ ἡλίου ἀπέχει μοίρας, ἐκ τούτων ὅσας ἂν ἔχῃ τριακοντάδας ἆρε. τὰς δὲ λοιπὰς ἀνὰ δύο καὶ ἥμισυ διελὼν ἐπιμέριζε ἀφ' οὗ ἂν ἀπέχῃ ἡ σελήνη ζωδίου. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ τριακοντάδας, ἀρξάμενος αὐτὰς, ἀνὰ ἥμισυ καὶ δύο ἐπιμέριζε ταῦτα.* Vide quot tricenas partes diſtat Luna a Sole. Eas aufer. Reliquas partes diuide in ſeſtertios gradus. Vbi te deſtituet numerus, ibi erit Lunæ Dodecatemorion. Sin autem tricenos numeros non habuerit, tamen diuide reliquas partes in ſeſtertios gradus, vt in methodo Solaris Dodecatemorij. Eſto Sol in XIII Geminorum: Luna in XXIII Scorpij. Arcus eſt partium CLX: in quo ſunt quinque Triacontades: quibus ſublatis, ſuperſunt decem, quæ in $2\frac{1}{2}$ diuiſa dant quatuor Dodecatemoria: quæ a Scorpio, vbi Luna eſt, in ſequentia Dodecatemoria Zodiaci erogata deſinent in fine Aquarij. Ita Lunæ Dodecatemorion eſt in fine Aquarij. Hæc omnia antea omnibus ignota erant. Recte autem Demophilus, *ἄλλως λαμβάνουσιν*. Alia enim res eſt, neque vllam cum altera cognationem habet. Nam ex priore methodo Lunari multiplicentur 23 Scorpij in 12. Fient 276. In quibus triacontades ſunt nouem, partes reliquæ ſex, quæ a Scorpio, in quo luna eſt, putatæ deſinunt in ſextam partem Leonis.

Ibid. *Proxima tricenas partes ſententia ducit.*] Proxima, inquit, Methodus fit, *διὰ τριακοντάδων ἀφαιρέσεως.* Nam *ducit* eſt *deducit*, *ἀφαιρεῖ*. Sed manca eſt oratio. Non enim dicit vnde illæ triacontades ſint deducendæ. Plena eſſet oratio, ſi ita ſcripſiſſet.

Proxima tricenas partes ſententia ducit,
Luna quot a Phœbo diſtans per ſigna receſſit.

Noſtri

Noſtri ὑϐεισαὶ nunquam huius loci ſententiam conſecuti fuiſſent. & tamen hoc non magis mouerit illos, quam ſi nihil in Manilio præſtitiſſemus. Qui ridere volet, legat Bonincontrij in hunc locum expoſitionem. Nos vero illi bono viro omnia condonamus, id eſt, ignorationem huius antiquitatis. σόλοικον autem orationis ab eo animaduerſum non eſſe, hoc vero non ſtomachum nobis, ſed riſum mouet. Sed longe ſtolidius fecerint, qui eum ſequentur.

Ibid. *Sententia ducit.*] Ita ratio poſtulat. ita Gemblacenſis. ita Germanica & Lugdunenſis editio. Textus Bonincontrij *ducunt.* & inuenit patronos Bonincontrium ipſum & alios. Flagro hæc digna ſunt.

v. 29. *Hic vbi deficiet numerus.*] Vbi abſumptæ erunt, & deductæ omnes triacontades.

v. 31. *Dimidium reliquis.*] Ita reſtitue: *—tum ſumma relicta*

In binas ſortes adiecta parte locetur

Dimidia, reliquis tribuatur vt ordine ſignis.

In ſeſtertios gradus reliqua ſumma diuidenda. Vt in exemplo noſtro de 160 gradibus, triacontadas quinque deduximus. Reliqua decem in duo & ſemiſſem partiti ſumus. Hæc egregie reſtituta ſunt. Quod non pudebit dicere. Non enim adhuc æquos iudices noſtrarum vigiliarum & beneficij in hunc auctorem collati nacti ſumus. Nos ipſimet in Olympico ſtadio nos victores prædicabimus. Ferat nos candidus Lector non tam meriti noſtri, quam ingratorum hominum cauſſa nos hæc παῤῥησιάζειν. quanquam non deeſt ſtupor, tamen maiorem partem vindicat ſibi in illis κακοήθεια & ambitio. Miſeret me eorum.

v. 33. *Dodecatemoriis ſignis.*] Reſtituendum:

In qua deſtituent te, iuſtum Luna tenebit

Dodecatemorion ſigni. Poſt cætera duces Ordine, &c.

Nam Gemblacenſis habet *tenebit*, non *videbit*. quod melius eſt.

Pag. 52. v. 1. *ſic conſtant aſtra locata.*] Legendum:

Ordine quæque ſuo, ſicut ſtant aſtra locata.

Similiter in ſecunda Inſtitutione:

Ordine naturæ, ſicut ſtant cuncta locata.

Gemblacenſis hic nonnihil trepidat. Habet enim:

Ordine quæque velut ſtant aſtra locata. Mendoſe.

v. 2. *Hæc quoque te ratio ne fallat.*] Aliud Dodecatemorij genus, quod

quod dicitur Dodecatemorion Dodecatemorij. Vnum Dodecatemorion eſt ſeſtertius gradus, vt diximus, hoc eſt, quinque dimidij gradus. Singuli dimidij gradus ſingulis ſuis Planetis attribuuntur. Et hic quoque Bonincontrius ῥέμβεται ἐν σκότῳ, qui clementius a nobis accipietur, quam ab aliis acciperetur, ſi malum aliquod fatum miſerum interpretem horum furori obieciſſet. Sed bene cum eo agitur, quod illi Bonincontrio harum rerum peritiores non ſunt.

v. 3. *Maior in effectu minor eſt.*] Quo particularior, eo certior. ὅσῳ λεπτομερέστερα, τοσούτῳ ἀκριβέστερα. Atque adeo Dodecatemorion Planetæ, quod eſt Dodecatemorion Dodecatemorij, eſt certius & pollentius ipſo Dodecatemorio, cuius Dodecatemorion eſt. Atque id eſt, quod vult illis:

Maior in effectu minor eſt: quod partibus ipſis
Dodecatemorij quid ſit, quod dicitur eſſe
Dodecatemorion. ———

Eſt, inquit, Dodecatemorion quoddam in partibus ipſius Dodecatemorij.

v. 5. *nanque id per quinque notatur.*] Seſtertius gradus reſpondet quinque dimidiis partibus. Singula earum ſingulis planetis attribuuntur. Hoc eſt, quod dicit:

——— *ducunt & ſingula ſortes* *Dimidias.* —

Singula nempe quinque ſidera, quæ iam dixit, hoc eſt, Planetæ.

v. 8 *Dimidiæ vires quæ in eis & cura capeſſunt*] Hæc deplorata ita reſtituuntur in integrum:

——— *ducunt & ſingula ſortes*
Dimidias, vireſque in eis & iura capeſſunt. Perſpicue verum.

v. 9. *In quocunque igitur.*] Egregie hunc locum reſtituit codex Gemblacenſis:

In quocunque igitur Stellæ quandoque locatæ
Dodecatemorio fuerint, ſpectare decebit.

Ita enim habet ſcriptus ille Codex. *Quocunque quandoque*, *quæ quandoque*, & ſimilia, ſunt Maniliana, vt alibi notamus.

v. 11. *Cuius enim ſtellæ in finem ſint.*] Caſtiga, vt olim fecimus:
Cuius enim ſtellæ fines in ſidere quoque
Inciderint. — Superſunt veſtigia in Gemblac. *cuius enim ſtellæ in fine ſint.* Fines τὰ τῶν πέντε πλανωμένων ὅρια intelligit. Vulgus cum Firmico Terminos vocat. Ab initio Arietis, vſque

ad VI gradum, eſt terminus ♃: a VI, ad XII, terminus ♀: a XII: ad XX, terminus ☿: a XX, ad XXV, terminus ♄. Eſto igitur Dodecatemorion ſigni in XII Arietis. Quia eſt terminus Mercurij, Mercurius dabit effectus in illis finibus, vt etiam fatetur ratio Aſtrologorum. Sed eſto in XV Arietis. A XII ad XV, ſunt gradus quatuor abſoluti, id eſt octo dimidij gradus. & proinde XV eſt in nono dimidio gradu. Abiectis quinque dimidiis gradibus, Dodecatomorion Dodecatemorij incidit in fines Iouis, initio a Mercurio, cuius terminus eſt, facto. Sed operæ eſt audire verba Porphyrij: τὸ δωδεκατημόριον τὸ (ζητεῖς διχῶς λαμβάνει), πρῶτον μὲν τοῦ ζωδίου διαστάμενον πόσας μοίρας ἐπέχει ἡ σελήνη. ἀπ' ἐκείνης ἐπιμέριζε ἀνὰ δύο ἥμισυ τοῖς πέντε ἑξῆς. καὶ ὅπου ἂν λήξῃ ὁ ἀριθμὸς, ἐκεῖ ἔσται τὸ δωδεκατημόριον. οἷον ἐπέχει ἡ σελήνη κριοῦ μοίρ. ιγ. δίδωσι κριῷ βς'', ταύρῳ βς'', Διδύμοις βς'', καρκίνῳ βς'', λέοντι βς''. ἔσται αὐτῇ δωδεκατημόριον παρθένου οἴκῳ ἑρμοῦ. Habet enim non paruam affinitatem cum iis, quæ proponuntur.

v. 12. *dabit effectus in mentibus eius.*] Repone ex Gemblacenſi: — *in viribus eius.* Dodecatemorion dabit effectus in viribus eius ſtellæ, intra cuius fines & terminos ſuos deprehenſum fuerit. Ne hæc quoque antea ab vllo capiebantur propter ignorationem vetuſtatis: ne mireris a Bonincontrio non capi.

v. 13, *Vndique miſcenda eſt ratio.*] Vſus eſt proprio artis verbo. nam ſtellarum cum ſignis conſideratio a peritis dicitur ἀστέρων κρᾶσις καὶ μίξις. Contra ſine ſtellis ſignorum per ſe conſideratio dicitur ἡ τῶν ζωδίων κατὰ τὸ ἀμιγὲς θεωρία. In ſecunda Inſtitutione.

Mox veniens mixtura ſuis cum viribus omnis.

Mixtura, κρᾶσις, μίξις ἀστέρων πλανωμένων.

v 14. *Verum hoc poſterius.*] Lege *hæc*. Aſſentitur & Gemblac. Hoc ſæpe promittit: & de editione dubitare nos prohibet Firmicus, vt alibi aperuimus.

v. 15. *Nunc ſatis eſt docuiſſe.*] Platica informatio. Firmicus: *Debet is, qui inſtituitur, primum platice inſtitui: vt his apertioribus, leuioribusque compoſitus, atque formatus ſecretiora deinceps genituræ confidentius conſequatur.* Eſt vero πλατικὴ παράδοσις ad doctrinam τῶν κέντρων καὶ τῶν δωδεκατόπων.

v 20. *Per faciem nomenque ſuum componitur vſus.*] Scribe:

Per faciem nomenque ſuum: tum ponitur vſus:
Tum coniuncta ſuis formatur ſyllaba nodis.

v.11. *formatur ſyllaba nodis.*] Nodos ſyllabæ dixit, qua notione Auſonius *trinodem dactylum*.

v.22. *Per verba legendi.*] Indubitata lectio *per membra legendi.* Vſus eſt & hic quoque technico verbo. Nam in oratione τὰ κῶλα, vt etiam in corpore animalis. Vulgaris lectionis vitium & cæci vident, & pueri intelligunt.

v.26. *Quæ niſi conſtiterint propriis.*] Melius Gemblacenſis: ——— *primis fundata elementis.*

Pag.53.v.3. *Ac veluti in nudis.*] Perturbate ac mendoſiſſime. Nullo negotio expediuntur:

Ac veluti, nudis quum ſurgunt mœnibus vrbes,
Conditor & vacuos muris circundare colles
Deſtinat; ante, manu quam tentet ſcindere foſſas,
Vertit opus. ———

Planiſſima ſententia. Conditor vrbis ante, quam mœnia circundet, prius vertit opus, &c. Eſt hyperbaton in parabola vſq. ad illa, *Sic mihi cunctanti tanta ſuccedere moli.* In hac & ſuperiore parabola multa luculenter dicta. Atque haud ſcio, an ab Ouidio meliora ſperare poſſemus.

v.4. *muris circundare colles.*] Tangit morem Romanum: quo vt plurimum coloniæ in editioribus condebantur.

v.10. *Aſt illi ſilicem.*] Lege, *Aſt alij ſilicem.* Ita etiam Gemblac.

v.11. *Ferrique rigor per tempora nota.*] *Tempora ferri* temperamentum. Supra:

Permixtoſque dies mediis hiemem inter & æſtum
Articulis vno ſeruantia tempore vtrinque.

Tempora ferri etiam mei Galli in ſuo idiotiſmo ſeruant, *La trempe du fer.*

v.12. *hinc artes, hinc omnis.*] Scribo:
——— *huc artes, huc omnis conuenit vſus.*

v.15. *Sic mihi tractanti.*] tractanti ſuccedere haud ſcio, an ſatis Latine dixerim. Gemblacenſis veram, ni fallor, lectionem præfert:

Sic mihi cunctanti tanta ſuccedere moli.

Optime ad mentem eius. cunctanti, non, ſtatim irrumpenti. Aratus ad verbum dixit ἐπίσχοντι.

τὸ δ' ὅτι οἱ ἐπίσχοντι φαήμεναι ἠῶθι πρό. hoc eſt, *cunctanti ſugere mane.*

v.19. *Ergo age noſcendis.*] Triplex eſt τῶν ζωδίων χέσις. ἢ κατ' ἄλ-

κηλα, ἢ κατὰ κρᾶσιν τῶν ἀςέρων, ἢ κατὰ μετάϐασιν, quæ dicitur κατὰ τοὺς τόπους. Ac prima, quæ κατὰ σχηματισμόν τινα, aut καθ' ὁμοιότητα fit, iam ſupra abſoluta eſt. Altera, quæ fit κατὰ μίξιν, καὶ τὸ συμπεριεκτικὸν τῶν ἀςέρων, in manus noſtras non peruenit. Reliqua eſt tertia, & vltima, καὶ κρατιωτάτη, ἡ κατὰ τοὺς τόπους. Eam nunc promittit.

Ibid. *Ergo age noſcendis.*] Doctrina hæc dicitur a Græcis τῆς δωδεκατόπου πρακτικὴ ἔκθεσις. Platica eſt informatio ad XII locos genituræ: quorum primi ſunt quatuor cardines, ac dicuntur κέντρα: quatuor ſecundi, qui ἀποκλίματα, vulgo deiecti loci, ſeu pigri: quatuor tertij, qui & ἐπαναφοραὶ, vulgo ſuccedentes. Ita veteres, & Firmicus. Sed Manilius τὴν δωδεκάτοπον in duo membra diuidit: in quatuor cardines, & eorum intermedia numero octo. vnde ὀκτὼ τόποι dicuntur, item ἡ ὀκτάτοπος. δώδεκα τόπους Arabes vocant البروج Turres: quod eſt frequentiſſimum apud illos, Manilius etiam CASTRA.

v. 20. *Cardinibus, qui per Mundum ſunt quatuor omnem.*] Quatuor κέντρα γενέσεως alij cuſpides vocant, alij etiam angulos. Quod κέντρον Græcis eſt, id Arabibus قرن cornu, cuſpis. AbenEzræ יָתֵד paxillus. Sed & omnes قرن domus cuſpides vocantur. Sunt autem hæc: ὡροσκόπος, ſiue ἀνατολή, ὑπόγειον, ſiue ἀντιμεσουράνημα, δύσις, μεσουράνημα. Interuallum autem, μεσοκέντειον dicitur, aliis etiam ἡ τετράγωνος. Nam σχῆμα τῆς γενέσεως eſt τετράγωνον.

v. 21. *mutantque volantia ſigna.*] τῶν ζωδίων σχέσις ſpectatur ἢ κατὰ τὸ οὐσιῶδες, ἢ κατὰ τὸ συμϐεϐηκός. Ac κατὰ τὸ οὐσιῶδες, quatenus in Zodiaco, & quidem per omnes configurationes, de quibus ſupra: qui modus ſemper conſtans, & ſtabilis. Nam ea omnia in circulo Zodiaci conſiderantur. κατὰ συμϐεϐηκὸς autem inconſtans, ambulatorium, μεταϐατικὸν, quatenus & ſecundum motum cæli, & ſecundum Meridianorum & Finitorum variantias. Ideo dixit: — *mutantque volantia ſigna.* Hoc enim συμϐαματικῶς, non οὐσιωδῶς fit.

v. 22. *Vnus ab exortu.*] ἀνατολὴ, ὡροσκοποῦν ζώδιον.

v. 23. *Quæ primum terras æquali limite creuit.*] Longe melius Gemblacenſis:

Qui primum terras æquali limite cernit.

Paulus Alexandrinus hinc vocat διμοιρίαν τῆς ἄνω μερίδος.

v. 24. *Alter ab aduerſa.*] δύσις, δῦνον ζώδιον.

v. 26.

v. 26. *Tertius excelſi.*] τὸ μεσουράνημα.

v. 27. *Phœbus ſubſiſtit habenis.*] ſcribe — *equis Phœbus ſubſiſtit anhelis.*

v. 28. *mediaſque examinat vndas.*] *examinat vmbras* olim emendabamus. Confirmatur fide Gemblacenſis.

v. 29. *Ima tenet quartus.*] τὸ ὑπόγειον, τὸ ἀντιμεσουράνημα.

Ibid. *fundato nobilis orbe.*] Fortaſſe melius *fundato immobilis orbe.*

v. 30. *In quo principium eſt reditus, finiſque cadendi.*] In Sphæra Mundi:

Qua caderet, ſubeat cælum.

Pag. 54. v. 3. *nectantque in vincula bina.*] δύο ἡμικύκλια.

v. 8. *Primus erit ſummi.*] τῷ ὡροσκόπῳ præfert τὸ μεσουράνημα, vt Ptolemæus & alij. Tractat vero ſignificationes quatuor cuſpidum.

v. 12. *Et Deus omnis Adſerat.*] Ita Gemblacenſis, & veteres omnes editiones, præter Lugdunenſem, quæ recte habet — *& decus omne Adſerat.* — Sed ne ſic quidem locus purgatus. Nam *Adſerat* longe melius, auctore Gemblacenſi.

v. 14. *atque omnis gloria vulgi.*] Præfero lectionem Gemblac. *atque omnis gratia vulgi.* Paulus Alexandrinus: σημαίνει δὲ τὰ περὶ πράξεως καὶ δόξης, καὶ ἀξιώματος καὶ συστάσεως, καὶ προεδρείας, &c.

v. 15. *Reddere iura foro.*] ἀρχικοὺς καὶ ἐπιδόξους καὶ ἐμπράκτους. Paulus Alexandr. imo δικολόγους, συνηγόρους, νομικούς. quod plane vult Manilius, ſed ſi Mercurius ibi fuerit. Idem Paulus.

v. 18. *Proximus eſt ima.*] τὸ ὑπόγειον. Lege vero *Proximus aſt ima.*

v. 19. *Suſtinet alterius.*] Legimus, *alternis.* Confirmatur fide Gemblac. in quo recte alternis, quia ſubinde cardines mutant. Supra:

Quæ niſi perpetuis alterna ſorte volantem
Curſibus excipiant. ———

Ibid. *mixtum radicibus orbem.*] Legendum: *nixum radicib.*

v. 20. *Effectu minor in ſpecies.*] *in ſpecie.* quanquam ima ſtatione locatus, atque ideo in ſpecie minor videtur, non tamen propterea minor in effectu. Apponam totum locum, vt legendus:

Proximus aſt ima quanquam ſtatione locatus
Suſtinet alternis nixum radicibus orbem
Effectu minor in ſpecie, ſed maior in vſu,

Fundamenta tenet rerum, cenſuſque gubernat.
Quid clarius hac lectione, imo quid verius?

v. 21. *Fundamenta tenet rerum, cenſuſque gubernat.*] Fundamenta, id eſt opes, etiam Græci huius artis magiſtri θεμέλια vocant. De hoc Paulus Alexandr. ἔστι δὲ τόπος περὶ ἐγγαίων καὶ θεμελίων, &c. καὶ ἐνδομενείας πάσης σημαντικός.

v. 22. *Quam rata ſint foßis ſcrutantur.*] *ſcrutatur.* Firmicus: *Hic locus oſtendit nobis parentes, patrimonium, ſubſtantiam, fundamenta, mobilia, & quicquid ad latentes vel repoſitas patrimonij pertinet facultates.* Ergo τὸ, *quam rata vota ſint foßis metallis*, eſt ὅσον ἐστὶ τῶν ἀποτεθησαυρισμένων ἀσφαλές. Atque haud ſcio, an τῆς ἐνδομενείας nomine καὶ τὰ τεθησαυρισμένα comprehendantur. Nam Polybius eo nomine Supellectilem tantum deſignat, & veteres Gloſſæ. Vides etiam hic Fundamenta eadem notione, qua Manilius, & Paulus Alexandrinus, imo & Ptolemæus θεμέλια capite περὶ τύχης κτητικῆς.

v. 23. *Atque ex occulto quantum contingere poßis.*] Quantum poſſideas in confiſcato, vt Suetonius, & Tertullianus. quod de pecunia, καὶ περὶ τῆς ἐνδομενείας recte dicitur. Sed annonariæ ſpecies, aut vina dicuntur condita, & in cōditis ea habere aliquis dicitur. σωρευτικοὺς καὶ κρυπτικοὺς Magiſtri artis vocant homines, qui ſtudioſe in conditis opes confiſcatas habent.

v. 24. *Tertius atque illi pollens.*] Feliciter olim emendauimus: *Tertius æque illi pollens.*— De Horoſcopo loquitur, quem ἰσοδυναμοῦντα τῷ ὡροσκόπῳ dicit, quod vterque βάσις & Fundamentum dicatur. Nam Fundamentum non ſemel vocari a Manilio, & in eo mundum fundatum eſſe, notius eſt, quam vt repetatur. βάσιν autem καὶ προπεσάσιον τὸν ὡροσκόπον vocat ſemper Paulus Alexandrinus. Vnde Firmicus: *Ex hoc loco totius genituræ fundamenta noſcuntur.* quanquam non recte æquipollens dicitur. Nam potius ἡ δύσις eſt horoſcopo æquipollens. ac propterea ἀνθωροσκόπος dicitur Paulo Alexand.

v. 26. *vna dies redit.*] Inepte. Scribendum ſane. ———

Vnde dies redit, & tempus deſcribit in horas.

Neque exemplo caret. Ita enim in proœmio Sphæræ Mundi:

Qua Mundus redit, & nigras ſuperuolat vrbes.

v. 28. *Nec capit externum.*] Vſus vicit, vt Græcum nomen retineret. Nam ſi libuiſſet Latine vocare, non deerat nomen

Græco reſpondens Horiſpex. quid ni, vt Cœliſpex Apollo Romæ apud Sex. Aurel. Victorem. Sic ἱεροσκόπος extiſpex, σπλαγχνοσκόπος?

v. 29. *Hic tenet arbitrium vitæ.*] Propterea οἴαξ dicitur, hoc eſt gubernaculum. Paul. Alex.

v. 31. *vtrunque admixtis.*] *vtcunque* olim emendabamus. Subſcribit Gemblac.

Pag. 55. v. 3. *coniungitq; epulas*] vnde γαμοστόλος Paulo Alexand.

v. 6. *Nec contentus eris.*] Proximum ſignificationibus cardinum, eorum tempora adiicere. Græci κέντρων χρόνους vocant, quum ſingulis quadrantibus ſuos ætatis gradus attribuunt. Primus quadrans a medio cælo, ad Horoſcopum, dicitur ἀφηλιωτικός. ſecundus ei oppoſitus ἀνταφηλιωτικὸς ab imo cælo, ad occidentem. Tertius λιβυκὸς ab occidente, ad medium cælum? Quartus ἀντιλιβυκὸς ei oppoſitus, ab Horoſcopo, ad imum cælum. Horum igitur arcuum, qui ſunt quædam μεσοκέντρια, primus, nempe ἀφηλιωτικὸς primam pueritiam continet, ac proximam ætatem pubertati. λιβυκὸς pubertatem, & iuuentam. ἀνταφηλιωτικὸς ſenectam, & exitam ætatem. Ita. Manilius. At Demophilus Græcus auctor paulo aliter nempe per cuſpides ipſas, non per interualla. ὁ μὲν ὡροσκόπος δηλοῖ τὴν πρώτην ἡλικίαν· τὸ μεσουράνημα τὴν μέσην· ἡ δὲ δύσις τὴν τελευταίαν, τὸ δὲ ὑπὸ γῆν κέντρον τὸν θάνατον, καὶ τὰς μετ᾽ αὐτὸν γινομένας εὐδοξίας, καὶ ἀδοξίας.

Ibid. *Nec contentus eris.*] Lemma erat in Gemblacenſi: DIVISIO ÆTATIS IN PARTES CÆLI.

v. 7. *Interualla etiam*] τὰ μεσοκέντρια, intercepta inter cuſpides.

v. 9. *Quicquid ab exortu*] Arcus ἀφηλιωτικὸς continet prima pueritiæ rudimenta, ac nouellam infantiam.

v. 11. *Quod ſummo premitur.*] λιβυκὸς primam pubertatem.

v. 14. *Quæ pars occaſus*] ἀνταφηλιωτικὸς ſtatam ætatem.

v. 17. *At quæ perficitur.*] ἀντιλιβυκὸς ſenectam ætatem. Variat Gemblacenſis a vulgata lectione:

At qua perficitur, curſus redeunte ſub imo.

Quod verum eſt. Qua redeunte curſus cæli confectus eſt. Nam in fine eius ortus mundi, id eſt Horoſcopus conſtitutus.

v. 20. *Labenteſque dies vitæ.*] Gemblacenſis, *Labentemque diem vitæ.*

v. 21. *omne quidem ſignum*] Repetit quæ ſupra exponebat

περὶ τῶ

περὶ τοῦ μεταβατικοῦ τῶν ζῴων. Explicatis igitur quatuor cardinibus, nunc ad interualla, hoc eſt ad bina ſigna cardines interiecta progreditur. Sunt autem ea quidem a parte dextra ἐπαναφοραὶ, a parte ſiniſtra, ἀποκλίματα, quibus binis vtrinque cardo cingitur. Et quia quatuor interualla ſunt, ideo octo ſunt in ſumma. Vnde hæc πραγματεία dicitur ὀκτάτοπος.

V.22. *Partibus inficitur.*] Supra ita loquitur:

Aëraque infectum noſtras dimittit in auras.

Firmicus libro VI: *Patrem etiam ipſum diligenter exquire, & vide quis ſit patris dominus, & vbi poſitus. Ipſe enim ex ſua natura locum inficiet.* Nimirum intelligit τὰ τοῦ ζωδιακοῦ διαστήματα. τοῖς ζωδίοις δυνάμεις ἐμποιεῖν πεφυκότα, vt ait Ptolem. περὶ οἴκων κατὰ Χαλδαίους.

V.24. *Et accipiunt vires caloque remittunt.*] Supra:

Ipſis dant fines caſtris, capiuntque viciſsim.

V.28. *pœnamque ferentia ſidera ſedis.*] Actum erat de hoc loco abſque ope Gemblacenſis, qui habet *ſeclis*, nimirum pro *ſaclis.* Itaque totus locus ita continuandus:

——— *& prætereuntia cogit*
Eſſe ſui moris vario nunc diues honore,
Nunc ſterilis, pœnamque ferentia ſidera ſæclis.

Et nunc diues vario honore, nunc ſterilis cogit ſidera eſſe ſui moris, & ferentia pœnam ſæclis. Nempe diues honore aliter, ſterilis pœnam ſæclis.

V. 29. *Quæ ſuper exortum eſt a ſummo ſidere cæli.*] Satis obſcure, quanquam intelligimus quid velit Gemblacenſis lucem reddidit.

Quæ ſuper exortum eſt a ſummo tertia cælo.

τοῦ ὡροσκοποῦντος ζωδίου ἀπόκλιμα intelligitur. vocatur κακὸς δαίμων, καὶ ἀναφορά Sexto Empirico, προαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου Paulo Alexandrino.

V.31. *Et vitio.*] Malim *Eſt vitio.*

V.32. *Par erit aduerſo.*] τοῦ δύνοντος ἀπόκλιμα. Vocatur ἐπικαταφορὰ, ποινὴ, κακὴ τύχη, ᾅδου πύλαι, πόνου πύλη. etiam προδύσις, καὶ ἀπόκλιμα φαῦλον Paulo Alexandrino. perperam, meo iudicio. Nam hoc potius conuenit tertiæ ſedi a medio cælo occaſum verſus, hoc eſt octauæ domui, non autem ſextæ.

V.33. *neu præſtet cardine mundi.*] Cardo Mundi ὡροσκόπος. Ne hanc prærogatiuam habeat ἡ δύσις, quam habet ortiua, cuius

ἀπόκλιμα

ἀπόκλιμα ſuper ortum ſcandit, quam huius ἀπόκλιμα infra occaſum ſit. Vnde dicta πόνου πύλη.

Pag. 56. v. 1. *Vtraque preterita.*] Loquitur de ſexta domo, quam ait Portam laboris dici, non de vtraque. Omnino legendum *Vt quæ.* vtpote quæ. Et ſane non aliter ſcripſit Manilius. vtpote, inquit, quæ iam lapſa ſit. Immergitur enim infra Orizontem præceps.

Ibid. *preterita fertur.*] Gemblac. *Pretenta.* male, ſi bene iudico. Nam ſolenter peccat in eiuſmodi.

v. 2. *Orta laboris.*] Non magnæ molis erit diuinare *Porta laboris.* Bonincontrius non ſolum de XII domo intelligit, ſed etiam ortam vocari dicit, quia Sol in eam, inquit, ingreditur, quum exit de ſub terra. Quis contineat riſum hæc legens?

Ibid. *Porta laboris.*] Gemblacen. *Ora laboris.* non male. Sed recta lectio *Porta.* Sic ἐπαναφορὰ τοῦ ὡροσκόπου dicitur *Orci porta.*

v. 3. *Nec melior ſuper occaſum.*] τοῦ δύνοντος ἐπαναφορὰ, ἀργὸν ζώδιον, ἀρχὴ θανάτου, τυφῶνος οἶκος.

Ibid. *contraque ſub ortu.*] τοῦ ὡροσκοποῦντος ἐπαναφορά. Anaphora Firmico. βίος, ᾅδου πύλη Paulo Alexandrino.

v. 4. *Ille ſuperna.*] *ſuperne.*

v. 9. *Extiterint.*] *Extiterunt.*

v. 11. *Ceßit & in tumulum belli, vitæque Typhoeus.*] Lege Typhoeo, vt Orpheo. Metaplaſmus. Nam Typhoei dicendum eſſet, Τυφωεῖ. Vt Virg.

Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo. Orphei, Ὀρφεῖ.
Venuſte vero dictum: Terra ſepeliuit vna & bellum, & Typhoeum.

v. 12. *Ipſa tremit mater flagrantes.*] *Flagrantem,* Typhoea ſcilicet.

v. 13. *Atque refulgenti.*] Locus vitioſiſſimus, & qui in nugas præcipitem dedit Bonincontrium. Non multum laborabimus in corrigendo:

At quæ fulgenti ſequitur faſtigia cælo
Proxima. ———

Sequitur, ἐπαναφέρεται. Eſt enim ἐπαναφορὰ τοῦ μεσουρανήματος.

v. 14. *Neve ipſi cedat.*] Sic ſupra ad eundem ſenſum loquitur: ——— *neu preſtet cardine mundi.* Ne ipſi quidem horoſcopo cedit, inquit. Inde dicta ἀγαθὴ τύχη, Manilio Felix: quaſi non τύχη, ſed εὐτυχὴς dicatur.

v. 15. *Spe melior.*] ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐστὶ σημαντικός. Paulus Alexandrinus.

v. 16. *ſummæ comes addita fini.*] Nam puncto medij Cæli vicina eſt: a quo altius faſtigium non eſt.

Ibid. *victrixque priorum.*] Perſiſtit in tralatione. Dixit enim, *Palmamque petens.* Tandem præteribit priores ante ſe currentes. Apoſtolus ad verbum tertio ad Philippenſes: τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δ' ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. At Bonincontrius, *victrixque priorum*, id eſt VIII, XII, VI, & ſecundæ domus. Nec hac hallucinatione contentus, interpretatur de tertia domo dictum, *Altius inſurgens.* Tædet nugarum.

v. 17. *In peiuſque manent curſus.*] Quia, inquit Bonincontrius, ſunt domus cadentes. Itane? De tertia putat dictum. At vndecima domus non eſt cadens domus. Quomodo igitur in peius manent curſus, quum ſit ἐπαναφορὰ τοῦ μεσουρανήματος, a qua ad μεσουράνημα ad feliciora curſus eſt, non ad peiora? Vide quæ ſuperiori capite pronunciat de felicitate, claritate, & eminentia medij cæli. Denique medium cælum reliquis omnibus omni cauſſa præſtat. Profecto ab vndecima domo, ad decimam, non in peius, ſed in melius proceſſus fit. Ordo autem domuum non ſecundum conſequentiam ſignorum cenſetur, prout dicitur prima, ſecunda: ſed ex motu cæli. Horoſcopus eſt prima domus, duodecima domus ſecunda, vndecima eſt tertia, medium cælum eſt quarta. Ita Manilius non ſemel, non vt vulgus: cuius rei ignoratio impoſuit Bonincontrio. Eſt ne hoc in peius progredi? Quam aſinus eſſem, ſi hæc vel in ſomnis cogitaſſem. Feliciter olim correximus: *Imperiiſque manent curſus.*— Ait omnium votorum ſummam ibi eſſe. Curſus in eo ſtadio eſt ad imperia. Nam perſiſtit in metaphora ſtadij, de qua iam ex Apoſtolo retulimus. In eo curritur ad imperia: neque votis vllus locus eſt, quia conſequeris quod habes in votis. Vota locum non habent. Græce, τὸ ἐπιτυχεῖν πάσης εὐχῆς κρεῖττον. Quam inepta & nugatoria ſit vulgata lectio, ex elegantia huius aduertere potes.

v. 19. *Atque eadem inferior.*] Melius Gemblacenſis *Atque eadem interior.* Nulla enim eſt, quæ propior medio cælo.

v. 20. *Quoi titulus Felix.*] Atqui ἀγαθὴ τύχη tantum dicitur, quod equidem ſciam. Manilius etiam εὐτυχῆ dictam innuit.

Pro

Pro *Quoi* textus Bonincontrij & Gemblac. habet *Quod*. neque aliter vnquam reperias. Cenſum nomen virtutis nomine eleganter dictum, vt Iuriſconſultus: *hoc iure omnes cenſemur*, & ſimilia, quæ nec pueri ignorant. Sed lectio variat in Gemblacenſi.

——— cenſum ſi proxima Graiæ
Noſtra ſubit linguæ, virtutique a nomine nemen.

Bonincontrij textus : *——— veterique a nomine nomen.*

Proculdubio ex illis veram lectionem eruemus.

Quoi titulus Felix, ſi cenſum proxima Graiæ
Noſtra ſubit linguæ, vertitque a nomine nomen.

Cenſus linguæ, vis linguæ, ἡ διάλεκτος, Manilianum eſt, vtpote toties ab eo vſurpatum. ſiquidem, inquit, noſtra lingua poteſt κατ' πόδας ſequi cenſum & vim Græcæ, & vertere nomen a nomine. Quibuſdam hoc diſplicebit. Nobis vero doleret aliquid a nobis feliciter excogitatum, quod ipſis placeret.

v.21. *vertitque a nomine nomen.*] ὀνοματοποιεῖ.

v.22. *Iupiter hic habitat.*] Nam propterea Sex. Empiricus, & Paulus Alexandrinus ἀγαθὸν δαίμονα dictum putant.

Ibid. *Fortunæ crede regenti.*] Propterea ἀγαθὴ τύχη dicta.

v.23. *Huic in peruerſum.*] Huic διαμέτρει ἡ ἐπαναφορὰ τ͂ αἰτημασυγκρίματος. ἀγαθὴ τύχη Paulo Alexandrino. quod alibi non reperio.

v.24. *Imaque ſubmerſi contingent fulmina mundi.*] Lege: *contingens. Fulmina* τὰ ἐρείσματα: quomodo tam ſæpe momen dixit pro momento, ſic fulmen pro fulmento. Varro fulmentam dixit genere fœminino in illo prouerbio: *Fulmenta lectum ſcandit.* Alibi docemus quid ſit fulmentum in lecto, nimirum quod ἠλεκζὺν vocabant. Celſus accipit non pro fulcro lecti, ſed pro quouis fulcimento, quod pedi lecti, ſiue clinopodi ſubiicitur. Verba eius ex 11. libro ſunt hæc: *Si nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet, & moueri. Si ne id quidem eſt, at certe vni pedi lecti fulmentum ſubiiciendum eſt.* Ita veteres Celſi manu ſcripti Codices, pro quo inepte excuſum eſt *funiculus.*

Ibid. *fulmina mundi.*] Cælum τῷ αἰτημασυγκρίματι fultum etiam in Sphæra mundi ſupra dixerat:

Cardine tam ſimili fultum, quam vertice fingit.

v.25. *Aduerſaque nitet parte.*] Emendauimus olim:

Aduerſa quæ parte nitet ——— Adſtipulatur Gemblacenſis.

Hic per omnia ſtrenue nugatur Boninconitius.

Ibid. *defeſſa peracta Militia.*] Ait defunctam militia, ac quaſi emeritam: quia eſt finis quadrantis proprij.

v. 27. *Cardinis & ſubitura iugum.*] Defuncta enim quadrante ἀνταπολιωτικῷ imum cælum videtur ſcandere. Ab occidente enim, ad imum cælum, & hinc ad Horoſcopum, domos numerat Manilius.

v. 28. *Nondum ſentit opus Mundi.*] Legendum:

Nondum ſentit onus Mundi.— Nondum ad cardinem imum peruenit, qui ſuſtinet onus Mundi. Hic, vt dixi, recte docet, non ab imo cælo ad occidentis cardinem: ſed a quinta domo, ad imum cælum, ab imo cælo, ad Horoſcopum progreſſum fieri ſecundum cæli motum. Nam prima, & ſecunda domus vulgo dicitur ſecundum cõſequentiam ſignorum, non autem ſecundum motum cæli. Hoc impoſuiſſet peritioribus, ne dicam Bonincont.

v. 29. *Dæmonien.*] Ita hæc diſtinguenda:

——iam ſperat honorem.
Dæmonien memorant Graij. Romana per ora
Quæritur inuerſo titulus. ſub corde ſagaci
Conde locum. ——

Ibid. *iam ſperat honorem.*] Contrarium ſupra dixit:
—— *nec vota ſuperſunt.* Hic proponit imminentes honores: ibi inuadendos obiicit; nec voto aut ſpei locum eſſe.

v. 30. *Quæritur inuerſo titulus.*] Inuertendo huic nomini Latine adhuc quæritur vocabulum. quaſi dicat, Latine adhuc verti non poteſt. Et ſane neſcio, an Latinum ſit, quod huic reſpondeat; niſi forte Genialis. Nam δαίμων eſt Genius. κακοδαίμων ἄνθρωπος Malugeniatus dicebant veteres Romani, & cuiuſdam illorum priſcorum cognomen fuit Maluginoſo: quod κακοῤῥεχῆ veteres Gloſſæ reddunt. Inverſum igitur μεθερμηνευθὲν. niſi contrarium malis, ἀνθερμηνευτόν. Nam vtri potius aſſentiar, neſcio. Gemblacenſis habebat *in verſu.*

v. 31. *numenque Dei totumque potentis*] Manifeſto vitioſum. Sed ſuccurrit Gemblacenſis: —*numenque Dei nomenque potentis.* Optime.

v. 33. *Hinc momenta manent.*] Lege *Hic.* In quinta domo ponit ægritudines, & ſalutis diſcrimina. At recentiores ea omnia ſextæ aſſignant.

Pag. 57. v. 1. *Bellaque morborum tetris.*] Gemblacenſis:

Bellaque morborum cæcis pugnantia telu.

v. 2. *Viribus ambiguum geminus.*] Hinc, inquit, ſurgunt diſcrimina vitæ noſtræ, quod ambigo, an accidat duplicibus viribus & cauſſa diei pollentis duplici vi in vtranque partem, nempe ſalutis, & morbi. Alluſit ad prouerbium: *Neſcis quid veſper ſerus vehat*, & illud Euripidis in Oedipode.

ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

quaſi dies nunc aliud mane promittat, nunc diuerſum veſpere.

v. 4. *Sed medium poſt aſtra diem.*] Legendum: *Sed medij poſt aſtra die.* Die ἀρχαϊκῶς, id eſt, diei. . .

Libra die ſomnique pares vbi fecerit horas.

Auſonius in Roſis: *Ad primi radios interitura die.*

Poſt aſtra. Nam vna quæque domus habet aſtrum ſuum, ſiue ζώδιον. Legebamus olim *poſt caſtra die.* quod ſane puto verũ eſſe. neq. aliter ſcripſerit Manilius. Suſpectum tamen eſt quomodocunque legas. Nam ea quidem domus eſt vndecima, & ex vulgari ſerie, ſequitur medium Cælum. Sed Manilius, vt diximus, contra ſignorum conſequentiam domos numerat. Supra dixit de IX domo: *At quæ fulgenti ſequitur faſtigia cælo.* Quomodo igitur tam nona; quam vndecima ſequuntur idem medium cælum?

v. 6. *Æthera Phœbus amat.*] Ne hoc quoque ſanum eſt. Suſpicabamur olim legendum *Atria Phœbus amat.* Eſt nona domus, dicata Phœbo, ἀπόκλιμα ἀγαθὸν, προσμεσουράνημα Paulo Alexandrino, θεὸς, κάτω μοῖρα, μονομοιρία.

Ibid. *ſub quo quoque corpora noſtra Decernunt vitia.*] Quid eſt corpora noſtra decernunt vitia? Deinde quod vitium in illo loco, qui Deo dicatus? Locum in medio reliqui. Nam nullam opem adferre poſſum. Inanes & futiles coniecturas neque eruditi eſt comminiſci, neque prudentis admittere.

v. 8. *Deus ille locus.*] Θεὸς enim dicitur, *Deus* Phœbus, ipſomet Manilio interprete: *Aera Phœbus amat.*— Firmicus de hoc loco: *Eſt autem diei ac Solis locus.* Legendum: *Eſt autem Dei Solis locus.*

v. 9. *huic aduerſa nitens.*] ἀπόκλιμα τοῦ ὑπογείου. Tertia domus. θεὰ, τόπος σελήνης. ἀγαθὸν ἀπόκλιμα Paulo Alexandrino.

Ibid. *huic aduerſa nitens.*] Ita hic locus concipitur in Gemblac.

——— *huic aduerſa nitens, quæ prima reſurgit*

Sedibus ex imis, iterum reducit Olympum

Pars Mundi ——— In quo primam producit in *reducit*, vt ſolebant veteres illi, vt Lucretius *reducere* dixit prima producta. De hac re vide Porphyrionem in illud Epodi, *Reducet in vices lium vice.*

v.10. *Iterum reducit Olympum.*] Poſt imum cælum enim ſequitur.

v.11. *noctemque gubernat.*] Gemblac. — *mortiſque gubernat.* mendoſe.

v.12. *Et dominam agnoſcit Phœben.*] Icciro vocatur Θεὰ, vt oppoſitus ei locus Θεός. Sed melius, meo iudicio, ſecundam domum Dianæ dicaſſent, quam tertiam, propter diluculum, ſiue crepuſculum matutinum, quod propius eſt τῇ ἀνατολῇ, ſiue τῷ ὡροσκόπῳ. Diana enim φωσφόρος, Latine Lucina, aliter lux dubia vocatur, id eſt crepuſculum. Strabo: ἐντεῦθεν δ' ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ, καὶ πόλις Ἐβοῦρα, καὶ τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερὸν, ἣν καλοῦσι ΛΟΥΚΕΜ ΔΟΥΒΙΑΜ.

Ibid. *fraterna videntem Regna, per aduerſas cæli fulgentia partes.*] Paulus Alexandrinus: ὅτι δὲ καὶ ξενιτείας παραίτιος γίνεται, ὅτι διάμετρον τῷ τοῦ Θεοῦ ζῳδίῳ τέτακται.

v.14. *imitantem finibus orbis.*] Non deterior eſt lectio Gemblacenſis:

Fataque damnoſis imitantem finibus oris.

v.17. *Arce ſed in cæli.*] μεσουράνημα. Medium cælum.

Ibid. *qua ſumma accliuia.*] Ab horoſcopo, ad medium cælum.

v.18. *qua principium decliuia ſumunt.*] A medio cælo, ad occaſum.

v.20. *Suſpenduntque ſuo libratum ex ordine.*] ἀστόχως olim diuinauimus *libratum examine mundum.* Subſcribit Gemblacenſis. A lance momentanea tranſlatum. In Sphæra mundi — *ſextamque examinat horam.* Supra ——— *mediaſque examinat vmbras.* Sic Arabes verti- cale punctum Zenith ثية id eſt, exa-
Themen vocant. وزن ma eſt examinare.

v.21. *Aſſerit hanc Cytherea.*] Rurſus redit ad quatuor cardines: quos ſupra conſiderauit, quatenus ſunt cardines, nunc vero quatenus Domicilia καὶ ἐκ τῆς πραγματείας τῆς δωδεκατόπου. Præterea illis attribuit ſuas tutelas, quod ſupra non fecerat. Tutela Medij cæli Venus, imi cæli Saturnus, Horoſcopi Mercurius, occaſus Dis pater. Atque vt ſupra, ita hic incipit a medio cælo

propter

propter excellentiam. Locus enim ille aliis propterea præfertur, quia pleniſſimo lumine ſupra omnes illuſtratur.

v.23. *Per quæ humana.*] Loco deſperato opportune ſuccurrit Gemblacenſis.

Aſſerit hanc Cytherea ſibi per ſidera ſedem,
Et veluti faciem mundi, ſua collocat ora,
Per quæ humana regit. Propria eſt hæc reddita parti
Vis: & connubia, & thalamos, tædaſque gubernat.

v. 24. *Connubia & thalamos.*] Paulus Alexandrinus: γάμου δὲ καὶ τέκνων ἀρσενικῶν δηλωτικὸν καθέστηκεν. Suſpicor vero Manilium ſcripſiſſe. ——— *Propria eſt hæc reddita parti*
Vis, vt connubia, & thalamos, tædaſque gubernet.

Nihil mutauimus.

v.26. *quo percipe mentem.*] Scribe: *quod percipe mente.* Hoc ſolet præcipere Manilius, quoties breuior eſſe vult. Supra —*ſub corde ſagaci conde locum*— Interea, inquit, ἐν παρενθέσεως λόγῳ hoc retinebis, ne pluribus te obtundam. Sed & ſequentibus confirmatur:

Vt breuia in longo compendia carmine præſtem.

v.27. *compendia carmine præſtet.*] Emenda *præſtem.* Extant veſtigia in Gemblacenſi, vbi legitur *præſtent.*

v.28. *Et qua.*] Lege, *At qua.* τὸ ὑπόγειον.

v.30. *Ac media ſub nocte iacet Saturnus.*] Diſtingue:

Ac media ſub nocte iacet. Saturnus in illa Parte, &c.

Ita olim emendauimus. Ita Gemblacenſis quoque.

v.33. *Et pater in proprios.*] Gemblacenſis, *in patrios.* Recte. ἔστι δὲ πατρὸς καὶ γονέων. Paulus Alexandrinus, & alij omnes. Veſtigia huius lectionis extant in textu Bonincontrij. Ibi enim legitur *in primos.* Nimirum quia compendioſe ſcriptum erat *prios.* Sic ſemper in illo textu Bonincontrij *primum*, *prima*, *primos* ex compendioſa lectione legitur *prium*, *pria*, *prios*, id eſt *patrium*, *patria*, *patrios.* Sic etiam in aliis editionibus, vt in hoc loco ex *prios* factum *proprios.* Hoc moneo, ne iocula riter putes ſcriptum primos caſus a Manilio.

Pag. 58. v. 1.] *Fortunamque ſenum.*] σημαῖνον τὴν τοῦ γήρως ἡλικίαν, καὶ τὴν τελευτήν. Paulus Alexandrinus.

Ibid. *prima eſt fortuna.*] Gembl. ——— *prima eſt tutela duorum*
Naſcentum

Naſcentum atque patrum — Prima eſt, inquit, tutela duorum, Natorum & Patris. Nam & alia eſt tutela natorum, vt Horſcopus. Infra:

In qua fortunam natorum condidit omnem
Natura, eque illo ſuſpendit vota parentum.

Item quintus locus ex doctrina Ægyptiorum. Græci: τὸν πέμπτον τόπον οἱ Αἰγύπτιοι ἀφωσιωμένως τοῖς τέκνοις παρεῖχον. Quod & vulgus Aſtrologorum ſequitur: qui ibi quoque affectus paternos ponunt. Sane Arabes hanc quartam domum rebus patris præficiunt, hoc eſt, τοῖς πατρῴοις. Contra Ptolemæus τὰ πατρῷα a poſitu Solis & Saturni: matris vero a poſitu Lunæ & Veneris diiudicat. Sed & Græci τὸ μετεγγένημα καὶ τὴν ἐπαναφορὰν αὐτοῦ, & eis oppoſitas ſedes, quartam & quintam filiorum fortunæ attribuerunt. Non ergo caret ratione Maniliana ſententia.

v. 2. *quæ cæli condita pars eſt.*] Quis hæc intelligit? Semblac. ——— *quæ tali condita pars eſt.* Retinet veſtigia priſci codicis, ex quo veternoſa omnia illa huius auctoris exemplaria deſcripta ſunt. *quæ tali condita parteſt.* ex quo *pars eſt* reformatum. Ergo totus locus ita concipiendus: ——— *prima eſt tutela duorum,*

Naſcentum, atque patrum, quæ tali condita parte eſt.

Non opus interprete, ſed æquo lectore, & minime liuido.

Ibid. *quæ tali condita parte eſt.*] In ſequenti libro — *quæ prima condita parte eſt.*

v. 3. *Aſperum erat tempus.*] Ex vitio vitium propagatum. Primum erat *Aſper erat tempus.* Sed quia ſolœcum putabant: *Aſperum* ſcripſerunt. Ergo minima correctione indiget τὸ *Aſper erat tempus.* ἀστοχαστάτως enim olim diuinauimus: *Aſper & adtemptus.* Ita ſcribebant illi imperiti librarij. ſic *adtemptare* ſemper in veteribus libris exaratum eſſe, ſciunt qui illorum lectione triti ſunt, mirantur qui nunquam viderunt.

v. 4. *ſignatque ſuas pro nomine vires.*] Supra — *in titulo ſignantia cauſſam.* Si vocatur Δαιμόνιον, quas vires pro nomine aſſignare poſſit, equidem non video, & ſerio quærendum cenſeo.

v. 5. *Nunc age.*] ἀπροσκόπτος.

v. 8. *Nec tua templa.*] *Te tua templa.* —

v. 11. *Auctores tibi dant artes*] Scribe:

Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum.

Auctores artis, Aſtrologi: vt Iuriſconſulti auctores iuris,

v. 13.

v. 13. *ex illo ſuſpendit.*] *ex illa.* vel, *eque illa.* Horoſcopus partem fortunæ filiorum ſibi vindicat, quia auctor vitæ eſt. Propterea ex eo vota parentum pendere ait.

v. 14. *Vnus in occaſu.*] non ſemel emendari poteſt iſte locus: Apponam totum emendatum:

Vnus in occaſu locus eſt ſuper. ille ruentem
Præcipitat mundum terris, & ſidera merſat,
Tergaque proſpectat Phœbi, qui viderat ora.

v. 16. *Terraque proſpectat Phœbi quæ viderat ora.*] Vitioſiſſimus locus. Auget ſuſpitionem Gemblacenſis, in quo eſt, *qui*, non *quæ*. Nimirum refert ad ipſum locum occaſus. Meo periculo lege: *Tergaque proſpectat Phœbi, qui viderat ora.* Orizon occiduus, qui Phœbi ſurgentis ora viderat, eiuſdem occidentis terga proſpectat. Clara lectio. & Tanquam dicat orientis Solis ora videri, occidentis terga. in Sphæra Mundi dixerat, *Hinc vbi ab occaſu noſtros Sol aſpicit ortus,* vt occidens aſpiciat noſtros ortus.

v. 17. *Terraſque per orbem.*] Sequentia poſtulant *terræque.* Surripit diem per terræ orbem & tumorem.

v. 23. *Quæ vocat & condit Phœbum recipitque, refertque.*] Itane Manili, occaſus refert Phœbum? quid reliquiſti Horoſcopo, quem ais, vt verum eſt, referre Phœbum? Aliud agebat noſter, quum hæc caneret. Hæc non probantur nobis.

v. 24. *Tali ſub lege notandæ Templorum tibi ſunt vires.*] Nos quoque τ̃ δωδεκατόπω, hoc eſt, octo toporum cum quatuor cardinibus diagramma in gratiam tironum infra ſubiecimus, ne non illorum ſtudiis conſuluiſſe videamur.

v. 29. *vtcunque aliena capeſſunt Regna.*] Stellæ aliena capeſſunt regna, & ſubſidunt hoſpitæ externis caſtris, quando non ſunt in ſuis οἰκοδεσποτείαις: vt quando Mars in alio ſigno, quam Ariete fuerit. Ita de aliis.

v. 31. *Hæc mihi ſub certa.*] Non extant illa: quæ tamen conſtat edidiſſe.

v. 32. *Nunc ſatis eſt cæli partes tituloſque notaſſe*] Tituli locorum ſunt, decimæ domus τύχη: vndecimæ ἀγαθὸς δαίμων: duodecimæ κακὸς δαίμων. Ita de aliis. Hoc enim vocat titulum: vt quum ait:

Huic parti Dea nomen erit Romana per ora.
Græcia voce ſua titulum deſignat eundem.



v.33. *Effectuſque loci.*] Effectus, vt quum gloriam, & honores in medio cælo ponit: patrimonia & theſauros in imo: mores & inſtitutionem in horoſcopo: epulas, conuiuia, otia in occaſu. Nam hæc decreta eorum locorum ipſemet in quo de illis tractat, effectus vocat: vt quum de imo cælo loquitur:

Effectu minor in ſpecie, ſed maior in vſu

Funda-

Fundamenta tenet rerum, ſenſuſque gubernat. Paulo ante:
Hæc loca præcipuas vires, ſummoſque per artem,
Fatorum effectus referunt. — Quos effectus Manilius, vulgus Aſtrologorum ſignificationes vocat.

Ibid. *Deoſque.*] Nam quidam eorum, puta quatuor cardines, ſunt tutela Deorum, vt Horoſcopus Mercurij: medium cælum Veneris: imum Saturni: occaſus Ditis. Non enim, quum Saturnus præficitur imo cælo, ita intelligendum, quaſi οἰκοδεσπότης ſit, quod perperam putauit vir illuſtris, Phœnix ſæculi ſui, Picus Mirandula, ſed tanquam numen tutelare.

Pag. 59. v. 1. *Qui parti nomen poſuit, qui condidit arcem.*] Lege:
Quoi parti nomen poſuit, qui condidit artem, *Octo topos.* —
vocatur hæc πραγματεία ὀκτάτοπος, vt XII locorum δωδεκάτοπος. Mirum vero ὀκτάτοπον tantum dici, quæ omnino δωδεκάτοπος ſit. Nam octatopon plane deſignat verſiculus:
Græcia voce ſua titulum deſignat eundem.
Atqui & cardines quoque ipſos adiunxit. Eſt ergo δωδεκάτοπος. Sed non caret ratione. Nam cardines per ſe conſiderantur, octo topi autem ſunt ad quatuor cardines κατὰ π, quatenus cardinibus bini topi attribuuntur, quorum antecedens eſt ἀπόκλιμα, ſequens ἐπαναφορά. Puta, nonus locus eſt ἀπόκλιμα decimi, vndecimus ἐπαναφορὰ. Non immerito igitur doctrina quatuor cardinum antecedit doctrinam octo toporum: quod octo topi ſint ſequela quatuor cardinum, bini nempe ſingulis attributi.

Ibid. *Qui parti.*] Vetus ſcriptura decepit ſemper librarios in hoc auctore *Qui* pro *Quoi*. Creberrimum hoc.

v. 2. *Octo tropos.*] Puer emendauerit *Octo topos*. Nam τόποι ſunt, quos tractat. At bonus Bonincontrius agnoſcit modos. Quis de fæce horum Genethliacorum, quorum maxima pars omniũ bonarum literarum & imperita & hoſtis eſt, non rideat, ſi duodecim domos quis vocaret duodecim modos? Dignus flagro eſſet, qui ita loqueretur. Sed δωδεκάζωνος etiam pro δωδεκάτοπος imperiti librarij ſcripſerant apud Demophilum, qui tamen tractat δωδεκατόπους. Quantum eſt imperitorum, & barbarorum, qui docere volunt, quod ipſi non intelligunt?

v. 3. *per quos Stellæ diuerſa volantes.*] Scribe *volentes*. Diuerſa volare qui Latine ſcit neque vſurpabit, neque probabit. Contra eleganter dictum ſtellæ diuerſa volentes, & decernentes.

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F.

CASTIGATIONES ET NOTÆ IN SECVNDVM ISAGOGICVM M. MANILI.

HIC liber tanquam reliquum de ratiuncula alterum membrum inſtitutionis abſoluit. Nam τῶν δωδεκατημορίων reliquias in principio abſoluit: poſt quam πραγματείας ad ephodum horoſcopi inueniendi ſe confert. Ordo enim poſtulat vt poſt rationem τῶν δωδεκατημορίων explicatam, eius inueſtigandi modum doceat.

v.17. *veſtros extendere fines.*] Gemblacenſis:

——— veſtros extendere fines

Conor & indignos in carmine ducere cantus.

Bonincontrius:

En conor ad indignos. Sed Gemblacenſis retinet vera veſtigia elegantis lectionis. Legendum enim proculdubio:

——— veſtros extendere fines

Conor & inriguos in carmina ducere cantus.

Metaphora a fontibus, & riuis, quos ſpecu & incili per arua deducunt. Inriguos ſemper illos veteres ſcripſiſſe ſciunt antiquorum Codicum periti. Inriguos cantus dixit, vt Cor. Seuerus *Carmine inriguo.* Quid verius poteſt dici? Scribimus hæc doctis & veris Criticis, quos ſtatim veritatis lumen afflabit.

v.18. *inriguos.*] Ita ſcribebant, vt ſciunt & mediocriter docti. Gloſſa-

Gloſſarium: *Endoribuum*, ἐνειθρον, καταειθρον. Lege: *Endoriguum* ἔνρειθρον, κατάῤῥειθρον.

v.20. *Fulminis & flammas partuſque.*] *Fulminis flammas partuſq.* ἓν διὰ δυοῖν. familiariſſimum ſchema Manilio, hoc eſt, partus ſepultos in matre Semele fulminis flammis: vel gigãtes partus Terræ in Terra matre ſepultos.. Sed melius de Semele intellexero.

v.21. *Priamumque ferentem.*] Priamum ex Achillis tentorio cadauer Hectoris referentem.

v.27. *Non annoſa canam.*] Poſt XIX annum belli Meſſeniaci exciſa fuit a Spartanis Meſſana. Propterea annoſum bellum vocat. Tyrtæus:

ἀμφω τῷ δ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
πολεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

De Meſſanenſibus Peloponneſi, non Siciliæ loqui, vt putat bonus Bonincontrius, operam luſero, ſi demonſtrare velim, quum de eo nemo dubitet.

v.28. *ereptaque fulmine flammis Mœnia Thebarum.*] Fulminato Capaneo vindicata eſt Thebanorum vrbs a flammis, quas ille minabatur Thebis. Inepta eſt ſcriptura Gemblacenſis, & textus Bonincontrij: ——— *ereptaque flumina flammis.* quæ quidem Bonincontrius interpretatur de Lerna palude ab Hercule flammis exſiccata.

v.29. *& victam, quæ vicerat, vrbem.*] καδμεία νίκη. Propertius de eadem re: ——— *& ſemper prælia clade pari.*
valde ridiculus eſt hic Bonincontrius.

Pag.60. v.1. *Immiſſumque fretum terris, iter æquoris vndis.*] τὴν γῆν πλώϊμον, καὶ τὴν θάλασσαν πεζόπορον. Nam in Atho perforato immiſit fretum: fretum autem Helleſponticum ponte iunxit.

v.3. *Quam ſi tacta loquar.*] *Tacta* vocat res protritas, hiſtorias ab omnibus decantatas, quales iam recenſuit. Horatius vocat publicam materiam. Origo, inquit, Romanæ gentis maiore otio, quam res vulgatæ, canenda, a me in aliud tempus differtur.

v.11. *ignotaque nomina rerum.*] ξενόφωνα multa in hac arte.

v.14. *quod noſſe nimis.*] ex Gemblacenſi totus locus ita diſtinguendus.

——— quæ noſſe nimis, quid? aucre, quantum eſt?
Carmine quid proprio? pedibus quid iungere certis?

Multum variant a vulgatis: & quidem longe elegantius.

v.18. *Troiamque cadentem.*] Gemblac. —*Troiaque cadentes.*

v.21. *Et ſi qua externa.*] Eſt παραίτησις τῆς τῶν ὀνομάτων ξενοφωνίας. Excuſat nouitatem verborum. Sic Lucretius de patrij ſermonis egeſtate conqueritur.

v.22. *non omnia flecti.*] Non omnia peregrina verba flexum Romani idiomatis admittunt.

v.25. *monſtrata miniſtret Et det.*] Melius Gemblacenſis: *monſtrata miniſtrat Et dat* ———

Pag.61. v.1. *Mutua in alterutrum.*] In alterutrum ἀμοιβαδίς. Nam de duobus tantum dicitur. At hic de quatuor elementis. Gemblacenſis, *in alternum*, id eſt, ἐναλλὰξ, vt in vanum, μάτην.

Ibid. *Mutua in alternum.*] συζυγίαι τῶν στοιχείων.

v.7. *Quæ ſummas operum partes.*] Opera Græci vocant πράξεις. Vnde ζώδια δίπρακτα, μονόπρακτα veteribus Aſtrologis. Ea Manilius vocat Athla. quod nomen apud alium artis magiſtrum non inuenies. Nam eius neque Ptolemæus, neque alij, Firmicus, Arabes, recentiores meminerunt. Sed ne doctis quidem ſuboluit de iſtis Athlis Manilianis. Nam πράξεων Græcis tantum, Latinis recentioribus Magiſteriorum nomine nota ſunt: quod ab Arabibus acceperunt. Athla Manilius vocat, quæ aliter ἐπιτηδεύματα. Latinis Studia, artes. Vulgo profeſſiones in idiotiſmo dicimus. Salluſtius pluribus circumſcripſit: *Quæ homines arant, nauigant, ædificant.* Horum Athlorum peculiare thema editurus eſt nunc Manilius: cuius Horoſcopus eſt Sors Fortunæ: de quo ſuo loco. Res hactenus etiam doctiſſimis ignota.

v.9. *Quæ quaſi per mediam Mundi præcordia partem.*] Præcordia Mundi Zodiacum vocat: vt in Sphæra Mundi: — *impenſius ipſa.*
Scire iuuat magni penitus præcordia Mundi.

v.11. *Euincant Stellas.*] Quia nempe eueniat καὶ τοὺς ἀστέρας ὑπὸ τῶν ζωδίων, & viciſſim τὰ ζώδια ὑπὸ τῶν ἀστέρων καθυπερτερεῖσθαι.

v.12. *His regnum natura dedit.*] Gemblacenſis, *His regimen.* Ita etiam Bonincontrius.

v.13. *ſanxitque per omnia.*] Ita hæc legenda ſunt.
——— ſanxitque per omnia; ſummam
Vndique vti fati ratio traheretur in vnam.

Nam

Nam Gemblacenſis etiam habebat *vndique vti fati.* In vnam ſummam, id eſt in δωδεκατόπον τοῦ κλήρου τῆς τύχης. Quod ſequentia declarant. omnium ἐπιτηδευμάτων rationem in vnam ſummam τὸ δωδεκατόπον conìecit.

v.15. *Nam quodcunque genus rerum.*] Non erat alius interpres quærendus. Ipſe his tribus verſiculis rem ſommam complexus eſt. Docet enim, quid ſit ἆθλον: & quid eius appellatione contineatur: vt melius doceri non potuerit.

v.17. *Humana in vita poterant contingere ſortem.*] Gemblacenſis *ſorte. Humana ſorte,* id eſt humanitus.

v.18. *Complexa eſt in tot partes.*] Gemblacenſis: *Complexa eſt tot & in partes, quot eſt aſtra vocarant.* Sed legendum:

Complexa eſt: tot & in partes, quot & aſtra notarat.

Nam vocandi verbum nullum locum hic habere poteſt.

v.19. *Res poſuit.*] Totus locus contaminatus eſt. Ita lege:

Nam quodcunque genus rerum, quodcunque laborum,
Quæque opera atque artes, quicunque per omnia caſus
Humana in vita poterant contingere ſorte,
Complexa eſt: tot & in partes, quot & aſtra notarat,
Res poſuit, certaſque vices.

Ibid. *ſua nomina cuique.*] Lege *momina.* quæ in Sphæra mundi vocat pondera. ——*ſignorum pondera vires.* Nam ridiculum eſſet nominare ea, quibus iam nomina ſunt. Ni cui tamen videtur retinendum *nomina*, poterit ſimilitudine loci, qui ſequitur. —— *nomenque genuſque.* Quanquam alia ratio eſt.

v.21. *pars ſemper vt idem.*] Scribe —— *pars ſemper vt eidem Confinis parti vicinis ſtaret in aruis,* auctore Gemblacenſi. Elegans metaphora ab agris vicinalibus. Hic ſenſus eſt: vt pars eidem parti confinis hæreret, vt aruus ager confini ſuo agro vicinus eſt.

v.23. *Horum operum partes.*] *Horum operum ſortes.* Gemblac.

Ibid. *Horum operum ſortes ad ſingula ſigna locauit.*] διαίρεσις ζῳδιαλογικῆς θεωρίας. In hominis genitura duo præcipua conſiderantur: τὰ σωματικὰ, καὶ τὰ ἐπίκτητα. Quum dico σωματικὰ, etiam τὰ ψυχικὰ complector. Et, vt melius mentem Manilij aperiam duo themata hominis præcipua inſtituit: alterum genituræ, alterum actionum. In genitura τὰ σύμφυτα, hoc eſt, τὰ ψυχικὰ, καὶ τὰ σωματικὰ continentur: in actionibus τὰ ἐπίκτητα. In Genitura primus locus datur Horoſcopo: in actionibus Sorti Fortunæ; qui eſt veluti

eſt veluti actionum quidam Horoſcopus. Hæc ita clara ſunt, vt aliis demonſtrationibus munienda non ſint: in qua tamen re admodum pueriliter lapſus eſt Phœnix, delitiæ Muſarum, atque alumnus Philoſophiæ Picus Mirandula. Is putat ea, quæ Manilius mox expoſiturus eſt de themate actionum, ad thema genituræ referenda eſſe: neque aliud præter thema γενέσεως proponi a Manilio. Atqui longe differunt iſta, vt dixi, tam mehercule, quam Horoſcopus & Sors Fortunæ. Nam Bonincontrio ſemper ignoſcimus ſi ei nihil horum ſuboluerit, quum ante nos nullus Mathematicus, ne glorioſuli quidem inter illos, quid eſſent Athla, ſciuerint quod dicimus inuiti: non quod tanti res ſit: ſed propter contemptores bonarum literarum, qui eas Grammaticam vocant.

v.24. *Non vt in æterna cœli.*] Non ſemper ſors Fortunæ omnium geniturarum eidem parti hæret. Non ſemper a ſimili parte deducitur. Quia enim a Sole interdiu, a Luna noctu deducitur: illa autem duo ſidera non ſemper in omni genitura eundem locum obtinent, ita neque Sors Fortunæ in omni genitura eundem locum obtinebit.

v.28. *Atque aliis alio.*] Atque aliis naſcentibus ab alio ſigno Sors Fortunæ deduceretur, aliis ab alio. Sed Gemblacenſis habet *alius*. Puto eſſe veſtigium emendationis noſtræ prioris, *alias*.

v.30. *Nec tamen incerto.*] Ita tamen ne confunderet omnia: tum ordinem ſeruauit, ita tamen ne confuſionem admitteret. Quod enim geniturarum Horoſcopi, tot Sortes Fortunæ. Noua Sorte Fortunæ & nouæ quoque actiones exoriuntur. Sortem enim Fortunæ tanquam ducem ſequuntur. Nam, vti diximus, in genitura τὰ ἐντὸς, in Athlis autem τὰ ἐκτὸς conſiderantur. Atque horum vtique Horoſcopus dominus eſt, illorum Sors Fortunæ. Aliter Hermes ἐν καρπῷ. Nam τὰ σωματικὰ τῷ ὡροσκόπῳ, τὰ ἐπίκτητα τῷ κλήρῳ τύχης, τὰ ψυχικὰ τῇ σελήνῃ, τὰς πράξεις τῷ μεσουρανήματι ſubiicit. Vt quum hæc ſint quatuor in naſcente conſideranda, tot etiam noua themata inſtituẽda ſint: primum τῶν σωματικῶν, alterum τῶν ἐπικτήτων, tertium, τῶν ψυχικῶν, quartum τῶν πράξεων. Atque vt Horoſcopus τῶν σωματικῶν dux eſt, ita τῶν ἐπικτήτων ὁ κλῆρος τύχης, τῶν ψυχικῶν ἡ σελήνη, τῶν πράξεων τὸ μεσουράνημα.

Pag.62.v.3. *In quibus omnis erit natura & condita ſumma.*] Repone ex Gemblacenſi:

In quibus

In quibus omnis erit Fortuna condita ſumma.

v. 4. *Vt quum iam ſtellæ.*] Locus deploratiſſimus. Gemblacen. *vt ſit quum ſtellæ.* Præit viam toti loco reſtituendo, qui peſſime acceptus erat:

Has autem facies rerum per ſigna locatas,
In quibus omnis erit Fortuna condita ſumma,
(Vt ſit) quum ſtellæ ſeptem læduntve, iuuantve,
Cardinibusve mouet diuina potentia Mundi:
Sic felix aut triſte venit per ſingula fatum:
Talis & illius ſors eſt ſperanda negotij.

Quum has facies rerum per ſigna locatas, id eſt, τὴν δωδεκάτοπον Sortis Fortunæ ſeptem ſtellæ, vt ſit, lædunt aut iuuant, aut varia potentia cardinum mundi mouet, pro vt, inquam, læduntur aut iuuantur a ſtellarum ſuffragiis, aut factionibus, perinde erit felix aut triſte fatum: perinde quoque erit aliter atque aliter tale negotium. Obſcuriſſimus erat locus, & quem olim non capiebamus bonorum codicum ope deſtituti. Bene illi conſultum eſt nunc.

Ibid. *quum ſtellæ ſeptem lædunt ve iuuant ve.*] Non omnibus obuium, quid velit Manilius. Conſtituto Themate Sortis Fortunæ, perinde ſeptem ſtellarum Sortes ducebantur, vt Sors Fortunæ in genitura. Sors Saturni dicebatur νέμεσις, Iouis νίκη, Martis τόλμα, Solis ἀγαθοδαίμων, Veneris ἔρως, Mercurij ἀνάγκη, Lunæ ἀγαθὴ τύχη. De quibus omnibus egerat in libro ſuo illi rei dicato Triſmegiſtus, cui libro nomen fecerat πανάρετος. Prout igitur bonum locum maleficæ ſtellæ ſors, aut malum beneuolæ contigerit, ita erit fatum felix, aut triſte; ita erit ſors illius negotij ſperanda. Quomodo autem Sortes ſeptem errantium ducendæ ſint, docerem niſi ſuperuacuum exiſtimarem.

αἱ ἑπτὰ κλῆροι ἐν τῇ παναρέτῳ Τρισμεγίστου.

♄	νέμεσις
♃	νίκη
♂	τόλμα
☉	ἀγαθοδαίμων
♀	ἔρως
☿	ἀνάγκη
☽	ἀγαθὴ τύχη.

v. 5. *diuina potentia Mundi.*] videtur Manilius ſcripſiſſe *diuiſa potentia.*

v. 6. *Sic felix aut triſte.*] vel, *Si felix.* Vtrunque bene. Malim, *Si felix.*

v. 10. *vt pateat poſitura operum.*] Poſitura, θέμα ad verbum.

v. 11. *Fortuna Sors prima data eſt.*] In Gemblacenſi hic appoſitus erat in margine titulus: FORTVNÆ LOCVS. Eſt autem ὁ κλῆρος τύχης vicem Horoſcopi in poſitura operum.

v. 13. *Fundamenta domus.*] τὰ θεμέλια καὶ ἔγγαια, opes. Ptolem. Paulus Alexand.

Ibid. *domuique hærentia cuncta.*] ἐνδομένια. Paulus Alexandrinus. Male, meo iudicio, codex Gemblacenſis:

——— *domineque hærentia canta*; Monui, quod qui pruritu correctionum tentantur, poſſent hanc lectionem admittere, & inuita Minerua interpretari.

v. 14. *qui ſit conſenſus in aruis.*] Legebamus olim *contentus*, non male. Bene enim nobis ſuſpectus fuit locus de vitio. Sed melius Gemblacenſis: *qui ſit conceſſus.* Eandem lectionem habet alter manuſcriptus.

Ibid. *qui ſit conceſſus in aruis.*] Ad verbum τὰ ἔγγαια. Paul. Alex.

v. 18. *Quaque peregrinas.*] Gemblacenſis: *Quæque peregrinas.* Neutrum bene. optime olim emendauimus:

Quodque peregrinas inter verſantibus vrbes
Accidere aſſueuit. — Hæc ſecunda ſedes eſt militiæ, & peregrinationis. Sententia etiam puero perſpicua.

v. 19. *titulo comprehenditur vno.*] Duæ res vno titulo, militia, & omnis peregrinatio. Vide quam ſtolide facerem, ſi alterum membrum de militia acciperem. Quam ineptum genus loquendi, Militia accipere aſſueuit verſantibus inter vrbes. Omnem ſtultitiam vinceret, militiam verſari inter vrbes. Tantum abeſt, vt potius militiam vrbanam ſequenti loco ponat. Vides abſurditatem. Quicquid igitur obuenit nobis tam militiæ, quam inter peregrinas vrbes verſantibus, hoc omne comprehenditur vno hoc loco: quæ eſt ſecunda ſedes thematis Sortis Fortunæ.

v. 20 *Tertia ad vrbanos.*] Titulus in Gemblacenſi: MILITIA TOGATA.

v. 22. *fideique tenet parentia vincla.*] Fidei vincla. τὰ νόμιμα τῆς προστασίας in legibus Atticis, quæ fidei nomine comprehenduntur. Terentius:

Thais patri ſe commendauit: in clientelam & fidem
Nobis dedit ſe. ——— vincla iure Romano dixit, de neceſſitudine inter clientes & patronos. Poſteriores Græci voce Romana hoc ius πατρωνείαν vocant, in quibus Paulus Alexand.

v. 25.

v.25. *quum mundus conſonet.*] Scribe *conſonat.* quandocunque fauent aſtra. familiare Manilio. Infra:

——— vtcunque regunt dominantia ſidera —

Item: *——— mouent vt mundum ſidera cunque.*

v.28. *Roſtriſque loquentem Impoſitum.*] Si mendo locus vacat, *loquentem* noue dixerit, pro oratore, τὸ δημηγόρον. ῥήτωρ ad verbum eſt Loquens, Locutor. Et in Teutoniſmo Germanico ita vocatur. Sed videtur exulceratus locus. Gemblacenſis ſuſpicionem auget. Ita enim habet: —*roſtroque loquentis Impoſita.* Nunquam probaui *loquentem Impoſitum roſtris.* Sed proba eſt ſententia ex veſtigiis Gemblacenſis:

Pendentemque reum lingua, roſtriſque loquentem
In poſita, & populo nudantem condita iura.

Patronum orantem, & eius lingua pendentem reum, atque adeo Tribunum plebis aut alium quempiam ὀχλοκόπον e Roſtris perorantem in iura poſita, & vetus ius ac iam conditum ac receptum populo explicantem, puta Ciceronem agrarias leges propoſitas antiquantem, & veteres explicantem. Opponit poſita iura conditis, id eſt, promulgatam legem receptæ. In ſecunda Inſtitutione:

His etiam legum tabulas, & condita iura Nouerit. —

v.29. *In poſita.*] *Poſita iura*, leges trinundino promulgatas. Infra plane idem extulit:

Quicquid propoſitas inter facundia leges Efficit.———

Ibid. *condita iura.*] Leges antiquas. Locus erat intricatiſſimus.

v.30. *Atque expenſa.*] *Expenſa* examinata. Auſonius:

Quas modo ſolicitis nequeas expendere nugis.

v.31. *Quum iudex vero.*] Scribe ex Gembl. *Quum iudex veri.* Quum, inquit, iudex veri ad verum tuendum nullum aliud externum auxilium aduocat, præter ipſum verum. Nam veritas ipſa ſatis eſt per ſe ad ſe ipſam defendendam.

Pag.63. v.1. *Atque vtcunque gerunt.*] Manifeſto legendum, *Atque vtcunque regunt —*

Ibid. *dominantia ſidera, manant.*] Gemblacenſis optime: *dominantia ſidera, parent.* Non opus habet doctore. Ineptiſſime hæc reformauit Bonincontrius:

Atque vtcunque manent dominantia ſidera, ducunt.

v.3. *Et ſocios tenet & comites atque hoſpitium vna.*] Non probo

 lectionem

lectionem Gemblacenſis: *Et ſocios tenet & comitantes hoſpith vna.* Vulgatæ accedimus.

v.5. *In ſexta diues.*] Bonincontrius ſtolide interpolauit, *In ſexta ſeruum.*

v.13. *nonus locus occupat omnem Fatorum ſeriem.*] Scribe, *Natorum ſeriem.* Ait enim eo τὴν παιδοτροφίαν omnem, καὶ ἀνατροφὴν contineri.

v.15. *Omniaque intrantum.*] Qui naſcuntur, non intrant, ſed prodeunt in lucem. Vnde φύσις ab Aſtrologis dicitur ἐκτροπὴ, id eſt, exitus. vt etiam vertunt Arabes. Ineptum ergo *intrantum,* quod proculdubio falſum. Manilius enim ſcripſit *Infantum.*

Ibid. *Omniaque infantum mixta nutritia turba.*] Omnia nutritia mixta infantum turba. Continet enim παιδοτροφίαν, καὶ τὰ θρεπτήρια. Nam τὰ τροφεῖα, ἤτοι θρεπτήρια dicuntur nutritia. Alibi:

Et precium cælo ſua per nutritia ferre.

Sed proculdubio hic per nutritia intelligitur ἀνατροφὴ, παιδοτροφία, non τὰ θρεπτήρια. Igitur, inquit, continetur educatio liberorum ſimul cum infantibus ipſis.

v.17. *In quo ſeruorum mores & qualibet omnis.*] Atqui de ſeruis in officio continendis poſtea dicit. Bis ergo idem dixiſſet. Ne igitur ταυτολογεῖν auctorem noſtrum putemus, conſulamus Gemblacenſem. In eo ita ſcriptum fuit:

In quo ſortium rumores æqualibus omnis.

Textus Bonincontrij:

In quo ſortitur mores & qualibet omnis.

In vtroque aliter atque aliter extant veſtigia veri. Scripſit Manil.

In quo ſortimur mores, & qualibus omnis.

Formetur domus exemplis. ——

v.23. *Nunc oppreſſa mouent.*] Vitioſam interpunctionem reſtituo:

Quaque valetudo veniat nunc libera morbis,
Nunc oppreſſa, mouent vt mundum ſidera cunque.

Ibid. *mouent vt mundum ſidera cunque.*] Paulo ante:

Sidera vt inclinant vires, & templa gubernant.

Ter aut quater in hoc tractatu habes ſimilem clauſulam.

v.24. *Non alias ſedes.*] veſtigia priſcæ ſcripturæ,
Non aliaſt ſedes. — vt ſupra: *quæ condita parteſt.* Ergo:
Non alia eſt ſedes, tempuſve genuſve medendi Quæ ſibi depoſcat.

Ibid.

Ibid. *Non alia eſt ſedes.*] ὁ ἐπιλογισμὸς τῶν πρακτέων in ea eſt. Vulgo Electionem vocant. cuius πραγματείας prope ad inſaniam ſtudioſi ſunt Arabes.

v.31. *nutus blanditur in omnes.*] Melius Gemblacenſis:

—— nutus blanditus in omnes.

Pag.64. v.1. *Seu Cererem plenam, vicentemque horrea meſſem.*] Mendoſum tinniunt. Gemblacenſis, & alter manuſcriptus:

Seu Cererem plena vincentem credita meſſe. Ita repone.

v.6. *quum pandere rerum.*] *Quum pandere earum*: ſcilicet Stellarum. Sed vtinam compareret ea.

v.7. *Incipiam effectus.*] *Pandere incipiam* ἀρχαΐζει, id eſt pandam. Catullus:

——— quem tu diligere inciperes. id eſt, diligeres. Infra:

Et ne forte vagus Fortunæ quærere ſedem Incipias. ——

id eſt, quæras.

v.9. *Et quoniam toto digeſtos.*] Ita interpunges:

Et quoniam toto digeſtos orbe labores
Nominaque in numerum, vireſque exegimus omnes
(Athla vocant Græci) quæ cuncta negotia rerum
In genera & partes bis ſex diuiſa cohærent:
Nunc quibus aſcendant ſignis quandoque canendum eſt.

Ibid. *toto digeſtos orbe.*] *Orbe*, Circulo Zodiaci: cuius diuiſione fiunt XII. domicilia. Hactenus ἆθλα τῆς δωδεκατόπου. Primus igitur locus eſt κλῆρος τύχης, & continet in ſe κτητικὴν, καὶ γεωργικὴν, καὶ οἰκοδομικήν. Dupliciter ἡ τύχη conſideratur. Aut enim circa animum, & vocatur cum adiectione τύχη ἀξιωματική. aut circa corpus, & dicitur κτητική. de qua nunc agimus. Nam alteram, hoc eſt, τὴν ἀξιωματικὴν, ponit octauo loco. Secundus locus τὴν ἀποδημητικὴν, καὶ τὰς στρατείας, καὶ τὰς ξενιτείας. Tertius τὴν πολιτικὴν, καὶ τὰς πραγματείας. Quartus τὴν δικανικὴν, καὶ τὴν νομοθετικὴν, καὶ τὴν δημοσιακήν. Quintus, συμβίωσιν γαμικὴν, καὶ συμπλοκὰς, καὶ συναρμογὰς φίλας, καὶ τὰς συζυγίας, καὶ τὰς προξενίας. Sextus τὴν πειστικὴν, καὶ τὴν χρηματιστικήν. Septimus τὰ τοῦ βίου ἐπισφαλῆ καὶ ἐπικίνδυνα. Octauus, τὴν ἀξιωματικὴν, καὶ τὴν εὐημερίαν. Nonus τὴν ἀνατροφὴν, καὶ τὴν τεκνοτροφίαν, καὶ τὴν παιδαγωγικήν. Decimus τὴν βιωτικὴν, καὶ τὴν οἰκοδεσποτικήν. Vndecimus τὴν διαιτικὴν, καὶ τὰ ὑγιεινὰ παραγγέλματα. Duodecimus τὰς ἀρχάς.

v.10. *Nominaque in numerum.*] Malim *Momina*. Sæpe hæc duo coniungit

coniungit, momina & vires. Sed quidam dicent excuſari poſſe. Maneat ergo ſecurum in ſede ſua.

v.11. *Athla vocant Grai.*] Quot Herculis Athla, tot vitæ humanæ attribuunt. Sunt autem omnia, quæcunque homines facere, aut pati poſſunt. Apud vnicum Manilium rei huius memoria ſeruata. ne miremur hactenus ignoratam fuiſſe.

v.13. *Nunc quibus aſcendant ſignis quandoque canendum eſt.*] *Quibus quandoque, Quod quandoque* Manilianum. Infra:

Quod quandoque vadis emiſſum redditur orbi. De quo genere loquendi ſuprà monuimus.

v.14. *Perpetuas neque enim ſedes.*] Satis ſupra idem inculcarat:

Non vt in æterna cæli ſtatione manerent.

v.15. *ſed tempora mutant.*] Scribe, *ſed tempore mutant.* Iam dixit in illis: —*ſed tempore ſedes Naſcentum acciperent varias.*—

v.17. *Incolumis tamen vt maneat.*] Sufficiebat, quod dixerat ſupra:

Nec tamen incerto confunderet omnia motu.

Quanuis, inquit, ambulatoria ſunt καὶ μεταβατικὰ, tamen ſaluo ordine variant. Sequuntur enim ducem κλῆρον τύχης, qui, vt toties diximus, alter Horoſcopus eſt.

v.18.. *ne falſa varia.*] Scribo, *ne falſa variet.*

v.19. *Si ſua quenque voles reuocare ad fata laborem.*] Vt extremo priore libro, inuento Horoſcopo, τὸ δωδεκάτοπον inſtituere docuit: ſic in hoc, inuento loco Fortunæ, quomodo XII Athla collocanda ſint, & quid quæque ſedes, ſiue domicilium cuiuſque Athli ſignificet, indicabit. Vnde conſtare poteſt quam falſi ſint duo illuſtres viri, Picus Mirandula, & Iohannes de Rojas Hiſpanus, quibus hæc Athla Maniliana nihil aliud eſſe videntur, quam Thema genituræ, ſiue ἡ δωδεκάτοπος τῆς γενέσεως, quæ longe inter ſe differunt: quum prima ſedes τῆς δωδεκατόπου γενεθλιακῆς ſit Horoſcopus. prima ſedes autem τῆς δωδεκατόπου τῶν ἄθλων. ſit κλῆρος τύχης: qui eſt alter Horoſcopus Athlorum. Quia igitur omnes docti, vt video, ignoratione Athlorum, rei antiquiſſimæ, hunc locum Manilij non aſſequuntur, nos quemadmodum primi doctrinam Athlorum ab obliuione vindicauimus, ita eius δωδεκάτοπον infra ſubiecimus cum Dodecatopo genituræ, vt lectores manifeſtum vtriuſque rei diſcrimen animaduertere poſſint. Inſcitiam Bonincontrij, qui hic putat de themate genituræ agi,

excuſat

excuſat error illorum duorum ſummorum virorum, de quibus iam mentio a nobis facta.

v. 21. *Quæ primo pars eſt numeroſis dicta ſub Athlis.* Paruo diſcrimine legendum:

Quæ primo pars eſt numero ſic dicta ſub Athlis.

Quæ, inquit, pars ita cognominata, nempe PARS FORTVNÆ, vel, quod idem eſt, SORS FORTVNÆ eſt primo numero ſub Athlorum Dodecatopo.

Ibid. *Quæ primo pars eſt numero ſic dicta ſub Athlis.*] Primo igitur inueſtigandus κλῆρος τύχης: quo inuento, cætera diſponenda, vt in themate genituræ fit. Ex his videmus, tempore Manilij maiorem rationem fuiſſe τὸ δωδεκατόπου τῶν ἄθλων, quam τὸ δωδεκατόπου τῆς γενέσεως: & quidem thema genituræ ad Sortem Fortunæ indagandam, thema autem Sortis Fortunæ ad apoteleſmata inſtitui ſolitum. Quod accurate notandum.

v. 23. *Cætera prædicto.*] Aperte, iubet τὴν τῶν ἄθλων δωδεκατόπου a Sorte Fortunæ numerare, ac nouum Thema inſtituere. Neque profecto aliter ſenſit Ptolemæus in iſtis: τὰ μὲν τῆς κτήσεως, ὁποῖά τινα ἔσται, λαμβάνειν ἀπὸ τοῦ καλουμένου κλήρου τύχης. Nam ſane prima ſedes, quæ eſt κλῆρος τύχης, apud Manilium continet fundamenta domus, domuique hærentia cuncta. His enim τὰ τῆς κτήσεως, quæ proponit Ptolemæus, intelliguntur. Ideo vocatur σεληνιακὸς ὡροσκόπος. Quare ſine dubio Ptolemæus κλῆρον τύχης accipit pro horoſcopo noui thematis.

Ibid. *Cætera prædicto ſubeuntibus ordine ſignis.*] Aperte æqualem modum inſtituendi thematis intelligit, a ſimili parte, ad ſimilem. Nam nullam alium nouit Manilius, neque pleraque omnis vetuſtas.

v. 25. *Et ne forte vagus naturæ.*] Res ipſa cogit legere *Fortunæ quærere ſedem.* Sic ſupra: *In quibus omnis erit Naturæ condita ſumma*, perperam legi naturæ pro fortunæ tam ratio, quam vetus codex docet. *Quærere incipias*, ἀρχαϊκῶς, quæras.

v. 26. *duplicem certa ratione capeſſe.*] Duplex κλῆρος τύχης, ἡμερινὸς καὶ νυκτερινός. quod & ex verbis Petoſiridis & Necepſo, quæ infra producemus, patebit.

v. 27. *percepto tempore formā Conſtiterit.*] Naſcentis forma, horoſcopus.

v. 28. *cæli ſtellis ad ſigna locatis.*] Inſtituto themate. Thema eſt

poſitus



poſitus ſtellarum, & conſtellatio genituræ. Gloſſæ, θέμα ἀστρῷου, conſtellatio. Suetonius. *Tantam mox fiduciam fati habuit, vt thema ſuum vulgauerit.* Inde figura geneſeos dicitur etiam Thema.

v.29. *Tranſuerſo Phœbus.*] Si Sol erit in ſupremo hemiſphærio, ab oriente per meridiem, ad occidentem, erit diurna geni-

tura:




tura: ſin ab occidente, per imum cælum, ad orientem, erit in infimo hemiſphærio, & proinde erit nocturna genitura.

Pag. 65. ver. 3. *Tunc ſi forte dies.*] In diurna genitura hoc modo progredere. A Sole, ad Lunam per ſigna conſequentia numera. Eas partes abiice ab Horoſcopo: id eſt, numera per ſigna conſequentia, initio facto ab Horoſcopo. Hoc enim

Manilius vocat deducere, & Græci ἐκβάλλειν. In quo te deſtituet numerus, ibi erit Sors Fortunæ. Aſcendat 17. 4′ Tauri. Locus Lunæ ſit in 13. 6′ Cancri: Solis in 4. 9′ Capricorni. Diſtantia Solis a Luna per ſigna cōſequentia, grad. 188. 57′. quam ſi ab horoſcopo numerauero, numerus deſtituet me in 26, 1′ Scorpij. Itaque grad. 26, 1′, Scorpij eſt locus Sortis Fortunæ. Hermes in Carpo: ὅτε βουλόμεθα ποιῆσαι τὸ ἀφέτην τοῦ κλήρου τῆς τύχης ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῆς ἐναγαγῆς, λαμβάνομεν ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἐπὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου. Petoſiris & Necepſo diſertius: ὅπως κλῆρον τύχης λαμβάνῃς, ἡμέρας μὲν ἀπὸ ἡλίου ἐπὶ σελήνην ἀρίθμει, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡροσκόπου ἐπὶ τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων ἀπόλυε. Recentiores Magiſtri faciliorem viam inſiſtunt. Locum Solis a Loco Lunæ detrahunt. Reliquum eſt diſtantia Solis a Luna: quæ diſtantia ad Horoſcopum adiecta deſinit in loco Sortis Fortunæ. In noſtro exemplo: Locus Lunæ, grad. 103. 6′. Solis, 274. 9′. Abiicio locum Solis a loco Lunæ, accommodato aſſe circuli. Relinquuntur grad. 188. 57′, diſtantia Solis a Luna, vt antea.

v. 4. *a Sole ad Lunam.*] κατὰ τὰ ἑπόμενα ſcilicet: per conſequentiam Signorum. Hoc enim addiderunt Theoremati Petoſiris & Necepſo.

v. 5. *ortiuo totidem de cardine duces.*] Abiicies ab Horoſcopo ſecundum ſigna conſequētia, infra Orizontem imum cælum verſus. In noſtro exemplo diſtantia Solis a Luna gradus 188. 57′. Is arcus ab Horoſcopo per ſignorum conſequentiam putatus deſinit in gradu 26. 1′ Scorpij. Ibi eſt Sors Fortunæ. Itaque Sors Fortunæ eſt veluti Lunaris Horoſcopus, vt ſcribit Ptolemæus. ἵνα ὃν ἔχει λόγον καὶ σχηματισμὸν ὁ ἥλιος πρὸς τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, τοῦτον ἔχῃ καὶ ἡ σελήνη πρὸς τὸν κλῆρον τῆς τύχης, καὶ ᾖ ὥσπερ σεληνιακὸς ὡροσκόπος. Eam configurationem Solis cum Horoſcopo pro portione reſpondentem ei, quam habet Luna cum Sorte Fortunæ exprimet longe melius ſubiecta figura. Eſto circulus, in quo ab A, ad B, item a C, ad D, æquales



lineæ

lineæ ducantur. Quia peripheriæ A D B, D A C æqualibus rectis A B, D C ſubtenſæ ſunt æquales, remoto communi D A, reliquæ D B, A C erunt æquales, & proinde A D B C, B C A D. erunt æquales. Sit ergo C locus Lunæ, A Solis, D Sortis Fortunæ, B Horoſcopi. Diſtantia Solis a Lunæ, hoc eſt, peripheria ADBC, numerata a puncto B verſus C, deſinet in D; & quantum erit Interuallum Lunæ a Sole, tantum erit Sortis Fortunæ ab Horoſcopo. Hoc eſt, quantum erit interuallum C A, tantum erit D B. Et propterea qui σχηματισμὸς eſt τῷ ἡλίῳ, hoc eſt, τὸ A πρὸς τὸ ἀνατολικὸν ὁρίζοντα, hoc eſt, πρὸς τὸ B, τοῦτον ἔχει καὶ ἡ σελήνη, hoc eſt, τὸ C, πρὸς τὸν κλῆρον τῆς τύχης, hoc eſt, πρὸς τὸ D. Hæc eſt mens Ptolemæi.

v.7. *In quodcunque igitur.*] Ptolemæus: ὅπου δ᾽ ἂν ἐκπέσῃ ὁ ἀριθμὸς, ἐκείνην τὴν μοῖραν τοῦ δωδεκατημορίου καὶ τὸν τόπον φαμὲν ἐπέχειν τὸν κλῆρον τῆς τύχης.

v.8. *iunges tum cætera ſignis.*] Cætera Signa ſequuntur ordine Sortem Fortunæ, tanquam Horoſcopum. Tauro primam ſedem obtinente, ſecundam habebunt Gemini. In exemplo noſtro Sors Fortunæ cecidit in 26. 1′ Scorpij. Igitur in poſitura Athlorum prima domus incipiet a 26. 1 Scorpij. Secunda 26. 1 Sagittarij. Tertia 26. 1 Capricorni. & ita deinceps ſecundum æqualem diſtributionem, quam faciebant veteres illi, vt ſupra copioſe demonſtrauimus.

v.10. *At quum obducta nigris.*] Mirum hunc verſiculum longe aliter concipi in Textu Bonincontrij:

At quum ſubfectis orbem nox tinxerit aliis.

v.10. *At quum obducta nigris.*] Aliud exemplum. Duos enim κλήρους τύχης dixit, ἡμερινὸν καὶ νυκτερινόν. Quomodo in diurna genitura conſequeris Sortem Fortunæ, docuit. Nunc docet in nocturna genitura quomodo habeas.

v.11. *qui tum materna exceſſerit aluo.*] Ἐξωλῶ exceſſum ab aluo vocant magiſtri artis.

v.12. *Verte vias ſicut.*] Petoſiris & Necepſo: ὅταν κλῆρον τύχης λαμβάνῃς, ἡμέρας μὲν ἀπὸ ἡλίου ἐπὶ σελήνην ἀρίθμει, καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὡροσκόπου ἐπὶ τὰ ἑπόμενα τῶν ζωδίων ἀπόλυε· νυκτὸς δὲ ἀνάπαλιν. Quod igitur illi Ægyptij dicunt ἀνάπαλιν, hoc Manilius dicit *Verte vias* quod quidem ita Græci Magiſtri exponunt. τὸ ἀνάπαλιν δέ τί ἐστιν; ἵνα ἀπὸ σελήνης ἐπὶ ἥλιον ποιήσῃς, καὶ μηκέτι εἰς τὰ ἑπόμενα, ἀλλὰ εἰς τὰ ἡγούμενα ἀπολύσῃς, Nimirũ contrario ordine ὧδ᾽ ἀντίον docet. In diurna genitura ſumeba-

ſumebatur diſtantia Solis a Luna, hoc eſt, peripheria ADBC. In nocturna contra ſumitur diſtantia Lunæ a Sole, nimirũ peripheria CA. In diurna genitura reiiciebatur ab Horoſcopo in conſequentia. Nimirum peripheria ADBC putabatur a B, donec per CA deſineret in D. At in nocturna genitura diſtantia Lunæ CA reiicitur in antecedentia, hoc eſt, a B, ad D. Recte igitur *ἀνάπαλιν*, & *Verte vias*. Eſto igitur 561 in 21,49 Leonis. Luna in 26,31′ Virginis. Horoſcopus in 1, 0′ Leonis. Diſtantia Lunæ a Sole 325, 18. quæ detracta de Horoſcopo, hoc eſt, in antecedentia ſignorum putata relinquit gradus 155.42′. hoc eſt, 5. 42. Virginis. Ex hoc circulo, quem propoſuimus, fortaſſe manauerit character vulgaris Sortis Fortunæ, quem ita deſignant ⊕, niſi ſit Thema ipſum Athlorum in quatuor cardines ſectum: vel, quod omnino verum puto, quia ſortes omnes ligneæ, vel eburneæ ita ſcalperentur.

v.16. *Tot numerare iubet fulgens Horoſcopus a ſe.*] In antecedentia, non in conſequentia, a B, ad D. Nam Manilius domus quidem ipſas primam, ſecundam, tertiam ſecundum ſigna conſequentia vocat, vt vulgus ſolet. Sed tamen ordinem domorum eum eſſe cenſet, non qui a numero ſecundum ſignorum conſequentiam, ſed qui a motu cæli cenſetur, ſecundum antecedentia. quod in ſignificationibus *τῆς δωδεκατρόπου* genituræ in fine ſuperioris libri. item in Dodecatopo Athlorum, non ſemel profitetur. In diurna igitur genitura Manilius iubet diſtantiam Solis a Luna, nempe arcum ADBC, a puncto B putare ad D: In nocturna autem diſtantiam Lunæ a Sole, arcum CA, a puncto B, ad D, putare. Atqui idem eſt. Quid enim intereſt diſtantiam Solis a Luna per ſigna conſequentia ſumptam ab horoſcopo in conſequentia numerare, aut diſtantiam Lunæ a Sole per antecedentia, ab horoſcopo in antecedentia quoque putare, ſi eadem res, methodus diuerſa? Itaque fruſtra ſunt Petoſiris & Necepſo, qui rem diuerſam putarunt; & Manilium noſtrum fugit ratio, qui diuerſas Sortes Fortunæ cenſet, nocturnam & diurnam. Sat enim eſt tam in nocturna, quam diurna genitura loco Solis detracto a loco Lunæ, reliquum ab horoſcopo in conſequentia numerare. Itaque optime omnium Ptolemæus: *κλῆρον μὲν τοι τύχης συνάγομεν ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ πάντοτε τῶν μοιρῶν καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς τοῦ ἀπὸ ἡλίου ἐπὶ σελήνην. καὶ τὰ ἴσα ἀφαιροῦμεν ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου κατὰ τὰ ἑπόμενα τῶν ζῳδίων.* Ergo *καὶ τὸν ἡμέρας καὶ τὸν νυκτὸς* eandem ſortem Fortunæ eſſe

dicit,

dicit, atque vna tantum methodo indagandum. Non enim duo ſunt κλῆροι τύχης, vt ridicule vult noſter, ſed duæ methodi vnius κλήρου τύχης, quæ eodem recidat.

v. 17. *Hunc Fortuna locum teneat.*] *Fortuna* Sors Fortunæ. prima ſedes, inquit, detur Sorti Fortunæ. Cætera ſedes cæteris Athlis ſecundum ordinem ſignorum. Vides manifeſto æqualem modum intelligi. Idem ſupra:

Cætera prædicto ſubeuntibus ordine ſignis
Coniunges, teneant proprias vt ſingula ſedes.

v. 19. *Forſitan & quæras.*] Neque Athla ſine ſorte Fortunæ, neque Sors Fortunæ ſine Horoſcopo indagari poteſt. Nam Athlorum Sors Fortunæ, & Sortis Fortunæ Horoſcopus dux eſt. Neceſſario igitur prius Horoſcopus habendus, deinde Sors Fortunæ, quæ ſine eo fruſtra indagatur.

v. 20. *Qua ratione queas natalis.*] Ineptiſſime, vt & cæco paret. Feliciſſime olim nobis ſuccurrit legere:

Qua ratione queas a tali tempore nati
Exprimere immerſo ſurgentem Horoſcopon orbe.

quo nihil verius excogitari potuit. *A tali tempore*, ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος χρόνου. Sic infra ad eundem modum, ad eandem ſententiam:

——— *varioſque referre Sub tali regione dies.*— ἐν τῷ ῥηθέντι κλίματι. Talis, ὁ δεῖνα. Auſonius:

Et quicquid vocum bellua talis habet.

τὸ δεῖνα θηρίον. Et poteſt quoque legi *a talis.* τοῦ δεῖνα.

Ibid. *Qua ratione queas a talis tempore nati.*] Ephodus ad Horoſcopum indagandum.

v. 21. *Exprimere immenſo.*] Lege *immerſo.*

v. 22. *Quod niſi ſubſtellis viſus ratione tenetur.*] Ita habent manuſcripti duo Gemblacenſis, & alter, item textus Bonincontrij. Solennis error veterum librariorum *ſubſtelis* pro *ſubtilis.* Sciunt hoc qui veteres libros triuerunt. Itaque olim non abſurde legebamus:

Quod niſi ſubtilis viſus ratione tuetur.

Quod ſane reiici non poterat, niſi Gemblacenſis partim iuuaret, partim reclamaret. Ibi enim conceptum eſt:

Quod niſi ſubſtellis viſum ratione tenetur.

Itaque minimum laborem reliquit ad verum eruendum. Legendum enim:

Quod niſi ſubtili viſum ratione tenetur,
Fundamenta ruunt artis, nec conſonat ordo.

Ita vetus coniectura noſtra adiuta ope codicis Gemblacenſis veram ſententiam huius loci reſtituit. Quam ineptum ſit ſub ſtellis horoſcopum indagare, ſciunt qui ſine riſu hæc audire non poſſent. Quod, inquit, viſum & conſideratum ſubtili ratione niſi tenetur, fundamenta ruunt artis.

v.23. *Fundamenta ruunt artis.*] Quid enim horoſcopus aliud, quam fundamentum? Imo, vt diximus, βάσις ϗ πρωτεςάπον a Paulo Alexandrino vocatur. Corruente igitur artis fundamento, artem quoque ipſam corruere neceſſe. Græci: πρώτη ἀρχὴ πάντων ϗ ῥίζα ὁ ὡροσκόπος παρὰ τοῖς ἀποτελεσματικοῖς ὀνομάζεται. τούτου τοίνυν ἡμαρτημένου, ἀνάγκη πάντα τὰ ἄλλα αὐτῷ συναμαρτάνεσθαι, κατορθωμένου δὲ, συγκατορθοῦσθαι. Quæ quid aliud quam Manilium interpretantur?

v.24. *Cardinibus quoniam falſis.*] Falſos cardines, hoc eſt, fallaces vocat, nimirum propter mobilitatem ϗ τὸ μεταβατικόν. Nam τὸ *Falſum* hoc ſignificat apud hunc noſtrum, vt:

—*falſi fallacia Mundi:* quemadmodum paulo ante mundum *mentiri faciem* dixit. Neque tantum διὰ τὸ μεταβατικὸν falſos vocat: ſed etiam quia fere ſemper inæquales, vt ſupra notauimus. Nam circulus magnus per punctum Eclipticæ tranſiens & Meridianum ad angulos rectos in polo Mundi ſecans inæquales tetrantes Zodiaci facit nunc maiores xc graduum, nunc minores.

Ibid. *qui cuncta gubernant.*] Inuento Horoſcopo tandiu Sphæram ſolidam voluebant, quoad punctum Eclipticæ datum ortiuo Orizonti admouerent. Vnde fiebat, vt circulus magnus, qui ad polos Mundi Meridianum ad rectos angulos ſecat ad contactum ortiui Orizontis tetrantes, vt dixi, quatuor faceret cum Meridiano. Illi quadrantes Manilio dicuntur gubernare cuncta, quia ex eorum interuallis ἡ ὀκτάτοπος exornatur.

v.25. *Mentitur faciem.*] *Mentitur*, variat.

v.29. *vt totum luſtret curuatis arcubus orbem Exprimere.*] Curuatos arcus τὰς ἀψῖδας τῶν ἡλιακῶν κύκλων παραλλήλων intelligit. *Exprimere* etiam in eandem ſententiam dixit alibi:

Qua ratione queas a talis tempore nati
Exprimere immerſo ſurgentem Horoſcopon orbe.

v.30. *Exprimere & vultus.*] Textus Bonincontrij:

Exprimet

Exprimet & vultus — Sunt veſtigia priſcæ ſcripturæ in archetypo, ex quo propagata ſunt iſta, quæ exſtant hodie inferioris notæ & mendoſiſſima exemplaria. Nam in archetypo ſcriptum erat *Exprimeret cultus.* vt ſupra *parteſt*, & alibi *Et Capitex vno.*

v. 33. *Auferat occaſus.*] *Aut ferat occaſus.* —

Pag 66. v. 1. *Nec me vulgata*] Circulus ille magnus cum Meridiano Zodiacum in quatuor partes inæquales diuidit, niſi Horoſcopus in alterutrum punctum æquinoctiorum aut tropicorum inciderit. Atque adeo inuento Horoſcopo non admodum difficile illos tetrantes conſtituere. Signorum vero anaphorica tempora colligere, hic vero labor eſt. Non placet, inquit noſter, hæc vulgata methodus, quæ binas horas Signis aſcendentibus attribuit. Tricenarum, inquiebant, partium eſt Signum: Quinæ denæ horam conſtituunt. Ergo vnum ſignũ conſtans bis quinis denis gradibus binarum horarum eſt. Hæc illi *μοίρας*, quæ in Zodiaco accipienda ſunt, confundentes cum temporibus Æquinoctialis in CCCLX *μοίρας* ſectus eſt circulus Zodiacus. in totidem *χρόνους* Æquinoctialis. illæ ſunt menſura aſcenſionum. Iſti menſura horarum. XV enim *χρόνοι* horam conſtituunt. Sed horum opinio locum habuerit, ſiquidem Signorum aſcenſiones æquales eſſent. Nunc vero ſunt inæquales, aliæ plurium, aliæ pauciorum, quam triginta graduum. In hac Lugdunenſi Batauorum inclita vrbe Aries cum Piſcibus aſcendit graduum 12. 48′. Taurus cum Aquario grad. 16,54′. Gemini cum Capricorno 26. 29′. Cancer cum Sagittario 37. 8′. Leo cum Scorpione 42.54′ Virgo cum Libra 43.0′. Non igitur ſunt tricenarum partium: & conſequenter neque binarum horarum, atque id quidem, quatenus Dodecatemoria conſiderantur, non quatenus *ζώδια κατηστερισμένα.* Tunc enim longe magis diſcrepabunt. Quædam enim *κατηστερισμένα* minora ſunt, quam Dodecatemorion: vt verbi gratia, Cãcer ne tertiam quidem partem obtinet Dodecatemorij. Virgo autem vindicat portionem de Leone, & Chelis. Piſcium denique auſtralis totus propemodum in Dodecatemorio Aquarij ſitus eſt. Scorpio duo Dodecatemoria occupat.

v. 3. *Et paribus ſpatiis.*] Inæquales ſunt eorum aſcenſiones. Ergo ipſa etiam inæqualia. Quomodo igitur paribus ſpatiis?

v. 4. *Vt parte ex illa.*] Locus Solis eſto 13. 25′ Libræ. Natus eſt aliquis de die, hora VII abſoluta. Horarum numerus III

ſigna-

ſigna cum ſemiſſe, hoc eſt partes c v. Eas ego numero conſequenter a 13. 25′ Libræ. Numerus conſiſtit in 28. 25 Capricorni. Ita colligebant illi. Neque alia Æruſcatorum illorum Chaldæorum Horoſcopi indagandi methodus erat.

Ibid. *Vt parte ex illa.*] A loco Solis detrahebant horarias illas partes, ſeu tempora. Vbi ſumma conſiſtebat, ibi Horoſcopum ſiſtebant. Hæc quanquam puerilia, tamen non aſſequitur Bonincontrius, & valde ridiculus eſt.

v.5. *ſummamque accommodet aſtris.*] Quot ſigna ab ortu Solis, ad tempus genituræ aſcenderint, tot binas horas diſtribuant. Iſta non cepit bonus Bonincontrius.

v.8. *Sed iacet obliquo.*] τὸ *iacet* etiam pertinet ad obliquitatem Zodiaci. Infra:

Quam breuis illa iacet, tam longus circulus hic eſt:

Item alibi:

Quod quanquam per tres ſignorum circulus arcus
Obliquus iaceat. ——

Aſcenſiones rectæ & obliquæ dupliciter intelliguntur: aut κατὰ τὴν ὀρθὴν σφαῖραν, aut κατὰ τὴν ἐγκεκλιμένην. In Sphæra recta ortus omnium Signorum improprie recti dicuntur, quum quatuor tantum in ea oriantur recte, nimirum quæ ambo puncta tropica æqualiter interiacent, Gemini, Cancer, Sagittarius, Capricornus. Reliqua oblique oriuntur. De hoc Sphæræ ſitu non intelligit Manilius. Is enim ſitus propriuseſt eorum qui ſub æquinoctiali habitant. Supereſt igitur, vt de inclinata Sphæra intelligatur: in qua ſex recte aſcendunt, ſex oblique. A principio Cancri, ad principium Capricorni, recte omnia aſcendunt: oblique autem a principio Capricorni, ad principium Cancri. Hæc ſatis nota & tironibus ex elementis ſphæricis. Quæ oblique aſcendunt, minus habent de arcu æquatoris: quæ plus habent de arcu æquatoris, recte oriuntur. Ita alia ſigna ſunt minora binarum horarum æquinoctialium, alia maiora. Falſa igitur ratio, quæ paribus ſpatiis æqualia digerit aſtra.

v.11. *Vt propius nobis.*] Prout nobis ſigna ſunt propinquiora, aut remotiora, eo oblique magis, aut recte magis oriri. Cancrum remotiorem, Capricornum terræ propiorem. Ideo tardiores aſcenſiones a Cancro, ad Capricornum, & contra.

v.12. *Vix finit luces Cancer*] Adhibendus interpres horum Geminus:

minus: ὁ γὰρ ἥλιος περὶ μὲν τοὺς τροπικοὺς κύκλους πλείονα ἐπιμένει χρόνον. κατὰ δὲ πάροδον τὴν πρὸς αὐτοὺς καὶ τὴν ἀποχώρησιν. ὥστε σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ̄ μένειν πρὸς αἴσθησιν ἐπὶ τροπικῶν κύκλων. δι' ἣν αἰτίαν τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν σχεδὸν ἐφ' ἡμέρας μ̄ τὰ αὐτὰ διαμένει.

v. 13. *Quam breuis illa iacet.*] Et digito oſtendit, a Brumæ puncto, ad punctum Solſtitij, obliqua computari; a puncto Solſtitij, ad Brumam, recta.

Ibid. *tam longus circulus hic eſt.*] *Circulus*, id eſt, ſemicirculus, arcus, vt vulgo loquuntur, eſt ἡμικύκλιον καταβιβάζον, quod eſt recte orientium. Ille alter ſemicirculus eſt ἡμικύκλιον ἀναβιβάζον oblique orientium.

v. 16. *Nec nocturna minus.*] Nec minores ſunt noctium, quam dierum variantiæ, imo æquales, ſed in diuerſis ſignis.

v. 17. *Sed tamen aduerſis.*] Gembl. *Sed tantum aduerſis.* —— longe melius, & ſententiæ Manilij conuenientius. Nam aduerſis menſibus, id eſt, ſeptenis quibuſque menſibus tenorem eundem alternæ dierum & noctium diuerſitatis conſtare ait. Cancri dies longiſſimæ: aduerſi vero ſigni ſiue Capricorni noctes pari menſura. Iam clara omnia.

v. 20. *pari ſub lege manere.*] Manere in auras barbarum eſt. Opus eſt enim non quietis, ſed motus verbo, vt loquuntur Grammatici. Sed omnino ſcripſit Manilius: *ſub lege meare*. Etiam alibi *manent* pro *meant* legebatur. Meare in auras, eſt oriri. Lucanus de ſignorum ortu:

Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit Rectior. ——

Quis, inquit, poſſit credere, pares aſcenſiones eſſe, quum iam probauerim alia πολυαναφόρα, alia ὀλιγαναφόρα eſſe?

v. 21. *Adde quod incerta eſt.*] Si dies ſunt incerti, & diurnæ quoque duodecimæ ſunt incertæ. Hora eſt duodecima diurna. Ergo horæ diurnæ incertæ. De noctibus idem concludas licet. Dierum magnitudo incerta eſt. Ergo ſenum ſignorum aſcenſionales menſuræ inæquales. Recte. Rurſus aliud argumentum. Horarum ſunt magnitudines incertæ. Ergo aſcenſiones non ſemper binarum horarum eſſe poſſunt. Separat hoc argumentum, quod pendet a priore.

v. 24. *Quum tamen in quocunque loco.* Aratus:

—— πάσῃ δ' ἐπὶ νυκτὶ
ἓξ αἰεὶ δύνουσι δυωδεκάδες κύκλοιο,

πάντως δ' ἀντέλλουσι. τόσον δ' ἐπὶ μῆκος ἑκάστη
νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, ὅσον τε τὸ ἥμισυ κύκλου
ἀρχομένης ἀπὸ νυκτὸς ἀείρεται ὑψόθι γαίης.

v.27. *Quum ſpatium non ſit tantum.*] Quum omnibus non ſit tantum ſpatium, vt eorum aſcenſio binas horas compenſet. Pugnantes horas etiam infra dixit:

Donec ad ardentis pugnarint ſidera Cancri.

Pugnare ἀντὶ τοῦ παραλλάττειν ponit.

v.28. *Si modo.*] τὸ *modo* abundat, vt τὸ *tamen* apud Horatium:

——— *Si tamen*

Non inuiſæ rates tranſiliunt freta.

v.29. *Quem numerum debet ratio, ſed non capit vſus.*] Si non eſt mendum in hac lectione, hæc horum verborum mens fuerit: Ratio, inquit, poſtulabat, vt ſingula ſigna eſſent binarum horarum: ſed experientia aliter docet. Ratio colligit, ſi ſignum eſt tricenarum partium, hora quinarum denarum, ſequi neceſſario, vt ſignum ſit binarum horarum. Hæc recte colliguntur. Sed vſus docet, non ſecundum longitudinem Zodiaci tempora putanda, ſed ſecundum aſcenſiones ſignorum.

v.*. *Nec tibi conſtabunt.*] Hi viginti octo verſus pertinent ad partem hinc multis verſibus ſummotam, quæ eſt de horarum menſura. Itaque illam neceſſario hæc ſequi debebat. Nam poſt doctrinam horarum horologium inſtituendum, & quidem vt præcipit, ab æquinoctio. At quid hæc ad argumentum longitudinis temporariæ ſignorum, & aſcenſionum ipſorum? Deinde quod ſequitur exemplum ſtadiaſmi ſignorum, quam inepte poſt ſequitur, vt longe multis verſibus & paginis antecedat doctrinam ſtadiaſmorum, quam poſtea docet. Deinde, quod maximum telum eſt, caput longum, quod poſt ſtadiaſmorum exemplum ſequitur, pertinet ad continuationem noſtri argumenti, quo confutatur opinio de binis horis ſignorum aſcenſioni attribuendis. Valde huic optimo ſcriptori nocuit importuna ſcriptorum ἀεργία, qui eius libros in capita ſecuerunt, quum auctor perpetua oratione ſcripſerit, vt Lucretius, & Empedocles. Hinc tam facile fuit membra ſuo ordine luxari, quam procliue fuit, libros in membra ſecare. Iſti igitur viginti octo verſiculi cum toto capite ſequenti, qui ſunt in ſumma verſus 21 v, quo transferendi

tendi ſint, ſuo loco docebitur. Itaque mirus eſt conſenſus totius contextus ita eo ordine reſtituto, qui priſtino ſeruato nullus erat. Egregia eſt huius traiectionis reſtitutio. neque emendationi huic aduerſari poſſunt, niſi Simioli, & Zelotypi.

v.30. *Sed neque per terras.*] Duobus argumentis confutat vanitatem opinionis, quæ binas horas aſcenſionibus Signorum attribuit. Prius eſt inæquales eſſe aſcenſiones in eodem loco. Nam Alexandriæ Aries oritur gradib. 20.23′, Taurus 24.9′. Ergo non ſunt æquales aſcenſiones. neque igitur binarum horarum. Poſterius aſcenſiones eorundem ſignorum in hoc loco non eſſe æquales aſcenſionibus eorundem in alio. Alexandriæ Aries oritur gradib. 20. 53′. Romæ gradib. 17. 21. Taurus Alexandriæ gradib. 24.9′. Romæ gradib. 21.6′. Vnde illa diuerſitas? a poſitu regionum, quod ab æquinoctiali ad polum pergentibus ſemper obliquæ aſcenſiones decreſcunt, rectæ autem creſcunt: dies æſtiui maiores ſunt, hiberni breuiores. Hæc igitur omnia argumenta ex poſitu globi terræ inſtructa ſunt ad euertēdam ſententiam de binis horis aſcenſionum. Quam ineptum erat diſputationem hanc interrumpi, interiecta materia valde diſſimili de horologiis & ſtadiaſmis ſignorum, tam abſurdum poſt illam materiam iterum ex abrupto diſputationem eandem repeti. Mentio horarum fecit, vt huc caput de horologiis coniiceretur, quum, vt diximus, horarum mentio facta ſit, quod ſit membrum ſiue ſequela prioris argumenti. Nam ſi dies ſunt incerti, & duodenæ quoque partes eorum, id eſt horæ, ſunt incertæ. rectiſſime. Pergit: ſed noli putare ſignorum aſcenſiones inter ſe variare in eodem loco, quod iam diximus, vnde & horæ variant. variant etiam per omnes terras. quæ enim oblique aſcendunt, eo magis illa oblique aſcendunt, quo magis ad polum pergitur. & contra magis recta, quæ recte aſcendunt.

v.31. *ſimili nec tempora curſu.*] Gemblacenſis:

— ——— *ſimili nec tempora ſumma.*

v.32. *modus eſt varius ratione ſub vna.*] Diſtingue:

———*modus eſt, varius. ratione ſub vna*

Nunquam Phryxei ducuntur vellera ſigni,
Chelarumque fides, iuſtæque examina Libræ:
Nec manifeſta patet falſi fallacia Mundi,
Nec ſimilis ſimili toto nox pergitur orbe.

 Omnia

Omnia conſurgunt binas ſi ſigna per horas.

Si, inquit, omnia ſigna conſurgunt per binas horas, nulla eſt dierum inæqualitas. Atqui eſt. Ergo non conſurgunt per binas horas. Minorem probat, quia æquinoctia duo ſunt in anno. Ergo in toto reliquo anno inæqualitas eſt dierum & noctis. Non enim æquinoctium dictum eſſet, niſi eſſent & dies non æquinoctiales. Nam æquale dictum πρός τι, nempe reſpectu inæqualis. Æquinoctium igitur dictum contemplatione reliquarum dierum cum noctibus inæqualitatis. Hæc ita clare Manilius, quæ antea ne Oedipus quidem intelligebat.

Ibid. *ratione ſub vna Nunquam Phryxei.*] Æquinoctiorum vna ratio eſt ſemper. Nam vbique terrarum eodem modo & menſura æquinoctia conficiuntur. Si, inquit, ſigna ſunt binarum horarum, ergo nullum æquinoctium conficitur neque vernum neque autumnale: ſed ſemper erit nullo diſcrimine æquinoctium. Atqui modus eſt varius. Ergo, &c.

Pag 67. v. 2. *Omnia conſurgunt.*] Ita duo manuſcripti, Gemblacenſis & alter: item veteres editiones, præter textum Bonincontrij: vbi ineptiſſime eſt,

omnia quin ſurgunt binas ſibi ſigna per horas.

Quod homini tenebras offudit, ne poſſet ne minimum quidem in ſententia horum verſuum videre. Legendum vero:

Omnia conſurgunt binas ſi ſigna per horas.

v. 3. *Quo medius recte.*] Manifeſto legendum:

Quos medius recto percingitur ordine Mundus,

Illis perpetua iunguntur pace diebus Obſcuræ noctes. ———

Eſt principium deſcriptionis climatum ab æquinoctiali, ad polum. Per quos homines tranſiens mundus percingitur recto ordine. Sed in Gemblacenſi legitur *Illi* non *Illis*. Tunc τὸ *illi* eſſet *illic*. & retinendum eſſet *Quo*.

Quo medius recto præcingitur ordine mundus

Illi perpetua iunguntur pace diebus Obſcuræ noctes. —

quod magis placet. *Illi* Cicero dixit non ſemel pro *illic*, vt alibi notamus. Veriſſima eſt ea lectio. ———

Ibid. *Quo medius recto præcingitur.*] Dies æſtimantur à circulis parallelis, quos Sol numero CLXXXIII deſcribit, e quibus medius eſt æquinoctialis. Illi circuli, vbi in arcus æquales diuiduntur, æquales dies faciunt. In ſphæra recta orizon æquinoctialem

ad angu-

ad angulos rectos, proinde & in arcus æquales diuidit. Ergo æquales dies facit. Sub ſphæra igitur recta æquales ſemper dies ſunt, quia per polos mundi tranſiens Orizon idem ſemper eſt:

Ac bene diuiſo mundus patet orbe, latetque.

Ibid. *recto præcingitur orbe.*] Vnde ὀρθὴ χίσις σφαίρας.

v.7. *Nec manifeſta patet.*] Fallaciam mundi τὴν ἀνωμαλίαν dierum dicit.

v.8. *Nec ſimilis ſimili toto nox vertitur orbe.*] Gemblacenſis longe melius:

Nec ſimilis ſimili toto nox redditur æuo.

Similis ſimili ἀλλήλοις. ἴσος ἴσῳ. Ariſtophanes:

οἴμοι κύλικος ἴσης ἴσῳ κεκερασμένης.

Eſt autem ſimile τὸ ὅμοιον ἀρχαϊκῶς αὐτὸ τὸ ἴσον dictum. quod in Sphæra Mundi notamus.

Ibid. *Nec ſimilis ſimili.*] In obliqua ſphæra multi dies ſunt inter ſe æquales, & multæ item noctes: quæ nimirum æqualiter a punctis tropicis diſtant, modo παχέως καὶ ὁλοσχερῶς non ἀκριβῶς accipiantur. Nam alioqui interuallum dierum a ſolſtitio, ad æquinoctium autumni, minus eſt eo, quod ab æquinoctio veris, ad ſolſtitium. Sed hoc eſt ἀναίσθητον καὶ λόγῳ tantum θεωρητόν. Itaque non τὴν ἀκρίβειαν, ſed mentem Manilij interpretamur: qui dicit habitantibus ſub ſphæra recta non id contingere, quod nobis. Nos dicimus quintamdecimam diem, puta, ante ſolſtitium eſſe æqualem quintædecimæ diei poſt ſolſtitium. At habitantes ſub ſphæra recta nihil tale dicere poſſunt, vt pote quibus omnes dies æquales ſint. Nobis omnibus annis multi dies multis diebus æquales ſunt, & multæ noctes multis noctibus. At illis ne toto quidem æuo, id eſt ne vnquam quidem hoc accidit: quare? *Vna quod æquali luſtratur linea Phœbo.* Valde ridiculus eſt Boninc.

v.9. *Omnibus autumnus ſignis, ver omnibus vnum.*] Æquinoctium quidem ſempiternum eſſe ſub recta ſphæra, verum eſt. Perpetuum ver, & autumnum ibi florere, falſiſſimum. Simile argutabatur ſupra de longiſſimo die ſub Cancro, quum dicit habitantibus ſub Tropico vix Solem occidere. Quod & Auſonius ſomniabat:

Semper vbi æterna vertigine clara nitet Lux.

Quomodo ibi æterna lux, aut longiſſimæ moræ Solis, vbi dies eſt tantum horarum 13. 8?

v. 11. *Nec refert.*] Nihil refert ſcire, vtrum ſolſtitium ſit, an bruma. Nam ſemper æquinoctium eſt.

v. 13. *Sideribus mediis.*] τοῖς κέντροις.

Ibid. *an quæ ſunt quatuor inter.*] τοῖς στερεοῖς καὶ τοῖς διαμέσοις.

v. 15. *Obliquos iaceat*] *Obliquus.* Miſeret me Bonincontrij, quem vulgata lectio in nugarum caſſes induit. Quid indignius Mathematico, quam putare circulum Zodiacum iacere per tres circulos obliquos? Itane Tropici & æquinoctialis, vt vno verbo dicam, paralleli circuli, obliqui ſunt? τὸ *iaceat* de obliquitate circuli dictum etiam alibi tetigimus:

Sed iacet obliquo ſignorum circulus orbe.

Sed magis ludibrium debet, quum legit *iaciat* non *iaceat*. Pudet nugarum.

Ibid. *recto tamen ordine Zonæ Conſurgunt.*] quantum quidem ad ſitum pertinet, recto ordine. quantum vero ad ſigna ipſa inter ſe, alia recte, alia oblique. Sed Manilius vult omnino omnia ſigna in ſphæra recta recte oriri: quod ſatis illis teſtatur:

Et paribus ſpatiis per ſingula luſtra reſurgunt.

Quæ fuit veterum opinio. Nam & ita Lucanus:

Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat ſua tempora Libræ,
Aut Aſtræa iubet lentos deſcendere Piſces.
Par Geminis Chiron, & idem quod Karcinus ardens,
Humidus Ægoceros: nec plus Leo tollitur Vrna.

Omnia ſigna ſub Sphæra recta ἰσαναφόρα eſſe, quod iſte canit, tam falſum, quam quod ſubiicit:

At tibi, quæcunque es Libyco gens igne dirempta,
In Noton vmbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.

Ait ſub Cancro poſitis vmbras ſemper in Auſtrum iaci, falſo. Hoc enim illis, qui extra Capricornum habitant, accidere neceſſe eſt. At illis, qui intra Tropicos habitant, pro diuerſitate conuerſionum Solis, nunc Auſtrina, nunc Aquilonia eſt. Sed de hoc in Prolegomenis.

v. 16. *Supraque caput.*] κατὰ κορυφὴν, verticaliter, vt vulgus loquitur. *Zonæ* τοῦ ζῳδιακοῦ, aut ſimpliciter τοῦ κύκλου.

v. 17. *per ſingula luſtra reſurgunt:*] *Luſtra* ſimpliciter τὰς περιόδους. *luſtrum Solis* infra vertens annus.

v. 19. *Et ſimul ex illa.*] Gemblacenſis male: *At ſimul ex illa.*

Et ſimul

Et ſimul ab æquinoctiali recedas, quacunque te tulerit greſſus in Septentrionem. Sentit κατὰ τὴν ἰσημερίαν πάροδον κατὰ πλάτος fieri παράλλαξιν.

v. 21. *Per conuexa gradus.*] Puto legendum:

Quicquid ab extremo temet præuerterit axe
Per conuexa gradus greſſum veſtigia terræ.

Ordo: quicquid gradus præuerterit te greſſum per faſtigia terræ. ὅση δ᾽ ἄν ποτε ἡ πάροδος γένηται σοῦ κατὰ πλάτος προβάντος. Hæc fuerit ſententia huius loci, ſiquidem vitio caret, quod valde dubito. τὸ *quicquid* eſt quantum, ὅσον. Ita plane Lucanus III.

Quicquid ab occiduis Libyæ patet arida Mauris.

Quicquid patet, quantum patet.

Item libro VIII. —*quicquid deſcendet ab arbore ſumma*
Arctophylax, propriorque mari Cynoſura feretur
In Syriæ portus tendit ratis. ———

Quod ſane eodem modo dictum, vt hic quicquid te præuerterit gradus.

v. 20. *præuerterit axe.*] Axem aſcenſum, cliuum vocat. Propert.

Scandentiſque axis patriæ de vertice murus.

Iuuenalis:

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Ergo cliuum vocat ſummum globi ſub æquinoctiali. Nam ab æquinoctiali ad polum pergentibus deſcenditur. vel ſimpliciter extremum axem, remotum clima. Lucanus II.

— *calida medius mihi cognitus axis Ægypto.* ———

v. 21. *Per conuexa gradus.*] Ita libro primo:

Sed quocunque vaga tulerint veſtigia terræ
Has modo terrarum nunc has gradientis ad oras.

v. 24. *ergo vbi conſcendens orbem.*] Gemblacenſis *conſedes* deprauato ex *conſides.*

Ergo vbi conſides, orbem ſcandenſque rotundum Digrediere. —

Ibid. *ſtridenſque rotundum.*] Nemo dubitauerit vitioſam eſſe ſcripturam. Succurrit Gemblacenſis: *ſcandenſque.* Quod ſine dubio verum eſt.

Ergo vbi conſides, orbem ſcandenſque rotundum Degrediere. —

Ab æquinoctiali, ad Septentrionem pergentibus polus attollitur. quia ab æquinoctiali Septentrionem verſus deſcenditur, quod ipſe vocat deſidere, tralatione a ponderoſis, quæ peſſum eunt.

eunt. Hoc eſt enim deſidere, tanquam qui ab æquinoctiali ad Septentrionem pergunt, perinde ac qui a ſummo deorſum deuoluuntur.

v. 25. *Digrediere.*] Gemblacenſis. *Degrediere* ——— Hoc eſt, deſcendes. Aliud enim eſt *Digredi*. Gloſſæ. *Degreditur* καταβαίνει. Non erat locus emendando huic loco ſine codice.

Ibid. *ſimul fugiet pars altera terræ.*] Orizon quidem orbem in duo hemiſphæria æqualia diuidet, quia magnus circulus eſt, ſed non ad rectos angulos: quia per polos eius non tranſit. Simul igitur facta fuerit poli eleuatio, obliqua interſectio ſequetur.

v. 26. *ſed quantum inflexerit orbe.*] *Orbem*. Prima fuit hæc differentia ab habitu ſphæræ: quod aut obliquus, aut rectus. Altera hæc, quod inter ſe diuerſe obliqui. Atque hæc quidem eſt, de qua loquitur.

v. 27. *Tantum inclinabit cæli poſitura.*] Ab hac igitur varia poſitura & variæ vmbræ, & ab illis horarum varietas colligitur. Quæ enim recte oriebantur, ea hic oblique oriuntur: & quidem obliqua alia aliter: quia poſitura alia atque alia.

v. 30. *Atque erit obliquus.*] Lege *obliquo*.

v. 31. *Qui tranſuerſus erat.*] Tranſuerſum dicit quod πρὸς ὀρθὰς ſtat. Obliquum πρὸς ὀξείας.

Ibid. *Qui tranſuerſus erat ſpatio.*] Scribe:

Atque erit obliquo ſignorum balteus orbe,
Qui tranſuerſus erat, ſtatio quando illius vna eſt,
Noſtræ mutantur ſedes. ———

Noſtræ ſedes mutantur: hoc eſt, noſter Orizon variat, & prout a polis eclipticæ diſcedis, obliquiores eius interſectiones facit.

v. 32. *ergo ipſa moueri Tempora.*] Argumenti πέρασμα. Horæ habitum Sphæræ ſequuntur. Habitus Sphæræ mobilis eſt. Ergo mobiles horæ, ſeu tempora.

Pag. 68. v. 2. *curſus obliqua malignos.*] Curſus malignos dicit, vt in Sphæra *inuida lumina*.

Inuidaque obliqua radiorum munera flamma
Dat per iter minimum nobis. ———

Vtrumque enunciatum eadem & tralatione, & notione.

v. 4. *Pro ſpatio mora longa datur.*] τελεία στιγμὴ poſt τὸ *datur*. Quo propiora nobis, eo maiores oriendo moras interponunt. Hoc eſt, quod dicit: ——— *quæ proxima nobis*

Conſur-

Conſurgunt, longos cæli viſuntur in orbes. Supra:

Atque alia inflexis oriuntur ſidera membris:
Aſt illis magis eſt rectus ſurgentibus ordo,
Vt propius nobis aliquod, vel longius aſtrum eſt.

Ita fiet, vt Borealia ſigna eo magis ſupra terram extent, quo longior fit πάροδος κατὰ πλάτος: & contra Auſtralia magis deprimantur, quæ ipſe vocat vltima. quanquam non omnia ſigna Borealia recta ſunt: vt neque omnia Auſtralia obliqua. quod ipſe tamen omnino ſentit. Siquidem vult ea, quæ ſupra terram magis extant, eſſe recta. Sic fieret, vt arcus ille a principio Arietis, ad finem Virginis totus rectorum ſignorum eſſe debuerit. quod falſum. Sed hæc eſt illorum priſcorum aſtronomia, quam Manilius & Lucanus ſequuti ſunt.

v. 7. *Et quando ad gelidas.*] *Et quanto.* Etiam Gemblacenſis agnoſcit.

v. 9. *Vixque ortus occaſus erit.*] Aratum de his intellexiſſe volunt quidam veterum, in quibus Hyginus.

κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσεται, ἧχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

Sed Aratus intelligit de contactu Orizontis, & circuli Arctici. Ibi enim μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν. quod in eo puncto, ἐν στιγμῇ χρόνου καὶ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ſtella oriatur & occidat. Non igitur de illis intelligebat Aratus, de quibus hic Manilius, quum potius de his noſtris intelligat Homerus. de quibus interpretantur quoque illud Homeri ex x Odyſſeæ:

ἔνθα κ' ἄϋπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθούς,
τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων.
ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι.

Ibid. *ſi longius inde Procedat.*] Scribe *Procedas.* — Si fiat longior τοῦ πλάτους πάροδος.

v. 11. *Tricenaſque trahent.*] Hoc accidit ſub eleuatione poli ad LXVI grad. ſcrup. XXX. in ſeptentrionalibus partibus Iſlandiæ, quam primus omnium Pytheas Thulen eſſe dixit: item in Scrifinia, & Boddia regionibus Suetiæ conterminis, ſub polo ecliptica, quo neoterici magna inſcitia Arcticum definiunt. Nam eas regiones habitantibus vertex a polo mundi 23. 30′ gr. diſtat: polus mundi 66. 30′ attollitur. Tropicus illis tangit pulſum Orizontis, obtinetque eum locum, quem in Helleſponti tractibus

pes prior maioris Vrſæ. Et quia illis polus Zodiaci eſt pro vertice, neceſſario eiſdem Zodiacus erit pro Orizonte ſecundum ea, quæ libro primo diximus. Semel vero in die polus Zodiaci eorum Zenith ſtringit. Sed ſubito tranſit Zodiacus, atque eleuatur, & Orizontem ad maiores, quam antea, angulos interſecat. Vnde altera pars ſupra terram extat, altera tecta ſubtus latet. Quia autem ſubita fit conuerſio: fit quoque, vt puncto temporis ſex ſigna ſubito exiſtant, altera vero naſcantur tardiſſime, quantum XXIV. horarum ſpatium eſt. Tanta eſt obliquitas eclipticæ. Contra accidit, quum occidunt. Quum igitur Cancer ſit omnium ſignorum polo viciniſſimum, propterea non occidit: ſed ſimulac pulſum Orizontis tetigit, iterum reſurgit. Contrarium imaginare in Capricorno. Quare quum Sol in puncto ſolſtitij fuerit, neceſſe eſt diem viginti quatuor horarum eſſe, quia noctis interiectum momentum breuiſſimum eſt. De hoc igitur interpretamur illud principis poetarum:

ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι.

Ibid. *Tricenaſque trahet.*] Quia nimirum minimum noctis momentum interiicitur, adeo vt pene ſenſum fugiat: propterea ait integrum menſem continuari die vno: vel diem eſſe vnius menſis. Quod ſane quindecim diebus ante, & totidem poſt confectum ſolſtitij ſidus accidere debet. Nam tanta eſt nox, quantum ſatis eſt, temporis primo puncto Cancri, vt orizontem tangat. quod pene ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, vt ita dicam, contingit. Hoc in Iſlandia, vt ſupra tetigi, & illi parallelis tractibus accidit.

v. 13. *& attritis conſumitur horis.*] Recte. Nam etiam in die, quæ vnius ſcrupuli fuerit, XII horæ conſiderantur.

v. 14. *Paulatimque perit ſpatio.*] Et hic quoque *ſtatio* legendum, vt ſupra.

v. 15. *Pluraque per partes ſubrupto.*] *Subrupto.* ſubrepto ἀρχαϊκῶς. vt infra: *Menſibus eruptis*, hoc eſt ereptis. Paulus libro primo Sententiarum de extraord. criminib. *ſimo corrupto.* id eſt, correpto: vt Comicus, ἀπελθὼν λαβέσδω. Et Plautus dixit *ſubruptum* pro *ſubreptum.* Neque aliter fere ſcribebant illi. Quod dicit *per partes*, id eſt κατὰ μέρος, paulatim vt iam dixerat:

Paulatimque perit ſtatio ſulgentibus aſtris.

v. 16. *Tempore querentur.*] Locus vitioſus. τὸ *Tempore* formatum ex eodem in antecedenti verbo. Manilius ſcripſit *Terræ.*

Pluraque

Pluraque per partes ſurrepto tempore ſigna
Terræ quærentur medio cælata tumore.

Maior pars aſtrorum celebratur terræ tumore. Ita proculdubio ſcripſit Manilius.

v. 17. *Adducentque ſimul Phœbum, texentque tenebras.*] Plane eſt, quod ex Poeta adduximus: ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι. Vbi vides περιήγησιν Homeri, & Geographiam eorum temporum; quum tractum oræ Campaniæ, ac magnæ Græciæ adeo longe in Septentrionem ſubmouerent, vt, ſi eam θέσιν ſequimur, ſub Polo Eclipticæ Læſtrygonas, & Lami oppidnm ponendum ſit. Itaque Strabo, & alij veteres Homeri ſtudioſi multum æſtuant in Geographia Homeri explicanda.

v. 18. *Menſibus eruptis donec ſit debilis annus.*] *Eruptis* ereptis ἀρχαϊκῶς. Annus ſane fit debilis vno menſe, vt contra eodem vno menſe maior erat ſolſtitiali tempore. Nam ibi vna dies, hic vna nox continua menſem abſtulit. Contrariorum eadem ratio. Quod de die dictum, id de nocte quoque intelligendum. Sunt CLXXX paralleli circuli, quos Sol luſtrat per annum. Quantum illorum ſupra Orizontem extat, tantam eſſe dierum menſuram ſupra diximus. Quia vero duo vltimi Tropicorum vicem ſunt, in hac autem cæli inclinatione ea eſt Orizontis obliquitas, vt totum Cancri tropicum ſupra terram relinquat, totum vero Capricorni Tropicum ſubtus demergat: ſane quum Sol erit in omnium ſignorum ſublimiſſimo Cancro, ad diem conficiendum integra Æquinoctialis circuli conuerſione opus eſt, hoc eſt CCCLX partibus: arcum autem diurnum totidem partium eſſe neceſſe eſt. Contra, quando Sol in omnium ſignorum humillimo erit, in eo videlicet circulo, qui totus infra terram eſt: ad noctis curriculum conficiendum tota æquinoctialis conuerſione opus eſt. At in contrariam partem puncto temporis Sol ortus id efficiet, quod erit vicem temporis diurni. ſed nullum παραυγασμὸν faciet. Quia παραυγασμὸς nihil aliud, quam τοῦ φωτὸς ἀντιπερίστασις, quæ nulla eſſe poteſt, quum ab Orizonte in tantum circulus ille deprimatur. Nam hic paraugaſmos fit tantum ſub illis ſignis, quæ propius punctum ſolſtitiale ſunt, Geminis, & Cancro, & quidem in illis tractibus, in quibus nox longiuſcula eſt, quam ſub polo Eclipticæ: vt verbi gratia, quibus Tropicus non eſt pro Arctico, neque tangit punctum Orizontis Aquilonij: illis tantum tem-

poris noctes obſcurantur, quantum tropicus ipſe abeſt a pulſu Orizontis ſeptentrionalis: vt ſcimus accidere in Scotia, in qua noſtrates milites noctu in excubiis alea ludentes nullum lumen adhibebant ſolſtitiali ſidere confecto. Tropicus autem diſtat ab Orizonte Edinburgi part. 9. 17′ circiter. Tantum igitur mediæ noctis tempore Sol ab illorum orizonte diſtat in ſolſtitio: vt reliquum noctis παραυγάζεσθαι neceſſe ſit, & ex horis 6.23′, duos tantum trientes horæ minus 111 ſcrup. fere noctem obſcurari, reliquas autem horas illuſtrari, καὶ περιαυγάζεσθαι. Vnde habes rationem lucidarum dierum in illis regionibus, a quarum Orizonte proprius abeſt Tropicus: Quare τὴν τοῦ φωτὸς ἀντιπερίστασιν ignorantes Romani putarunt vix ibi noctem eſſe. Sed nec cauſſas omiſit diligentiſſimus ſcriptor Strabo, his verbis rem quaſi digito indicans. ὁ δὲ, inquit, κατὰ τὰς ἄρκτους τόπος τοῦ ὁρίζοντος ἐν ὅλαις σχεδόν τι ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀπὸ δύσεως ἕως καὶ ἀνατολῆς ἀντιπεριισταμένου τοῦ φωτός. ὁ γὰρ θερινὸς τροπικὸς ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ἑνὸς ζωδίου ἥμισυ καὶ δωδέκατον. τοσοῦτον οὖν ὁ ἥλιος ἀφίσταται τοῦ ὁρίζοντος κατὰ τὸ μεσονύκτιον. καὶ παρ' ἡμῖν δὲ τοσοῦτον τοῦ ὁρίζοντος ἀποχὼν περὶ τοῦ ὄρθρου καὶ μετὰ τὴν ἑσπέραν ἤδη καταυγάζει τὸν περὶ τὴν ἀνατολὴν ἢ τὴν δύσιν ἀέρα. Hinc cōſequens eſt, vt quanto remotior ſit Tropicus ab Orizonte, tanto minus noctes illuſtrentur: & qui proxime Æquinoctialem habitant, tantum abeſt, vt illis noctis extrema illuſtrentur, vt non prius luceſcat, quam Sol ortus ſit: nulla vero aurora fere, aut crepuſculum apparet in regionibus, quæ intra decimum gradum ab æquinoctiali ſunt, cuius rei nulla cauſſa alia, quam maxima Tropici a Finitore diſtantia. Quod ſi nullus in æſtate παραυγασμὸς fieri poteſt, tanto minus fiet, quum Sol erit in altero Tropico: ne forte quis credendum putet Ludouico Cadamuſto, qui quum hoc ſcriberet, id fieri dixit ideo, quia ibi nulli montes ſint, qui orienti Soli officiant. Ridicula eſt ratio, neque digna quæ confutetur.

v.19. *Si vero Natura ſinat ſub vertice cæli.*] Ne hodie quidem ad ea loca nauigationes penetrarunt. Nuper noſtri Hollandi ad LXXXI vſque gradum velificati ſunt. Inclementia cæli & mare concretum vltra pergere vetuit. Tamen illi ſtrenui Argonautæ Naturæ & incommodorum omnium victores hanc gloriam reportarunt, vt primi omnium ea loca adiiſſe auſi ſint, nullis fortaſſe poſtea eandem gloriam, ne dicam maiorem adepturis.

v.20. *Quem rigidis fulcit.*] Axis fulcire videtur eos, quia illis ſtans & rectus eſt ſubiectus καὶ πρὸς τὰς ὀρθάς.

v.21. *Æternas ſuperare.*] Gemblacenſis: *ſuper ire.* Vtrunque probum.

v.22. *Prona Lycaoniæ ſpectantem membra puellæ.*] Puellæ quidem prius, ſed poſtea τεθηριωμένης, καὶ εἰς ἄρκτον μεταβληθείσης. *Prona membra*, ad illos reſpicientia, qui directo ſub polo ſiti ſunt. Nam nobis non ita, qui remotiores. Et prona id eſt in terras reſpicientia τῶν ζωδίων membra facit contra Theonis ſententiam, qui imagines cæleſtes in cælum, non in terram conuerſas eſſe ſcribit. Sic idem Theo Cancri pectus & os in cælum, ὄστρακον autem, id eſt, teſtam & dorſum in nos conuerſa eſſe.

v.23. *Stantis erit.*] τὸ κεῖσθαι trifariam κατηγορεῖται: iacere, ſedere, ſtare. Tot habitus ſunt Sphæræ. primus iacentis, qui dicitur ὀρθῆς σφαίρας, propter rectos angulos Orizontis cum æquinoctiali. alter ſedentis, τῆς ἐγκεκλιμένης. Stantis, τῆς μυλοειδοῦς. Tunc enim Æquinoctialis, qui Orizontis vicem eſt, ac in ambitum rectum circumuertitur, omnino molæ truſatilis & habitum & conuerſionem refert. Minus autem proprie Sphæra recta dicitur propter rectos angulos, quos cum Æquinoctiali facit, quia per eius polos tranſit, quum ea appellatio ſtantis ſphæræ magis propria ſit, in qua Æquinoctialis idem cum Orizonte & circulo arctico. Axis autem ſtat πρὸς ὀρθάς. ideo mundum fulcire dicitur paulo ante. Is enim rectus ſitus eſt, proinde vt hominis rectus ſitus, quum ſtat, non quum iacet. Nam homo dicitur ſtare, ſedere, iacere, κατὰ τὸ κεῖσθαι, non κατὰ τὸ ἔχειν. Sic ſphæræ ſitus denominatio περὶ τὸ κεῖσθαι eſſe debebat. quæ tamen recta vulgo dicitur non κατὰ τὸ κεῖσθαι, ſed κατὰ τὸ ἔχειν. quia ſcilicet θέσις eius πρὸς τὸν ὁρίζοντα, ὀρθή. Et ſane vetus Ptolemæi Scoliaſtes ὀρθὴν σφαῖραν vocat τὸ ἔξαρμα, ad librum 11 τετραβίβλων, cap. de Eclipſibus. quod accurate notandum. Porro vtraque Stans, & Recta ſphæra immutabilis καὶ ἀπαράλλακτος. Quam minimum enim aut ex recta attolletur polus, aut ex ſtante deprimetur, ſtatim Rectæ & Stantis nomen perit. At contra τῆς ἐγκεκλιμένης diuerſitates καὶ παραλλάξεις multas eſſe nemo dubitat. Recta Sphæra vna eſt: quia vnus Æquinoctialis. Stantis duæ; quia poli duo.

v.24. *Turbinis in morem.*] Mola ſuperior dicitur meta. Paulus de inſtructo & inſtrumento legato l. 18. *Eſt autem meta inferior*

pars molæ, catillus ſuperior. Falſum. Iuriſconſultus ſcripſit: *Eſt autem meta ſuperior pars molæ, catillus inferior.* Apud veteres enim ſuperior mola κωνοειδὴς fuit: inferior caua inſtar catini. vnde illi nomen. Meta autem inſtar turbinis inuerſi conueniebat in catillum, vt mas in feminam, qua parte baſis eſt, non qua mucro. Nam mucrone ſuperne pendebat, baſis autem in catillo vertebatur. Sunt & hodie eiuſmodi molæ truſatiles ordeo, olyræ, ſinapi pinſendis. Meta igitur, Turbo, & Conus ſυνώνυμα: & proinde Turbo eſt ſuperior mola. Quia igitur in morem metæ molaris ſphæra circumuertitur, ab eo dicta σφαῖρα μυλοειδής. In commentariis Græcorum: ὁ πόλος κατὰ βραχὺ ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα αἰρόμενος, ὀρθότατος γίνεται, ὡς ἐν τῇ μυλοειδεῖ τῆς σφαίρας θέσει. Quibus ad eum modum polus attollitur, illi περίσκιοι dicuntur: quanuis initium τῶν περισκίων incipit ab iis, quibus Arcticus aut idem cum Tropico, aut maior eſt.

v. 25. *Inde tibi obliquo.*] Habitantibus ſub polo vertex eſt polus ipſe. Igitur Æquinoctialis eſt Orizon. Neceſſe ergo ſex ſigna ſeptentrionalia ſemper ſuper terram eſſe, ſex contraria ſub terra. item a principio Arietis, ad finem Libræ, quandiu Sol in illis ſignis, vnum tantum diem ſine vlla interpellatione continuari: contra in ſignis Auſtralibus vnam tantum noctem perpetuari. Hæc vel indoctus e Sphæra petere poteſt. Sunt enim, vt Strabo de alia re loquens dicit, ὀφθαλμοφανῆ ταῦτα τῷ ἰδιώτῃ καὶ ὁ διδόμενα μαθηματικῆς σημειώσεως.

Ibid. *Sex tantum ſigna patebunt.*] a principio Arietis ſcilicet, ad principium Libræ. Nam profecto excuſari non poteſt Plinius, qui refragatur, lib. IV. cap. XII. *Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſiderum ambitus, ſemeſtri luce, & vna die Solis auerſi: non vt imperiti dixere, ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno oriuntur iis Soles brumaque, ſemel occidunt.*

v. 27. *Sed teretem acclini.*] Gemblacenſis *acclini.* Male *acclini.* Nam accliuis eſt, qui collem aut cliuum ſcandit. Hoc non vult noſter. Non enim ibi Sol ſcandit, vt in noſtra inclinatione, ad Cancrum vſque. ſed ſemper incumbit ἀκλινῶς Orizonti fere. Itaque *acclini* optime, id eſt circuitu incumbente in Orizontem & ipſum ſtringente.

v. 32. *recto verſatur ab orbe.*] περιάγεται μυλοειδῶς, vt iam diximus: vel ςρέφεται περιακτοῦ ζωνῆς δίκην. Sequentes verſus,

atque

atque adeo tota hæc tractatio ſupra omnes elegantias eſt.

Pag. 69. v. 4. *ab omni dimidium & toto.*] ἐλλειπισμός. *ab omni & toto*, ἀπὸ παντὸς καὶ ὅλου.

v. 5. *orbe rotundo.*] Gemblacenſis *rotundi*. vt ſit orbis rotunditas, non rotundus orbis.

v. 15. *Et quoniam quanto.*] Hactenus duobus validiſſimis argumentis opinionem de binis horis aſcenſionalibus expugnauit, priore a varietate aſcenſionum in eodem loco: poſteriore a varietate aſcenſionum in omni. Nam ſecundum aut finitorum varietatem, aut poli exaltationem, creſcunt horaria momenta aſcenſionum, & quidẽ per ὁμαλὰς αὐξομειώσεις, per æqualla incrementa, & decrementa, quæ fuit priſcórum aſtronomia. Supereſt nunc docere quomodo fiant illa incrementa: quæ pars obſcuriſſima videtur in hoc auctore, & quidem nõ bene a nobis hactenus, ab aliis ne minimum quidem percepta. Quia demonſtrauit non eſſe binarum horarum aſcenſiones, ſupereſt, vt quot, & quando, & quibus in locis, ſi non vbique, & quorum ſignorum aſcenſiones, & quatenus creſcant & decreſcant. Hoc vetuſtatis argumentum etſi vitioſum, non tamen ingratum ſtudioſis erit, quorum cauſſa non inuidorum laboramus. In eorum igitur gratiam hæc aperiemus, & rem ab vltima origine reuocabimus. veteres igitur illi Ægyptij non aliter obliquatum & rectarũ aſcenſionum rationem putabant quã per æquales progreſſus: & quanuis ab Hipparcho & aliis ſummis artificibus Canones aſcẽſionum obliquarum inſtituti eſſent, qui poſſent frenum huic licentiæ imponere, tamen vulgus aſtronomorum ab illa ſcabie adhuc vngues continere non potuit, vt opus fuerit Ptolemæo eorum amentiam caſtigare,

ASCENSIONES SIGNORVM IN ÆGYPTO.

	Aſcenſiones vetuſtæ.		Aſcenſiones caſtigatæ.	
	Grad. I.	Hor. I. II.	Grad. I.	Hor. I. II.
♓ ♈	21. 40′	1. 26′. 40″	20. 35′	1. 23. 32′
♒ ♉	25. 0′	1. 40. 0″	24. 9′	1. 36. 36′
♑ ♊	28. 20′	1. 53′. 20″	29. 49′	1. 59. 16′
♐ ♋	31. 40′	2. 6′. 40″	34. 35′	2. 18. 20′
♏ ♌	35. 0′	2. 20′. 6″	35. 39′	2. 22. 36′
♎ ♍	38. 20′	2. 33. 20″	34. 55′	2. 19. 40′

ſtigare,

ſtigare, qui eam methodum ſequerentur. Nam eius verba in eam rem operæ eſt audire. *ἡ κοινὴ πραγματεία ἡ περὶ ὁμαλὰς ὑπεροχὰς τῶν ἀναφορῶν συνισταμένη μηδὲ κατὰ μικρὸν δεῖ (ἔχει) τῆς ἀληθείας.* Non enim tunc ſolum obtinebat hæc vitioſa methodus, ſed etiam temporibus Valentiniani ſenioris. Tunc enim Paulus Alexandrinus ſcribebat ſuam *εἰσαγωγὴν ἀποτελεσματικήν.* Is refert aſcenſiones Signorum *καθ' ὁμαλὰς αὐξομειώσεις* in inclinatione Ægyptiaca. Exemplum eius in diagramma coniecimus. quod quidem duplex eſt. In priori parte ſunt aſcenſiones æquabiles, vt referuntur a Paulo Alexandrino, cui nos horas reſpondentes adiecimus e regione. In altera parte habes caſtigatas aſcenſiones cum horis illarum progreſſioni congruentibus. Inuenies etiam idem exemplum *ὁμαλῶν ἀναφορῶν* apud Ptolemæi Scholiaſten, quem Paulo Alexandrino vetuſtiorem iudicamus. In illo igitur exemplo differentia ſiue exceſſus inter aſcenſionem duorum ſignorum eſt grad. 3. 20′. Exceſſus ille eſt nona pars differentiæ duorum ſemidiurnorum arcuũ maximi & minimi: quæ detracta ex triente minimi conſtituit aſcenſionem Arietis. Rurſus in hac ratione aſcenſio Leonis ad aſcenſionem Tauri eam ſemper rationem habet, quam maxima dies ad minimam. In exemplo aſcenſio Leonis eſt grad. 35. 0′. Aſcenſio Tauri grad. 25. 0′ quæ inter ſe rationem habent, quam ſeptem ad quinque. Si igitur ſemicirculus, id eſt, grad. 180 diuidatur in rationem VII ad V, habebimus pro arcu maximo ſemidiurno grad. 105, pro minimo 75. Differentiæ vtriuſque nona pars grad. 5. 20′ detracta de triente minimi arcus, hoc eſt, de gradibus 25. 0′, dat aſcenſionem Arietis grad. 21. 40. Addita dat aſcenſionem Tauri grad. 25. 0′, nimirum ipſum trientem arcus minimi ſemidiurni. Ita ſemper progrediendo per æquales adiectiones graduum 3. 20′, tandem aſcenſio Leonis erit triens arcus ſemidiurni maximi, nempe grad. 35. 0′. quemadmodum Taurus erat triens arcus minimi. Denique adiectis iterum grad. 3. 20′, habebimus aſcenſionem Virginis grad. 38. 40′. De horis idem facies. Nam ſeptem ſunt maximus arcus ſemidiurnus, quinque minimus. Nona pars differentiæ vtriuſque, nempe hor. 0 13′. 20′ detracta de triente arcus minimi, nempe hora 1. 40. 0′, dat aſcenſionem Arietis hor. 1. 26. 40″. Et ſane gradibus 21. 40′ totidem momenta horaria reſpondent. Manilij methodus, quam eſſe ſuam gloriatur, non admodum

abludit

abludit a noſtra. Iubet ſextam partem arcus maximi diurni poni pro aſcenſione Leonis, & ſic ſextam partem arcus minimi diurni pro aſcenſione Tauri. deinde tertiam partem differentiæ vtriuſque aſſumi pro exceſſu. Eodem vtraque methodus recidit: neque indiget exemplo. Nam ſatis prior noſtra viam ad hæc muniuit. Præter ignorationem huius pragmatiæ, quam aperte præfert Bonincontrius, etiam auſus eſt dicere Manilium fuiſſe mathematicorum principem, qui hæc arcana carmine heroico complexus ſit. Sed & neque conſtat ſibi. Nam quum initio huius pragmatiæ Manilium tractare dicat, & quidem vere, de temporibus aſcenſionum horariis, tamen in progreſſu expoſitionis ſuæ, non de aſcenſionum horariis momentis, ſed de longitudinibus dierum explicat. quæ eſt ſumma ἀλογιστία. Locus hic omnium intricatiſſimus erat in toto Manilio & propter rem ipſam, & propter menda. Rem ipſam tenemus. propterea minore labore ad ſententiam eruendam opus erit. Menda ope Codicis Gemblacenſis puto aut omnia ſublata, aut pauca admodum reliqua eſſe.

v.16. *nunc accipe ſigna Quot ſurgant in quoque loco cedantque per horas.*] Poſtquam ſigna non binarum horarum eſſe conuicit: nunc reliquum eſt, vt quot horis quæque aſcendant, oſtendat. Non enim aliter Horoſcopus haberi poterit. In Gemblacenſi codice appoſitus erat titulus: QVOMODO IN OMNI INCLINATIONE MVNDI OPVS INVENIATVR. vbi opus decurtatum eſt ex HOROSCOPVS. Atqui iſtis non tractatur de Horoſcopo inueniendo, ſed de horis & ſtadiaſmis aſcenſionum. Ridiculus titulus. Appoſui tamen, vt omnes videant, non eſſe Manilij has ſectiones & capita. quæ vnica cauſa fuerunt textus perturbandi. Nam duo capita, vt oſtendimus, hanc pragmatian antecedebant, quæ ſequi debent. Qua in re non leuiter Manilij ſtudioſos promereri ſperamus.

v.19. *Ne falſus dubia ratione Horoſcopus erret.*] Nam totius Horoſcopi adipiſcendi cauſſa hæc πραγματεία inſtituta.

v.20. *Atque hoc in totum certa ſub lege ſequendum eſt.*] Generatim, inquit, regula huius doctrinæ inſtituenda, quod ſingulorum nulla poteſt eſſe certa propter diuerſitatem inclinationum Mundi. Sed non cohærent ſequentia idque propter τὸ *eſt* infultum. Totum locum ita concipies:

Atque hoc in totum certa ſub lege ſequendum,
Singula quod nequeant per tot diſtantia motus
Temporibus numeriſque ſuis exacta referri,
A me ſumat: iter poſitum ſibi quiſque ſequatur,
Perque ſuos tendat greſſus: mihi debeat artem.

Liquida ſententia: Atq. aliquis, inquit, a me diſcat hoc in genere quidē ſequendū, quia ſingillatim omnia perſequi nō poſſumus.

v. 23. *iter poſitum ſibi quiſque ſequatur.*] Inſtitutam a nobis methodum ſequatur.

v. 24. *Perque ſuos tendat greſſus.*] Et tendat iter per ſuos greſſus. Eandem viam greſſibus ſuis inſiſtat, quam ego illi indicaui, & me auctorem huius artis, id eſt, methodi agnoſcat.

v. 25. *Quoque modo hoc parat.*] Inepta huius loci ſcriptura valde ſenſum impediebat Gemblacenſis optime habet.

Quacunque hoc parti terrarum quiſque requiret,
Deducat proprias noctemque diemque per horas,

Parti, Ioui, Sorti, pro parte, Ioue, Sorte familiare Manilio. Ita etiam Plautus. Notat Priſcianus.

v. 26. *Deducat proprias noctemque diemque per horas, Maxima ſub Cancro minimis quæ cingitur vmbris.*] Exemplum. Romæ maxima dies horarum xv. minima ix. quæ æqualis eſt minimæ nocti. Propterea iubet habere maximam diem, & minimam noctem.

HORARIA TEMPORA ASCENSIONVM ROMAE.

Signa aſcendēt.		Scrup. Hor.	Stadia
♓	♈	70	140
♒	♉	90	180
♑	♊	110	220
♐	♋	130	260
♏	♌	150	300
♎	♍	170	340

v. 28. *Et ſextam ſummæ.*] Sexta de quindecim horis, hoc eſt ſcrupula 150, tribuantur Leoni, vt habes in hoc diagrammatio. Simili modo ſexta minimæ noctis, nempe nouem horarum, quæ eſt ſcrupulorum 90, excipiatur Tauro.

v. 32. *Vt quantum vna ferat.*] Græcum eſt, ὅσον ἂν ἕλκοι ἑκτημόρειον ἕν. quantum trahit vna ſexta minimæ noctis vel minimæ diei. & quidem ea eſt, vt diximus ſcrup. 90. Poteſt etiam dici, quantum temporis vna ſexta fert, tantum temporis tribuatur naſcenti Tauro.

v. 33. *Temporis aduerſo naſcentia ſidera Tauro.* Deprauatiſſima ſunt. Legimus:

Vt quan-

Vt quantum vna ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis aduerſo naſcentis ſidere Tauri.

Quantum vna ſexta feret temporis, tantum temporis tribuatur ad ortus Tauri naſcentis aduerſo ſidere.

Pag. 70. v. 1. *Has inter quaſque accipiet Nemeæus in horas*] Inepta ſunt hæc. Lege:

Has inter, quaſque accipiet Nemeeius, horas.

Nemeeius, νεμεήϊος. Ionice pro νεμέειος, vt φοίβειος, φοιβήϊος. *Phœbeæ lampadis inſtar.* ibi Phœbeæ eſt φοιβείης. At—*Phœbeïa virgo.* ——— *Phœbeius oſcen.* Ibi eſt φοιβήϊος. Hæc omnia perperam per diphthongum etiam a doctis viris ſcribuntur: Nemeæus, Phœbæus, Dionææ matri, Calliopæa; Philippæum. Nam ſunt φοίβειος, νεμέειος, διώνεια, καλλιόπεια, φιλίππειον. Neque ignarus ſum tam νεμεαῖον, quam νεμέειον agnoſci a Stephano. At tamen νεμεήϊος non poteſt eſſe niſi a νεμέειος, non autem a νεμεαῖος, vt πηλήϊος, melius quam πηλαῖος. quod tamen Græcum eſt.

v. 2. *Quod diſcrimen erit*] Diſcrimen inter Leonis & Tauri aſcenſionem, nempe inter 150, & 90, ſunt 60. quorum tertia pars, nempe 20, erit exceſſus progreſſionis arithmeticæ in his ratiociniis aſcenſionum. quod & oculus ipſe docet in Diagrammate.

v. 3. *Tertia vt accedat Geminis.*] Nempe vt tertia illa cum aſcenſione Tauri componat aſcenſionem Geminorum ſcrup. 110. In his omnibus τυφλὸς ἦς Bonincontrius. Quid mirum? Nam quis antea vel minimum hæc odorabatur?

Ibid. *quæ tempora Tauro vinciat.*] tempora, χρόνοις ἀναφορικοῖς. *vinciat* autem, quia in omni progreſſu arithmetico exceſſus eſt vinculum prioris ſummæ & ſapientiæ.

v. 4. *atque eadem Cancro ſimiliſque Leoni.*] Idem exceſſus compoſitus cum aſcenſione Geminorum nempe cum 110′ dabitur Cancro, atque erit ſcrupulorum 130. Similis quoque detur Leoni. Hoc eſt, ſimilis compoſitus cum 130 dabit aſcenſionem Leonis 150′. Simile noſter auctor non ſemel ſumit pro æquali. de quo in Sphæra Mundi, & ſupra.

v. 5. *Sic erit ad ſummam ratio deducta priorem.*] Gemblacenſis optime *perducta.* quod omnino neceſſarium erat. Nam exceſſu ad aſcenſionem Cancri appoſito, conflatur aſcenſio Leonis 150. quæ, inquit, eſt prior ſumma a nobis propoſita, nempe ſexta pars

arcus diurni maximi. Sic eſt ratio perducta ad priorem ſummam, hoc eſt, ad ſextantem arcus diurni maximi.

v.6. *Quomodo diuiſis Nemeeus duxerit horu.*] Gemblacenſis:

Quomodo diuiſis Nemea ſi duxerit horis.

Si truncum eſt, pro *ſibi*. Nemea autem pro Leone & infra dicitur:

Biſque nouem Nemea tribuis beſſemque ſub illis.

v.7. *Inde pari Virgo procedat temporis actu.*] Lege *auctu*. pari exceſſu.

v.8. *Sed certa ſub lege, prioris ſemper vt aſtri Incolumem ſeruet ſummam.*] Ea lege omnia hæc creſcant per adiectionem acceſſus, vt ſemper antecedentis ſigni aſcenſio incolumis ſeruetur, & illi adiectus exceſſus ſequentis ſigni aſcenſionem componat.

v.10. *His vſque ad denas horarum partibus auctis.*] Hic & infra Manilius vſurpat augere pro multiplicare. Ad commodiorem computi vſum iubet partes horarias per dena multiplicare: puto, quia 90 cæpit pro quindecim: 54 pro nouem: aſſem, id eſt totum tempus 144. Nam hora eſt duodecim vnciarum, vt habes apud Plinium. Sic duodecim horæ ſunt duodecies duodecim vnciarum: quæ in rationem quinque ad tria diuiſa dant 90 pro maximo arcu diurno, 54 pro minimo diurno, aut nocturno. Ergo ſexta pars maximi arcus 15, minimi 9. Ad commodiorem calculum iubet aſſumi 1440 pro 144, & quidem 144, pro 288. Nam ἐν νυχθημέρῳ integro ſunt 288 vnciæ, non 144. Sed omnia ad compendium & commoditatem computationis. Quod autem de die maxima xv horarum loquatur, non de alia, mox infra ex ratione ſtadiaſmi patebit. quæ omnia ne Sibylla quidem intelligebat, & tamen qui hæc tam facili genere tradita percipient, quiduis molientur, vt perſuadeant aliis, ſe hæc ante nos ſciuiſſe, imo ſi poſſint, a ſe nos didiciſſe.

v.11. *Per totidem Libræ decreſcent ſidera partes.*] Quam inſigne mendum, quam facile etiam oculatiſſimis imponere poſſet? Legendum enim:

His vſque ad denas horarum partibus auctis

Per totidem a Libra decreſcent ſidere partes.

Sic infra de Libra, & de eadem re:

Ex illa totidem per partes ſic breuiantur.

Nam a Libra incipiunt decreſcere per totidem partes, quot creuerant, vt habes in diagrammate.

Et quantis

v. 12. *Et quantis in vtrumque modis tolluntur ad ortus*] In vtrunque modum, oblique & recte. Quantis modis, id eſt menſuris temporum oriuntur oblique, tantis menſuris recte occidunt. Hoc eſt, quod dicit *diuerſam in ſortem*. Nam quæ oriuntur recte, occidunt oblique, & contra. A Libræ ſidere contrario modo oriuntur & occidunt oppoſitis ſuis. Libræ ortus eſt æqualis occaſui oppoſiti eius, nempe Arietis; occaſus Libræ æqualis ortui Arietis. Aries oritur oblique horariis ſcrupulis 70′, occidit recte ſcrup. 170. Contra Libra oritur recte ſcrup. 170. occidit oblique ſcrup. 70′.

Ibid. *Quantis modis.*] Quot modis. *quanti ſumus*, quot ſumus Tertullianus dixit.

v. 14. *Hac erit horarum ratio ducenda per orbem.*] Dupliciter putabantur modi anaphorici, per horas & per ſtadia. Horarum ratione abſoluta, nunc ad ſtadiaſmum pergit, quæ methodus eadem cum ſuperiori; vt mirer, quid illi fuerit conſilij, vt eundem modum nihilo quidem diſcrepantem a priore iterum retractet. Satis mirari non poſſum. Poterat dicere: quæ ratio eſt aſcenſionum in horis, eadem eſt in ſtadiaſmis. Itaque experiamur.

v. 15. *Sidera quæ oſtendit quæ oriantur quæque cadantque.*] Longe aliam lectionem præfert Gemblacenſis:

Illa quod ſtandis oriantur quaque cadantque.

Et procliue quidem eſt diuinare *quod ſtandis* pro *quot ſtadiis* perperam exaratum fuiſſe. τὸ *Illa*, id eſt, ratione. Bonincontrius innouauit: *Illa quoque in ſtandis.* Iubet eandem rationem conferre ad Zodiacum orbem, quem veteres in ſtadia diuiſerunt, vt ex illa ratione ortus & occaſus in ſtadiaſmis expendantur. Hæc ratio, inquit, a nobis excogitata erit referenda ad ſtadiaſmum Zodiaci orbis, vt illa ratione expendatur quot ſtadiis quæque oriantur, & cadant. Vetuſtiſſimi Ægyptij orbem, quem hic memorat, id eſt Zodiacum, in ſtadia 7704000 diuidebant, quæ fiunt miliaria Italica 963000, Germanica 1540800. Signũ in 642000. gradum in 21400. Vſum horum ſtadiorum tacet Firmicus, qui coniectus fuit hactenus hæc de illis ſcribere libro VIII: *Pars igitur Signi viginti vnum millia & quadraginta ſtadia habet.* Sed legendum *quadringenta*. Puto quia totidem ſtadiorum ambitum terræ definiebant, in quot ſtadia cæleſtia vnum ſignum oriebatur, in

totidem terreſtria eius vim extendi. Neque profecto ſtadiaſmum ſignorum appoſuiſſet Manilius, niſi eius vſum aliquem in hac arte ſita eſſe ſibi conſcius fuiſſet. Qui autem aſſumitur numerus ſtadiorum in aſcenſionibus, arbitrarius eſt, & ſecundum numerum, qui in rationem maximæ, & minimæ diei ſecatur, deligitur. Exemplum: Ad methodum diei maximæ & minimæ Ægypti aſſumitur duodenarius, qui in 7, & 5, quæ ratio eſt maximæ & minimæ diei, ſecandus eſt. Ille igitur duodenarius pro arbitrio in mediocrem ſummam multiplicatur, puta in 60, vt fiant 720 numeri, aut in 90, vt ſint 1080, ad expeditam ſcilicet methodum: quia quo breuior ſumma, eo tractabilior. Hoc facto videbant quam rationem haberent 1080 ad 770400, vt referrentur ad vſus ſuos. Sic in exemplo ſtadiaſmi, quod poſt hanc tractationem ponet, ſumma ſtadiorum eſt 720. In hac autem doctrina, quæ nunc eſt præ manibus, ſtadia ſunt tantum 320, nimirum pro ratione aſſumpti numeri octonarij. Nam ratio maximæ diei ad minimam Romæ eſt vt quinque ad tria: & proinde numerus aſſumendus & ſecandus in eam rationem eſt octonarius. Octo igitur in arbitrarium aliquem numerum, puta octaginta, ductus producit 320. & ſectus in rationem quinque ad octo dabit 200 maximæ diei arcum, 120 autem minimæ diei. ſexta pars maximi arcus, ſtadia 33. 20′. minimi, 20. 0′. Sed commodioris computationis gratia multiplicentur in nouem. Ita 300 erit ſexta pars arcus maximi diurni pro aſcenſione Leonis, 180 ſextans minimi arcus pro aſcenſione Tauri. Differentia 120. Triens 40, qui erit exceſſus progreſſionis, vt habes in diagrammate. Ita illi veteres nunquam apponebant horaria aſcenſionum tempora ſine ſtadiaſmis, vt videbimus alibi in exemplo a Manilio producto.

v. 16. *Quæ quum tercentum numeris vicenaque conſtent.*] Hoc eſt 320, non 360, vt putat Bonincontrius, & de gradibus dictum vult, in quos ſecatur circulus Zodiacus. Repetit enim bis τὸ *ter.* quod neq. ratio loquendi, nec mens auctoris patitur. Delitiũ eſt.

v. 17. *Detrahitur ſumma tota pars.*] Tota priore correpta τοσού-τη, cui e regione reſpondet *Quota.* Tertullianus de anima, cap. XXXVII: *vt quoto die dedicata Dei conditio, toto menſe interdum producatur Dei imago.* Sed aliter accipit Tertullianus, ac Manilius. Manilio enim *tota* eſt τοσότῃ tanta. Tertulliano *totus* eſt πᾶντος.

Sed

Sed & apud eundem Tertullianum *totus* eſt πανδὸς, in Valentinianos: *Cæterum tota in adytis diuinitas, tot ſuſpiria Epoptarum, totum ſignaculum linguæ ſimulacrum membri virilis reuelatur.*

Ibid. *quota demit vtrumque.*] *vtrinque.*

v. 18. *æſtiua nomine noctis.*] *momine noctis.* Totũ locũ ita concipe:

Detrahitur ſummæ tota pars, quota demit vtrinque
Omnibus ex horis æſtiua momine noctis,
Solſtitium ſummo peragit quum Phœbus Olympo.

Hæc non cuiuis ſunt obuia. Sed modo patebunt. Ex tota ſumma, inquit, ſtadiorum 320 tota pars, id eſt, ea pars proportionatis demitur, quam demit Sol ex omnibus horis, nempe integri νυχθημέρυ, quæ ſunt 24, quando conficit Solſtitium: & quidem illæ ſunt xv horæ Romæ: quæ eam rationem habent ad totam ſummam 24 horarum, quam 200 ad 320. Ergo 200 erit arcus maximæ diei, & reliquus de ſumma 320, nempe 120, erit arcus minimus diurnus. Igitur tota pars detrahitur de 320, quotam partem aufert maxima dies ex 24 horis. Ablatis igitur 120 de 320, remanent 200, arcus maximus diurnus.

v. 20. *Quodque bis exuperat demptis.*] Demptis 120 de 320, quod exſuperat, nempe 200.

Ibid. *id ducito in æquas Sex partes.*] Itane ducito? Quid hic multiplicatio? Imo me hercle diuidito. Et profecto Manilius ſcripſit. —*id didito in æquas Sex partes.*— Sic antea de eadem re:

Quod diſcrimen erit, per tris id diuide partes.

v. 21. *ſextamque ardenti trade Leoni.*] Sexta pars τῶν 200, ſunt 33. 20′. quæ ob commoditatem in nouem ducta fiunt 300, vt habes in diagrammate.

v. 22. *Rurſus qui ſteterit numerus ſub nomine noctis.*] *ſub momine.*

v. 23. *Eius erit ſigno Tauri illa pars dicenda.*] *dicanda.* Qui numerus fuerit ſub momento minimæ noctis, vel minimæ diei, eius illa pars, id eſt ſexta, erit Tauro dicanda. Numerus ſtadiorum minimæ noctis 120. Sexta pars 20 in 9 ducta fiunt 180 pro aſcenſione Tauri.

v. 24. *Quodque hanc exuperat partem.*] Id eſt diſcrimen, ſiue exceſſus inter 300, & 180, quæ ſunt 120.

v. 26. *Tertia pars eius.*] Tertia pars eius diſcriminis, nempe τῶν 120, hoc eſt 40, addita numero Tauri, nempe τοῖς 180, dat aſcenſionem Geminorum 220.

v. 27. *ſimili tunc cætera lucro.*] Simili exceſſu τῶν 40. Patet ex ipſo diagrammate.

v. 29. *Augebuntque nouem numeratas nomine ſummas.*] Peſſime deformatus locus. Sed codici Gemblacenſi gratia habenda, qui ſub inuolucris latentem veritatem præfert. Habet enim:

Augebuntque nouem vicinas munera ſummas.

Sed τὸ *munera* ex alia lectione vitioſa *numeratas* conflatum. omnino legendum:

Augebuntque nouem vicinas momina ſummas.

Nouem momenta, ſiue numeri augebunt, multiplicabunt viginti ad commoditatem computationis, vt ſupra in horis fecimus. Nam & hic quoque 20, quæ Tauro debebantur, in IX duximus; ad expeditum calculi vſum.

v. 30. *Donec perueniant ad iuſta tempora Libræ.*] Gemblacenſis: *ſidera Libræ.*

v. 31. *Ex illa totidem per partes ſic breuiantur.*] Idem ſupra:

Per totidem a Libræ decreſcunt ſidere partes.

v. 32. *conuerſaque nomina lege accipiunt.*] Legendum:

——— *conuerſaque momina legem Accipiunt.* ——— Accipere legem victi a victore ſolent. Itaque ait, dies, qui vicerant, viciſſim a victis vinci, vt fiat καδμεία νίκη.

Pag. 71. v. 1., *Hac via monſtrauit.*] Gemblacenſis *monſtrabit.* & merito. nondum enim produxit. exemplum ſtadiaſmorum Cnidi, quod faciet alibi. Atque hactenus methodus aſcenſionum καθ' ὁμαλὰς αὐξομειώσεις, quam methodum ſuam eſſe dicit. Nos aliam paulo ante dedimus. Sed mirum de aſcenſione Arietis tacuiſſe in vtraque methodo, horarum, & ſtadiaſmi. Nos oſtendimus in noſtra methodo, exceſſum detrahendum eſſe ex triente arcus ſemidiurni minimi, eamque fore aſcenſionem Arietis & Piſcium.

v. 2. *& numerare ſuos ortus per ſidera cuncta.*] Numerare aſcenſiones ſignatim per ſtadiaſmum.

v. 3. *Quod bene cum propriis.*] Quod ſimul bene acceptaueris cum propriis horis; nunquam te effugiet Horoſcopus.

v. 5. *Quum poterunt certis.*] Nunquam te effugiet Horoſcopus, quum horas diei auferes ab Horoſcopo, non attribuendo ſignis binas, ſed tot, quot debentur eorum aſcenſionibus ex doctrina tradita. Hæc non intelligit Bonincontrius referens ad modum vulgarem

vulgarem. Longe diſcedit a mente auctoris. Sed non pauci doctiores illo longe turpius hallucinati eſſent.

v. 7. *Nunc quibus hiberni.*] Vltimis verbis diſputationis dixit iam tuto poſſe Horoſcopum haberi, ſi ex horis propoſitis deducamus aſcenſionum horaria momenta, quemadmodum tradita ſunt, initio ducto a loco Solis, & in quo conſiſtit numerus, ibi eſſe Horoſcopum. Sed horæ variant, vt ipſe longa hac diſputatione nos docuit. Quæ incrementa horarum quibuſque accedant aſcenſionibus, docuit: at quæ incrementa & decrementa horarum ipſarum ſint, non docuit. Hoc igitur debet in anteceſſum dare, ne ſemper eundem horarum modum vſurpemus. Horæ enim diurnæ ſolſtitiales ſunt longiores diurnis brumalibus, & nocturnæ brumales longiores nocturnis ſolſtitialibus. Ne huic parti deeſſet, pergit ad incrementa horaria, initio facto, vt debet, a bruma. Ab ea enim incipiunt dies creſcere.

Ibid. *Nunc quibus hiberni.*] De incrementis horarum dicturus ab eo tempore incipit, vnde & ipſa incrementa dierum, a brumalibus diebus ſcilicet. quæ decrementa dierum & incrementa Vitruuius breuitates & depalationes vocat.

v. 9. *niuei dum vellera ſigni Contingunt.*]. *Contingant.* ———

v. 13. *noctiſque per horam.*] Omnino legendum *per horas.* Menſura enim dierum & noctium per horas colligitur.

v. 14. *Quam ſummam quoque.*] Quid velit, non eſt obſcurum nobis. Sed quod nobis menda vacare videbatur, id vero mendoſiſſimum prodidit liber Gemblacenſis. In eo ita ſcriptum fuit:

Quam ſummam quoque adiuſto ſuperauerit vmbras.
Ac trepident. ———

Nulla fere licentia hæc indubitata lectio eruitur:

Principio capienda tibi eſt menſura diei,
Quam minimam Capricornus agit, noctiſque per horas,
Quam ſummam: quoque ab iuſto ſuperauerit vmbra,
Ac trepident luces, eius pars tertia ſigno
Tradenda eſt medio ſemper. ———

Non erat locus in Manilio, cui tam male affecto minus ſuccurri poſſet ſine ope manuſcriptorum. Primo, inquit, menſuram capere debes ſummæ noctis, & minimæ diei, tempore brumali. & illius exceſſus, quo nox diem ſuperat, tertia pars tradenda eſt medio ſigno. Sed hæc paulo fuſius explicanda. Nam impendio

nugatur Bonincontrius. Sed quod ſolemus ſemper dicere, a culpa eum liberant ingenia huius æui, quæ quum ſe omnibus præſtare putant, minus hæc aſſequerentur, quam Bonincontrius. Ita incrementa horarum capiebant veteres. Diſcrimen inter maximam & minimam noctem in duodecim vncias diuidebant. vnciam tribuebant Capricorno, ſextantem Aquario, quadrantem Piſcibus, eundem quadrantem Arieti, ſextantem Tauro, vnciam Geminis. Cleomedes: τῷ μὲν πρώτῳ μηνὶ δωδέκατον αὔξεται τῆς ὅλης ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ἡ μεγίστη τὴν ἐλαχίστην ἡμέραν. τῷ δὲ δευτέρῳ ἕκτον. τῷ δὲ τρίτῳ τέταρτον. τῷ δὲ τετάρτῳ ὁμοίως τέταρτον. τῷ δὲ πέμπτῳ ἕκτον. τῷ δ' ἕκτῳ δωδέκατον. Subiicit exemplũ diei maximæ xv horarũ, & minimæ ix, quæ eſt ratio ſub Romano cælo. ejus exẽpli diagramma appoſuimus per incrementa, & decrementa horaria. Aliter non capies Manilium.

TABVLA INCREMENTORVM, ET decrementorum horarum.

	Scrupla Horaria		
♑	570	30	
♒	630	60	
♓	720	90	ADDE
♈	810	90	
♉	870	60	
♊	9000	30	
♋	870	30	
♌	810	60	
♍	720	90	MINVE
♎	630	90	
♏	570	60	
♐	540	30	

v. 13. *Quam minimam Capricornus agit.*] Vt dierum incrementa, ita vmbrarum decrementa rite capiuntur a bruma. Plinius libro XXXVI. cap. X. *ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem, cui par fieret vmbra Romæ confecto die ſexta hora.* Mendoſe. Corrige: *ſtrato lapide ad magnitudinem, cui par fieret vmbra brumæ confecto die.* Nam quantam vmbram faciebat obeliſcus die brumæ in meridie, tantum ſtratum lapideum erat, quod pro amuſiuo horario aſſumpſit, cuius gnomon erat obeliſcus ipſe. Itaque non ad obeliſci magnitudinem ſtratum erat, ſed ad eam magnitudinem, cui par obeliſci vmbra fieret die brumæ. Quis non ſibi perſuadebat ſe illum locum Plinij intelligere? Nos ex eo duo notabilia mẽda ſuſtulimus.

v. 14. *Quo que ab iuſto ſuperaueris vmbra, Aut trepident luces.*] Et qua quantitate aut nox ſuperauerit, aut dies defecerit, eius pars tertia danda eſt ſigno medio. Vide totumne diſcrimen maximæ & minimæ diei accipias, an dimidium. Eodẽ enim res recidit. ſed nomina partiũ mutantur. Nam totius duodecima eſt ſextans dimidij. totius ſextans, eſt triens

dimidij. Vt hic quam nos diximus duodecimam totius, eam is vocat ſextantem dimidij. Differentia maximæ & minimæ diei Romæ, horæ ſex. duodecima ſunt ſcrupula triginta: quæ & ſunt triens trium horarum.

v.15. *Et crepitent.*] Inepte. Nos olim emendauimus *trepident.* Confirmauit Gemblacenſis. Superare & trepidare contraria, ὑστερίζειν ϗ ὑπερεῖν. Nam quod deficit, trepidat a ſumma. Dies igitur dicitur a iuſto trepidare, quidquid deſciſcit a die æquinoctiali, hoc eſt a XII horis.

Ibid. *pars tertia ſigno.*] Pars tertia eius, quo vmbra ſuperat, aut lux trepidat, tradenda eſt Aquario. Nox maxima ſuperat minimam diem Romæ ſex horis, æquinoctialem autem tribus. Hic igitur intelligitur de exceſſu noctis maximæ ſupra noctem æquinoctialem, aut, quod idem eſt, de defectu diei minimæ a die æquinoctiali. Tertia pars trium horarum eſt hora, vel 60 ſcrupula, vt habes in diagrammate.

v.16. *qua ſorte retenta Dimidio vincat primum.*] Aquarius acceptis 60 ſcrupulis ea ſumma vincit Capricornum, qua ipſe vincitur a piſcibus. Nam 30, 60, 90 ſunt in progreſſu arithmetico: & vt Aquarius 30 ſcrupulis ſuperat Capricornum, ita ipſe viciſſim vincitur totidem a Piſcibus.

v.19. *His opibus tria ſigna etiam.*] Gemblacenſis:
His opibus tria ſigna valent. Sic paulo poſt:
——— *ita ſumma diebus.* Eſt epilogus.

v.20. *ſed ſumma prioris Accedit numeri coniuncta ſequentibus aſtris.*] Supra de ſimili progreſſu arithmetico idem extulit:
Sed certa ſub lege, prioris ſemper vt aſtri
Incolumem ſeruet ſummam, creſcenſque nouando.

v.21. *Ceſſerit vt ternis.*] Tota perioche ita diſtinguenda:
——— *Sed ſumma prioris*
Accedit numeri coniuncta ſequentibus aſtris,
Ceſſerit vt: ternis fuerit ſi longior horis
Brumali nox ſorte die. ———

Hæc incrementa, inquit, ita intelligenda accedere, vt tamen ſumma prioris ſigni maneat. Verbi gratia Capricornus in principio habet 540 ſcrupula horaria, id eſt nouem horas abſolutas. In fine accedentibus 30 ſcrupulis fient 570 ſcrupula, quibus 60 accedant, fient 630 ſcrupula in fine Aquarij. Ita ſemper ſumma

prioris ſeruatur, cui accedente exceſſu conflatur ſumma ſequentis, vt fit in omni progreſſu arithmetico. Neque aliter ſentiebat in doctrina horariorum progreſſuum.

Sed certa ſub lege, prioris ſemper vt aſtri
Incolumem ſeruet ſummam. ———

v.21. *Ceſſerit vt.*] Prout ceſſerit diſcrimen inter maximam & minimam diem. puta, ſi exceſſus ille fuerit trium horarum, vt Romæ. Exemplum idem ſubiicit, quod nos.

v. 22. *Brumali nox forte die.*] τὸ *forte* eſt exempli gratia: ὡς παραδείγματος λόγῳ.

Ibid. *Capricornus vt hora Dimidia attollat luces.*] Habes in exemplo. Nam ad 540 ſcrupula, id eſt, ad nouem horas, accedentibus 30 ſcrupulis, fiunt ſcrupula 570 in finem Capricorni.

v.24. *Ipſe ſuam proprie dicat.*] Gemblac. *ducat*, vt nos olim.

Ibid. *ſummæque prioris Adiungat.*] Summa prior 570. Accedente hora, nimirum 60 ſcrupulis, fient 630.

Ibid. *ſummæque prioris Accedat.*] Legendum profecto ——— *ſummaque priorum.* Nam 90, quæ accedunt Piſcibus, æquant 60, & 30 priorum.

v.29. *Incipit a ſexta.*] ἀνακεφαλαίωσις methodi traditæ. Primo ſigno horam dimidiam dedimus: ſecundo duplicatam dimidiam: tertio triplicatam, hoc eſt, ſeſquihoram.

v. 30. *Diuiduum.*] Diuiduum διαιρετόν. — Ouidius:

Inſula, diuidua quam facit amnis aqua.

Tempus diuiduum eſt diſtributio horariorum ſcrupulorum in ſigna. Incipit autem a ſexta, quia ſexta pars trium horarum eſt hora dimidia.

Ibid. *triplicant vires.*] Falſiſſimum, legendum:

——— *duplicant vires hærentia ſigna.*

Ibid. *arentia ſigna.*] Ærere, pro hærere, Vmor pro Humor, & alia in hoc auctore. Legendum igitur. — *hærentia ſigna.*

v.31.] *Vltimaque acceptas duplicant.*] Alter error hunc peperit. Alter emendatus huic emendando præiudicium fecit. Nam ſi ibi *triplicant* pro *duplicant*, & hic contra *duplicant* pro *triplicant* poſitum erat.

v.* *Cedere diuerſa.*] Hic verſus alio pertinet.

v.31. *Ita ſumma diebus.*] Epilogus.

v.32. *Nanque Aries totidem.*] Nam Aries accipit 90, quot ſcilicet

ſcilicet habebant Piſces. eaque adiungendo diebus totidem de noctibus deducit, vt ratio poſtulat, vt quod accedat diei, decedat nocti.

v.33. *Quot prius abſtulerant proprio ſub nomine.*] Sic in Apoteleſmatis:

Diuerſaſque ferunt proprio ſub nomine leges.

Niſi vtrobique legendum *momine.*

Pag.72. v.1. *Hora datur Tauro.*] Conſule diagramma.

v.2. *ſic vltima primis Redditur.*] Sic dimidia hora, quæ vltima datur Geminis, compenſat eam, quæ prima data eſt Capricorno.

v.4. *Rurſus & incipiunt.*] Subiunge verſum ſupra a nobis excluſum:

Rurſus & incipiunt propria de ſorte diebus
Cedere diuerſa labentia tempora lege.

Vox diebus præcedit hic verſum, vt eadem antea præcedebat vbi importune poſitum erat. Tempora incipiunt cedere de diebus, & de propria ſorte eorum. Decedunt enim eis, quæ antea accreuerant. & quia a fœnore tranſlatio erat, in eadem perſiſtit.

v.6. *Reſpondent pariterque illis.*] Iſti verſus tam conſtat nobis alienos eſſe huius loci, quam incertum vnde irrepſerint. Loquuntur autem de ſtellarum ſitu, & eundem omnino ſenſum habent, quem illi in Sphæra Mundi:

Ignea deſignat ſpecies atque ignibus ignes
Reſpondent, media extremis atque vltima ſummis.

v.9. *Hac vice diſcedunt noctes ad ſidera brumæ.*] Imo *a ſidere brumæ.* Res ipſa locuples teſtis eſt.

v.11. *Solſtitium tardi quum ſit.*] Lege, *dum ſit.* Ita ſemper loquitur.

v.13. *ſimiliſque redit.*] *ſimilique.* & ἀντὶ εἰσαγωγῇ, niſi mauis *auctu.* quod fortaſſe præferendum. Hactenus doctrina incrementorum & decrementorum horariorum. quæ neque vera eſt, neque per vnum ſignum integrum eadem poſſunt eſſe incrementa horarum: quod tamen hic decernitur. Quotidie enim mutantur ſcrupula horaria. At hic ſolido ſigno vnum idemque decrementum aut incrementum attribuitur. Poſt hunc verſum retrahenda ſunt illa duo capita, quorum prius de horis, alterum de ſtadiaſmo ſignorum. Prius incipit: *Nec tibi conſtabunt.* alterum: *Nunc age quot ſtadiis.* Nam docuit incrementa horarum ab ob-

ſeruatione minimæ diei. Sed quomodo obſeruanda ſit minima dies, non docuit. Hoc igitur ordine ſequi debet. At quam ridicule ſupra connexum erat cum diſputatione in illos inſtituta, qui binas horas ſignis attribuebant. Propter horarum mentionem ſubditum erat hoc caput antecedenti diſputationi, quæ tam conuenit illi, quam horologium cum aſcenſionibus Signorum.

v.14. *Nec tibi conſtabunt.*] Primum iubebat:

Principio capienda tibi eſt menſura diei,
Quam minimam Capricornus agit. ———

Quam viam inſiſtes? Non aliter potes, niſi prius indagaueris diem ipſum æquinoctij. & cur non potius præcipit indagare diem brumæ, a qua incipit & dierum incrementum, & incrementorum diurnorum conſideratio? quia obſeruationes brumæ aut ſolſtitij non ſunt tutæ propter longum Solis tranſitum, qui per quadraginta fere dies ἀναισθήτως videtur in punctis tropicis immorari, vt teſtatur Geminus, quum re vera non moretur, ſed ita nobis videatur. Propterea obſeruatio alterutrius, vel vtriuſque æquinoctij tutior, quam vel ſolſtitij, vel brumæ. Nam obſeruato æquinoctio vtroque tunc facile incrementorum exceſſus colligitur, qui a bruma, ad æquinoctium diſtribuitur eo, quo ſupra inceptum eſt, modo: quanquam falſa ſunt illa incrementa. quæ neque veris arcubus diurnis conueniunt, neque iis, quas methodus Maniliana colligit, aſcenſionibus.

v.17. *Regulaque exactas.*] Gnomonicis rationibus inueſtigationem faciendam præcipit. Regulam vocat, vt Græci Κανόνα ὡριαῖον.

v.18. *Quæ ſegnemque diem.*] Gembl. *Quæ ſignemque diem* — Munit viam ad veram lectionem:

Quæ ſignetque diem ſedes, perpendat & vmbras.

Traiectio: quæ ſedes ſignet diem, & perpendat vmbras.

v.19. *Hæc erit in Libra.*] ἰσημερινὸν ὡρολόγιον. Vitruuius: *In quibuſcunque locis horologia erunt deſcribenda, eo loci ſumenda eſt æquinoctialis vmbra.* ὡρολογίου nomen poſterius eſt. Prius enim πόλος dicebatur, quod poſtea ὡρολόγιον. Athenæus lib. v. πόλον ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Ἀχραδινὴν ἀπομεμιμημένον ἡλιοτροπίου. Ariſtophanes γηρυτάδῃ

Πόλος τόδ' ἐστίν. Εἶτα ποστὴν ἥλιος τέτραπται; ———

Herodotus lib. II. πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες. Erantque prius ὡρολόγια brumalia,

malia, vt Romæ. Primus omnium ἡλιοτρόπιον θεατὸν ἐν Πνυκὶ ſtatuit Meton. Erant autem tam nocturna, quam diurna in vſu iam tempore Menandri: cuius lepida verba extant de quodam inuitato ad cænam hora XII, ex fabula, cui titulus ὀργή.

——— ὅς κληθεὶς πρὸ
εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος, ὄρθριος
περὶ τὴν σελήνην ἔτρεχε τὴν σκιὰν ἰδὼν,
ὡς ὑστερίζων, καὶ παρῆν ἅμ' ἡμέρᾳ.

Nam quum inuitatus eſſet tunc adeſſe, quando δωδεκάπους ἡ σκιά, ipſe experrectus noctu plenilunio, & clariſſimo lumine, putauit non ſolum diem eſſe, ſed duodecimam horam diei confectam, conſpecta vmbra in duodecima linea. quod plane plenilunio accidere ſolet.

v.22. *medio quum currit Phœbus Olympo.*] Repone ex Gemblac. *quod currit.* Medium Olympum vocat Æquinoctialem in duo æqualia hemiſphæria Mundum diuidentem.

v.23. *ſummotus in aſtro.*] Lege —*ſummotus in Auſtros.*

v.25. *vernales vertit in horas.*] *vertit* vertitur Propert. Sed Gemblacenſis habet: *fertur in horas.*

v.26. *ſed nox oblita diei.*] Quatenus nox detrahit diei, videtur ab eo dici obliuiſci diei, *oblita diei.* Sed nox oblita diei, ne ſumma claudicet, compenſat quod diei defuerit. Diurno circulo dato, datur & nocturnus. Nam arcu diurno de aſſe circuli deducto, remanet arcus nocturnus, & contra. In exemplo Manilij propoſito, arcu nocturno 9, de ſolida conuerſione horarum 24 detracto, remanet arcus diurnus horarum 15.

v.28. *Sic in duodenas exit vtrunque.*] Singuli arcus nunquam duodenas horas æquinoctiales reſtituere poſſunt, niſi tempore æquinoctij. Alias aut plurium, aut pauciorum horarum ſunt. Sed vterque arcus coniunctus eſt ſemper bis duodenarum horarum. Hoc eſt, quod vult. Non leuiter autem mirati ſumus in Kalendario ruſtico Romano, quod eſt in ædib. Vallenſib. per omnes menſes noctem cum die compoſitam efficere τὸ νυχθήμερον horarum XXV, non XXIV. In Ianuario. DIES HOR. VIII, S. NOX HOR. XIV. S. quæ ſimul componunt horas XXV. Sic in menſe Martio: DIES HOR. XII. S. NOX HOR. XII. S. Ergo τὸ νυχθήμερον eſt horarum XXV. Sic per omnes menſes. Et tamen nullus antiquarius hæc monuit.

v.31.

v.31. *Donec ad ardentis pugnarint.*] Gemblac. *pugnarunt.* Pugnare τὸ παραλλάττειν. Iam indicauimus.

v.32. *Atque vbi.*] *Atque ibi.*

Pag. 73. v.3. *quarum ratio manifeſta per artem Collecta eſt.*] Quarum diuerſitatum ratio collecta eſt per artem ſupra a nobis traditam, & exemplo illuſtratam.

v.4. *venietque ſuo per carmina textu.*] Statim ſubiiciet. Intelligit enim exemplum horarum aſcenſionalium cum ſtadiaſmis. de quibus mox. Ex illo enim exemplo colligitur horarum & temporum variantia.

v.5. *Atque hac eſt illas cali menſura per horas.*] Scribe *per oras.*

v.6. *Qua rigat æſtiuus gradibus.*] Profecto legendum :

Quas rigat æſtiuis grauidus torrentibus amnis Nilus. ———

Nilum grauidum æſtiuis torrentibus dicit ex opinione eorum, qui putant incrementa Nili ex torrentibus Æthiopiæ fieri: quod & multi veterum ſcripſerunt, & verum eſt. Quod hic *gradibus* ſcriptum fuit, attribuendum vitioſæ conſuetudini ſcribentium *grabidus* pro *grauibus.* Alioqui ſi voluiſſem eſſe ſtultorum more moleſtus, ſomniaſſem gradus τοῦ ἡλιοσκοπίου, qui in columna ſcalpti erant: & futilem coniecturam mihi blanditam pro vera accepiſſem. Sed quod dicit :

Atque hac eſt illas cæli menſura per oras, Quas rigat, &c.

fugit noſtrum ratio. Non enim menſura diei maximæ in Ægypto eſt horarum æquinoctialium 14. 30′, ſed ea maxima dies eſt in regionibus, in quibus polus attollitur ad grad. 36, & vſque ad partes Græciæ. Nam ſi rationem propius putemus, dies maxima Alexandriæ eſt hor. 14. 1′. 12″. Eius enim arcus maximus diurnus eſt grad. 210. 18′. At hæc menſura, quam ponit noſter, eſt Cnidi & Rhodi. quod & me tacente loquuntur, Plinius, Ptolemæus, alij. Cnidi maximæ diei arcus eſt graduum 216. 50′. hoc eſt, horarum 14. 27′. 20″: quod parum differt ab hoc modo horario. Quæ de Sphæra Mundi & horariis rationibus docet Manilius, omnia ex Eudoxo hauſit. Omnes enim ſphæræ Græcorum ad inclinationem 36 grad. fabricabantur, vt teſtatur Leontius Mechanicus, nimirum ad circulum Arcticum Cnidi, vbi Eudoxus ſuum ἔνοπτρον ſcripſit, quæ & erat eius patria. Neque ſolum in patria ſua Cnido, ſed etiam in Cyzicenis & Helleſponti tractibus ſcripſit. Quum eſſet in patria ſua &

ἔνοπτρον

ἔνοπτρον ſcriberet, polum ibi attolli dicebat ad VI partes, qualium XV quadrans circuli eſſet. Sic quum eſſet in Helleſponto, aut in Cyziceni partibus, maximam diem ad minimam eam habere rationem dixit, quam quinque ad tria: quod diſtinguere neſciuit Aratus, qui Arcticum definit capite Draconis, hoc eſt 37 grad. a polo: diem autem maximam ad minimam rationem habere dicit, quam quinque ad tria. quæ non poſſunt conuenire illis tractibus, in quibus polus ad 37, ſed in quibus ad 41 grad. attollitur. In Helleſponti partibus diu degiſſe & ſummo in honore fuiſſe ſcribit & Laertius. Itaque in patria ſua ἔνοπτρον ſcribens ortus & occaſus ſtellarum deſignat aliter ac in alio opere, quum eſſet in partibus Cyzici. Diuerſi enim Orizontes ſunt, diſcrimine graduum quinque & amplius. Non igitur in eodem tempore oritur Arcturus Cnidi, quo in Helleſponto, & Cyzici partibus. Sed vnde noſtro tam inſignis hallucinatio, vt attribuat Ægypti partibus, quod Cnido, aut Rhodo conuenit? Dicam vere. Eudoxus cum Platone diu inter Ægyptios ſacerdotes verſatus, penes quos aſſeruabantur arcana aſtronomiæ, tandem ea, quæ ab illis didicerat, popularibus ſuis publicauit, & hanc Ægyptiorum non ſuam doctrinam eſſe teſtatus eſt. Laertius de ſcriptis Eudoxi: οἱ δὲ γεγραφέναι μετ' Αἰγυπτίοις τῇ αὐτῶν φωνῇ· τοῦτον δὲ μεθερμηνεύσαντα ἐκδοῦναι τοῖς Ἕλλησι. Quæ igitur ex Eudoxo citabantur, Græci Ægyptiacam, Latini barbaricam rationem vocabant. Quia vero omnia ab Eudoxo ſcripta Ægyptiacam doctrinam eſſe putauit Manilius, etiam quæ de patria ſua intelligebat Eudoxus, ea is de Ægypto accipienda eſſe putauit. Hæc erroris anſa Manilio fuit. Niſi dixerimus climata Ægypti & Rhodi confundi ſolita a veteribus illis. Nam Firmicus eandem menſuram maximæ diei attribuit climati primo, id eſt, Ægypti, & ſecundo, id eſt, Babylonio, & vicinis regionibus. Viſe locum libro primo, cap. XIII. *In climate primo, hoc eſt, Æthiopia.* Repone ex manuſcripto, *hoc eſt, Alexandriæ*, &c. Hæc ratio melior priore.

v. 7. *imitatur ſidera Mundi.*] Septem planetas.

v. 9. *Nunc age quot ſtadiis.*] Supra in doctrina temporum aſcenſionalium docuit quot ſurgant in quoquo loco cedantque per horas Signa. hic vero eius doctrinæ vnicum adfert exemplum. Et quemadmodum ibi doctrinæ horarum aſcenſionalium ſubiecit doctrinam ſtadiaſmi, quæ eadem eſt, ita etiam hic vni

exemplo horarum Cnidij tractus ſubiicit exemplum ſtadiaſmi eiuſdem tractus. Neutrum enim eſt Ægyptiaci ſoli, quod ipſe putat, ſed Cnidij. Nam hora maxima, quam nunc retulit, ad minimam, eam rationem habet, quam 19 ad 29. ea enim eſt ratio 14. 30', ad 9. 30'. Eſt autem in ſtadiaſmi exemplo ratio maximæ diei ad minimam, quæ trium ad duo. Sic fere eſt 29 ad 19. Nam ſunt pene 30 ad 20. Quare idem eſt. In exemplo horario dies maxima eſt horarum 14. 30. Hic vero eſt, 14. 24. Neque tam exacta harum rerum fides ab hoc auctore exigenda eſt. Sic etiam Firmicus, loco ſupra a nobis adducto, Ægypti climati, & Babylonio maximam diem ex ratione aſcenſionum, hor. 14. 24 aſſignat.

v. 10. *Sidera quoque cadant.*] Scribe *quotque cadant.* quot ſtadia. Supra:

Quot ſurgant in quoque loco cedantque per horas,

Ne magna in breuibus.] Tolle τὸ *in.* *Ne magna breuibus.* Poſitio ſyllabæ committitur in ſequenti. Supra:

Quæque loca triplici ſignarit linea ductu.

Cõpendia ne careant breuibus dictis. Hoc eſt, quod ſuperius dixerat:

Vt breuia in longo compendia carmine præſtem.

v. 13. *Dena quater ſtadia.*] In hac æquabili ratione aſcenſio

STADIASMI ANAPHORICI SECVNDVM æqualem modum. | STADIASMI ANAPHORICI SECVNDVM rationalem modum.

ORTVS. OCCASVS.

Stadia	Hor. 1.	Gra.			Stadia	Hor. 1.	Gra.	Grad. 1.	Hor. I. II.
40	1. 20	20	♓	♈	80	2. 40	40	19. 24	1. 17. 36
48	1. 36	24	♒	♉	72	2. 24	36	22. 54	1. 31. 36
56	1. 52	28	♑	♊	54	2. 8	32	29. 17	1. 57. 8
64	2. 8	32	♐	♋	56	1. 52	28	35. 7	2. 20. 28
72	2. 24	36	♌	♏	48	1. 36	24	36. 54	2. 27. 36
80	2. 40	40	♎	♍	40	r. 20	20	36. 24	2. 25. 36

Leonis

Leonis eſt ſemper ſexta pars arcus diurni maximi, aſcenſio Tauri item ſextans arcus minimi diurni. Ergo inter ſe habent rationem, quam maxima dies ad minimam, per XII quinti Elementi Euclidis. Aſcenſio Leonis 72 ſtadia. Aſcenſio Tauri 48. Quæ habent inter ſe rationem, quam tria ad duo. In hoc igitur tractu, in quo collecti ſunt iſti ſtadiaſmi, maxima dies eſt hor. 14. 24′, minima 9. 36′. Quæ omnia congruunt ſuperiori exemplo, minimo diſcrimine, vtpote 6 ſcrupulorum. Porro dedimus tibi diagramma horum ſtadiaſmorum cum horis, quas aſſignat Manilius. Adiecimus cumulum gradus ipſos, quibus non vtitur Manilius. Ergo inſiſtamus viam, quam ſupra nobis præiuit Manilius. In omni collectione anaphoricorum temporum aut graduum, ſumma omnium ſemper componit ſemicirculum. Vt hic ex gradibus componitur ſemicirculus 180 graduum, ſtadiorum vero 360. Ergo totus circulus eſt ſtadiorum 720. Ratio, vt diximus, maximæ diei ad minimam, vel aſcenſionis Leonis ad Taurum, eſt vt tria ad duo. ſectis 720 in rationem trium ad duo, habemus 432 pro arcu maximæ diei, 288 pro arcu minimæ. ſexta pars vtriuſque, 72 quidem erit Leoni attribuenda, 48 autem Tauro. Differentia vtriuſque 24. triens 8: qui erit exceſſus huius progreſſionis, vt detractus quidem ſemel ex 48 det 40 aſcenſionem Arietis, additus autem ſemper det reliquas. Ita ſecto ſemicirculo horario in horas 12 æquinoctiales, vel 1440 ſcrupula in eandem rationem, habebimus ſcrupula 864 pro arcu maximo, 576 pro minimo. ſexta vtriuſque pars ſcrupul. 144, ſiue hor. 2. 24 pro Leone, ſcrupula 96, vel hor. 1. 36′. pro Tauro. Differentia 48 ſcrupula. Triens 16. ſcrup. qui eſt exceſſus. Nemo negauerit antea & methodum Manilianam, & ſtadiaſmos ignorata fuiſſe.

Ibid. *Dena quater ſtadia.*] Hic circulus eſt ſtadiorum 720 in eleuatione Cnidi aut Rhodi. Supra erat 320 in eleuatione Romæ. Ergo ratio ſtadiaſmi arbitraria fuit. Quia ratio maximæ diei ad minimam eſt vt tria ad duo, ergo numerus erit quinque: & proinde quinarius cum 144 multiplicatus eſt ad commodiorem methodum.

Ibid. *duplicataque ducit Quum cadit.*] Signa oblique orientia recte cadunt & contra. Aries oblique oritur. ergo recte occidit. Signi cuiuſuis occaſus eſt æqualis ortui ſigni oppoſiti, & contra.

In Cnidio tractu Aries oritur grad. 19. 24′. Libra grad. 36. 34′. Ergo Libræ ortus eſt æqualis occaſui Arietis. In hoc ſtadiaſmo Aries oritur ſtadiis 40, Libra 80. Ergo 80 ſtadiis occidit Aries.

v. 15. *quum cætera ſigna Octonis creſcunt ſtadiis.*] Alij dicerent *quum creſcant.* Sed probum eſt *quum creſcunt.* Ennius:

——— *quom volito viuo' per ora virom.*

v. 17. *Et totidem amittunt.*] Aſcenſionibus accedunt octona ſtadia occaſibus decedunt. Patet ex diagrammate.

Ibid. *gelidaſque rigentia.*] Legendum haud dubie *vergentia in vmbras.* Gelidum ſolet vocare, quod Solis aut ſtellarum lumine priuatum eſt. In Sphæra:

Et gelidum extremo lumen ſentimus ab igne:

hoc eſt, languens a luce. Sic frigidum eſt ἄναςρον.

Frigida cæruleo contorquet lumina vultu.

v. 19. *Tertiaque in quarta parte ſi ducitur eius.*] In Gemblacenſi nihilo ſanior eſt locus. ——— *in quarta parte ſic ducitur eius.* Sed non magnæ molis eſt veram lectionem ex illis veſtigiis odorari.

Tertiaque in quartas partes inducitur eius.

Quadrans horæ, inquit, accedit reliquis quinque aſcenſionibus, & præter quadrantem illum, tertia pars eius quadrantis inducitur in quartas, id eſt, in quadrantes ipſos. Nam quadrans horæ ſunt xv. ſcrupula: tertia pars quadrantis quinque ſcrupula: quæ in ſingulas quartas in ſequentibus erogantur. Ergo quum ſcrupula ſingula accedant ſingulis quartis, ſiue quadrantibus, iam non quadrans erit, id eſt, xv ſcrupula, ſed xvi, exceſſus accreſcens ſingulis horariis temporibus aſcenſionum. Obſcurus locus antea, nunc, ni fallor, illuſtratus eſt. Sed Bonincontrio & hic quoque ignoſcimus. Hanc veniam illi impetrarunt ij, qui hæc ignorant, & tamen omnia videri volunt ſcire.

v. 22. *Quum ſubeant orbem.*] Hic τὸ *ſubire* eſt occidere. Alioqui in Sphæra Mundi ſubire eſt aſcendere, quod Hiſpanicum idioma retinuit:

Qua caderet, ſubeat cælum, rurſumque reſurgat.

Plinius libro 11. *Decidunt imbres, nebulæ ſubeunt.* Inde *Subiices nubes*, quia ſubeunt ſublimia, vt exprimant Græcum μετέωρα. Difficile eſt conſtituere vtram ſignificationem vindicet in illo verſu:

Dictat

Diſtat enim ſurgantne eadem, ſubeantve cadantve.

Nam vtrunque & quidem contrarium deſignare poteſt. Eſt enim medium conſtitutum inter ſurgere,& cadere:vt alterutrius extremi eſſe poſſit. Non eſt nouum in Latinitate eiuſcemodi compoſitorum duas contrarias notiones eſſe, vt immixtum ἀμιγὲς ϗ μικτόν. Et alia, quæ ſtudioſi adoleſcentes melius meminerint, quam ego.

Ibid. *rurſuſque ad ſidera Libræ.*] Scribe: *rurſuſque a ſidere Libræ.* eundem errorem ſupra in doctrina horarum caſtigauimus.

v.26. *Occiduuſque Aries ſpatium tempuſque oriendi.*] Quomodo conuenire poſſunt hæc duo, *occiduus* & *oriendi*? Contraria enim ſunt, tanquam occidere,& oriri. Sed Manilius ſcripſit:

——— *tempuſque ruendi Quod dabat.* Ruere diem aut noctem Oceano, ſolennis poetarum locutio. ——— *ruit Oceano nox.*

v.27. *in tantum Chelæ cum ſurgere perſtat.*] Emendauimus olim. ——— *in tantum Chelæ conſurgere perſtant.* Aſſentitur Gemblacenſis. Signa κατὰ συζυγίαν, hoc eſt, æqualiter a punctis æquinoctialibus diſtantia, ſunt ἰσανάφορα. hoc eſt,æquales ortus & obitus habent; quibus ſcilicet contingit recte oriri, & oblique occidere, aut contra. Virgo & Chelæ, ſiue Libra æqualiter a punctis æquinoctialibus abſunt. Ergo ἰσανάφορα, &c.

v.30. *Iam facile eſt ſiquod quandoque.*] *Quod quandoque, quæ quandoque*, Maniliana ſunt, redundante τὸ *quandoque.*

v.31. *ſurgentia ſignis.*] Repone *ſigna.*

v.32. *propriaſque aſcribere in horas.*] Lege,

propriiſque aſcribere in horas Partibus. Idem alibi plane eademque ſententia:

In nulla fallet regione Horoſcopus vnquam,
Quum poterunt certis numerari ſingula ſigna
Temporibus parte ex illa, quam Phœbus habebit.

Pag.74. v.1. *In qua Phœbus erit.*] Archaiſmus, *in qua erit.* Vlpianus: *in pubertatem deceſſerit.* Cicero: *in Senatum dixi.* Sed Gemblacenſis habet: *In quos.* Manifeſto legendum: *In quis.*

Ibid. *quorum mihi reddita ſumma eſt.*] Quorum ſignorum anaphorica ſumma & Epilogiſmus redditus eſt. Gemblacenſis *quarum*: id eſt horarum. vtrum melius, delibero. Ex longiſſima diſputione tandem peruenimus ad methodum Horoſcopi,quo no-

 mine

mine inſtituta fuit diſputatio. Eſto igitur aliquis natus in Rhodo inſula, Sole initium Geminorum obtinente, hora nona æquinoctiali abſoluta. Conſule Diagramma aſcenſionum. Ab initio Geminorum, ad finem Virginis colliguntur horæ 9.4′. Reſpondeo igitur Horoſcopum eſſe in fine Virginis. Hoc eſt igitur, quod dicit: ——— *quum liceat certis ſurgentia ſigna*

Ducere temporibus. ——— Ortus enim Geminorum, Cancri, Leonis, & Virginis ſuis temporibus horariis collegimus, & propriis aſcripſimus in horas partibus. Et rationem, ſiue ψηφοφορίαν deduximus ex illo ſigno, in quo Phœbus eſt, nempe ex Geminis. Quantum igitur hallucinetur Bonincontrius, qui vſitato modo Horoſcopum apud Manilium venatur, hinc æſtimare licet. ſed ne alius quidem hactenus hæc odoratus erat. Nos vero omnia infra plene exequemur, ſi prius doctrinam totam Manilij præmiſerimus.

Pag.74. v.2. *Illa etiam poterit naſcens via ducere ad aſtrum.*] Cæcum eſſe oportet, qui non videat hæc nunc recte cohærere, quæ tam longo ſpatio diſſita erant: vt in multis locis videres humano capiti ceruicem equinam. Non leuiter de Manilio & eius ſtudioſis meriti ſumus, qui textum ex tam fœda luxatione in ſuos artus reſtituimus. Non deerunt & improbi & inuenuſti, qui aliter cenſebunt, aliter deblaterabunt. Duas igitur methodos horoſcopi inueſtigandi propoſuit: illam, quam modo periclitati ſumus, & hanc, quæ omnibus illius æui & retro mathematicis vel potius planis in vſu fuit, eſtque ea, quam ſupra vulgarem vocauit:

Nec me vulgatæ rationis præterit ordo
Quæ binas tribuit ſignis ſurgentibus horas.

Horas in gradus redactas a loco Solis computabant. Vbi deſinebat numerus, ibi erat Horoſcopus. Hæc erat illorum æruſcatorum methodus.

Ibid. *naſcens via ducere ad aſtrum.*] Ita olim emendauimus. Ita etiam habet Gemblacenſis. At corrupta vulgatæ editionis lectio, quæ habet *auſtrum*, decepit bonum Bonincontrium, adeo vt meridionales & auſtrales horas ſomniarit: quod monſtri quid ſit, neſcio. Naſcens aſtrum eſſe Horoſcopum & pueri dixerint.

v.4. *Nam quota ſit lucis, ſi luce requiritur, hora, Aſpicies.*] Aut enim genitura eſt diurna, aut nocturna. Prius de diurna.

v. 6.

v.6. *Multiplicans deciesque.*] Corrupta hæc ita reſtituere iubet ſententia : *——— atque hunc numerum reuocabis in ipſum*
Multiplicans decies, adiectis inſuper eidem
Quinque tamen ſummis. ———

Ipſum numerum horarum multiplicabis decies & quinquies. Eſto aliquis natus Sole initium Geminorum obtinente, hora inæquali nona abſoluta. Multiplicatis horis IX inæqualibus in XV, fiunt gradus 135. quæ ſunt ſigna quatuor, gradus XV. & putata ab initio Geminorum, deſinunt in 15 ♎. Ita Horoſcopus erit in 15 ♎ ſecundum hanc ridiculam methodum, quæ erat propria illorum Agyrtarum. Sed & Demophilus vetus ſcriptor, quum de methodo τοῦ σπορίμου ζωδίου ageret, qui eſt alter horoſcopus conceptionis, vt ille alter naſcentiæ, ita ſcribebat: ἔπι τὸν ὡροσκόπον τῆς σπορᾶς καὶ οὕτω τινὲς λαμβάνουσι. σκέπτου πόση μοῖρα ἐπιπορεύεται ζωδίου τὴν ἀποκύησιν ὡροσκόπησε. καὶ τὰς ἀνηγμένας πολλαπλασίασον ἐπὶ τὸ τῶν ὡρῶν πλῆθος. καὶ συγκεφαλαιώσας ἀπόδιδου ἀνὰ τριάκοντα ἀπὸ τοῦ ὡροσκοποῦντος ζωδίου τὴν ἀποκύησιν. καὶ ὅπου δ᾽ ἂν ἐκπέσῃ ὁ ἀριθμὸς, ἐκεῖνο ὡροσκόπησε κατὰ τὴν τοῦ σπέρματος καταβολήν. Quanquam ab horoſcopo, non a Sole numerari iubet, item non in XV, ſed in quaſuis partes Signi horas multiplicari, tamen vtraque methodus multum habet inter ſe affinitatis, & vetuſtatem præfert.

v.7. *quia qualicunque ſub hora Ter quinas mundi ſex tollunt.*] Lege *ſe tollunt.* Iubet ergo binas horas ſignis attribui. Atqui hanc opinionem furcillis ſupra exagitauerat. Quæ hæc eſt leuitas? Bonincontrius agnoſcit τὸ *ſex.* hoc eſt ſolens traducit ſeſe. Et ſane rarum eſt, quum illi homini aliquid boni excidit. *Se tollunt* ἀναφέρονται. Hic plane Bonincontrius eſt cæcior Tireſia.

v.8. *Ter quinas Mundi ſe tollunt ſidera partes.*] At vbi ſunt illæ ſuperiores cenſoriæ notæ in eos, qui binas horas ſignis orientibus tribuunt? vt taceam horas ciuiles veterum inæquales fuiſſe: At XV gradus Æquinoctialis horam æqualem conſtituunt.

v.9. *coniungis & illas.*] ——— *coniungere & illas,*
Quæ ſuperent Phœbo partes per ſigna, memento.

Eſto homo natus, Sole XVI Tauri obtinente, hora VIII inæquali. Horis 8 in 15 ductis fiunt ſigna quatuor. Addo partes XV abſolutas, quas perfecit Sol in Tauro, vt præcipit Manilius. Numero igitur a principio Tauri. Numerus deſinit in XV Virginis, qui erit locus Horoſcopi.

v.11. *Ex hac tricenas ſummas.*] Scribe *ſumma.* Ex hac ſumma.

v.14. *Cum quo conſiſtet numerus.*] Gemblacenſis:

Tum quo ſubſiſtet numerus conſumptus in aſtro. Recte. Sic ſupra: *Atque vbi ſubſtiterit, ſignum dicatur oriri.*

v.15. *Quave in parte ſuam ſummam numerive reliquit.*] Qua in parte numerus relinquet ſuam numerive partem. Elegantia profecto digna Bonincontrij auditoribus, quibus perſuadebat hæc Latina eſſe. quid Latina? Satis erat, ſi aliquo ſenſu eſſent. Nobis olim feliciter ſuccurrit legendum *momenve relinquit.* Scriptum fuerat vitioſe *mumenve.* Sic alibi, —*qui munera ſummis Impoſuit.*—— perperam pro *mumina*, hoc eſt momina. Quod Momen apud hunc auctorem creberrime poſitum ſit pro ſumma & numero, ſat ſuis locis patuit.

v.16. *Hac erit exoriens & pars & forma per ignes.*] Diſtingue.

Hæc erit exoriens & pars, & forma. Per ignes
Continua partes.—— Exoriens pars & forma eſt τὸ ὡροσκοποῦν ζώδιον, ἡ ὡροσκοποῦσα μοῖρα. Alibi:

Quum tibi naſcentis percepto tempore forma
Conſtiterit.—— Sic dixit ſigna formantia ortus, id eſt, ὡροσκοποῦντα.

Ibid. *per ignes Contineat partes.*] Scribe: ——*per ignes Continua partes.*— *Per ignes*, per ſtellas. Infra: —*pariterque orbem vidiſſe per ignes.* In Sphæra:—— *quibus ille ſuperuenit ignis*, id eſt, Stella.

Ibid. *per ignes.*] Noctu. Nocturnam genituram μεθοδεύειν docet. Hæc omnia quis antea intelligebat? Nam Bonincontrio ne minima quidem huius loci ſuſpicio mentem perſtrinxit. Non magis Latine ſciens eius expoſitionem in hunc locum intellexerit, quam ille locum iſtum. Nos quid eſſet *per ignes* oſtendimus.

v.17. *Continua partes.*] Nihil noui dicit. Hodie aſtronomi putant omnia ſua ratiocinia a meridie: veteres Chaldæi, ſiue Genethliaci ab ortu Solis. Vtroque modo ratiocinia ſunt 24 horar. Si igitur genitura inciderit per ignes, id eſt noctu, non a nocte nouum ratiocinium inſtituere iubet, ſed horas diurnas, id eſt duodecim horas ab ortu Solis cum horis nocturnis connectere. Eſto aliquis natus hora ſeptima noctis. Illa hora erit decimanona ab ortu Solis. Hoc eſt, quod vult. Huius autem rei dabimus illuſtre exemplum in Themate Mundi, quanquam nugatorio ab illis

[illegible] Ægyptiæ Matheſeos [illegible] prodito. Ponunt [illegible] Sole in quintadecima Leonis poſito, hora xi [illegible] Sole, ad horam xi [illegible] noctis, putantur horæ [illegible] in gradus xv multiplicatæ



ex hac methodo fiunt gradus 330. quibus [illegible] Arietis, ad partem [illegible] Leonis [illegible] fient omnes gradus 464. [illegible] remanent [illegible] qui ab initio Arietis [illegible] in [illegible] 14 Cancri. Ergo Horoſcopus eſt in gradu xv ineunte Cancri, vt erat propoſitum. Itaque non ab ineunte nocte [illegible] nia genituræ nocturnæ [illegible] vt præcipit Manilius. Nam [illegible] mus, nihil [illegible] Hoc [illegible] quia [illegible] nocte [illegible] catur hora prima, [illegible] In [illegible] apud Firmicum Sol in xv Leonis, [illegible] Alexandrinum. [illegible]

v.33. N[illegible].) [illegible] citur. Et riſum & [illegible] qui neſcirent h[illegible]

v.26. *Non feret oblitus*] Nuſquam felicius ea lectura nobis ceſſit olim, quam in hoc inquinatiſſimo loco. Manilius enim ſcripſerat:

> *Fallere non poßit ſummi faſtigia mundi*
> *Signifer obliquus: ſtent fundamenta ſub imo:*
> *Stent veri ſtellarum ortus, verique ſub ortus.*

Scriptum fuerat *oblicus*. vnde *oblitus* ſcripſit Librarius. Non, inquit, imponet nobis Signifer propter obliquitatem ſuam.

v.27. *verique ſub ortus*] coniunctim legendum:
— *verique ſubortus*. Suboriri τὸ δῦνον dicit.

Ibid. *ſtent fundamenta ſub imo.*] ἀπὸ κοινοῦ τὸ VT. Vt, inquit, neque Signifer obliquitate ſua veram regionem τοῦ μεσουρανήματος auferat: & vt τὸ ἀντιμεσουράνημα ſibi conſtet, conſtet etiam τὸ δῦνον. Itaque vero Horoſcopo deprehenſo, reliqui tres cardines conſtabunt.

v.28. *Dena quod in proprias.*] Perſpicue legendum *Denique vt in proprias.* Hæc etiam lectio impoſuit Bonincontrio, vt de denis Signis nugaretur. Caueant ſtudioſi ab illius interpretis inſcitia: quam non exprobro homini, ſed illam metuo parum cautis adoleſcentibus. Et prætetea ſæculum ſuum, & multa alia tam eum ab inſectatione tutum præſtant, quam inſcitiæ conuincerent, qui tali interpreti aſſenſionem adhiberent.

Hactenus Manilius magnis molitionibus horoſcopi ſui methodum eruit: cuius nos exemplum quoque dabimus, ſiquidem prius, quod antea nos polliceri meminimus, præcepta doctrinæ Manilianæ, & quidem eo fere ordine, quo ipſe docuit, collegerimus.

PRÆCEPTA DOCTRINÆ MANILIANÆ.

I. DODECATEMORION SIGNI AVT PLANETÆ INVENIRE.

Partem datam Signi, in quo Planeta fuerit, duc duodecies. Tricenas diſtribue in omnia Signa, initio ducto ab eo, in quo Sol fuerit. In quo Signo deſinet numerus, ibi eſt Dodecatemorion Signi aut Planetæ: pro illud:

> *Quacunque in parte naſcentum tempore Luna*
> *Conſtiterit.* ——— 51. 23.

ALITER

ALITER. Partem datam Signi per $2\frac{1}{2}$ diuide. Numeros in Signa diſtribue, initio, vt antea, facto ab eo Signo, in quo Sol fuerit: per illud:

Nam quum tricenas per partes ſidera conſtent,
Rurſus biſſeni numerus diducitur omnis. 50. 26.

II. DODECATEMORION LVNÆ PER POSTERIOREM MODVM INDAGARE.

Vide quot tricenarios Luna diſtet a Sole. Omnibus tricenariis deductis, reliquos numeros per $2\frac{1}{2}$ diuiſos diſtribue in Signa, initio facto ab eo Signo, in quo Luna fuerit. Vbi conſiſtet numerus, ibi eſt Dodecatemorion Lunæ: per illud:

Proxima tricenas partes ſententia ducit. 51. 28.

III. DODECATEMORION DODECATEMORII INVENIRE.

A parte Signi data numera deinceps gradus ſemiſſes quinque. Primum dimidium gradum da ei Planetæ, in cuius terminum inciderit pars Signi propoſita: ſecundum dimidium gradum ſequenti Planetæ: & ita deinceps. In quo Planeta quintus dimidius gradus conſiſtet, in eius finibus eſt Dodecatemorion Dodecatemorij.

IV. SORTEM FORTVNÆ IN DIVRNA GENITVRA INDAGARE.

Diſtantiam Solis a Luna numera incipiens ab Horoſcopo per conſequentiam Signorum. Vbi conſiſtet numerus, ibi eſt Sors Fortunæ in genitura diurna: per illud:

Tunc ſi forte dies naſcentem exceperit alma. 65. 3.

V. SORTEM FORTVNÆ IN NOCTVRNA GENITVRA INVENIRE.

Diſtantiam Lunæ a Sole numera incipiens ab Horoſcopo per antecedentia. Reliqua, vt ſupra: per illud:

At quum obducta nigris nox orbem texerit alis. 65. 10.

VI. HORARIORVM TEMPORVM ASCENSIONALIVM EXCESSVM INVENIRE.

Accipe quotientem ſextæ partis differentiæ maximi & minimi arcus diurni horarij: per illud:

Quod diſcrimen erit, per tria id diuide partis. 70. 2.

VII. ASCENSIONVM SIGNORVM HORARIA TEMPORA COLLIGERE.

Habeas exceſſum per antecedens. Abiice a ſextante minimi arcus diurni. Ipſa eſt aſcenſio Arietis. Deinde per adiectionem exceſſus, habebis aſcenſiones horarias reliquorum quinque ad initium Libræ: per illud:

Tertia vt accedat Geminis, quæ tempora Tauro Vinciat.—70. 3.

VIII. EXCESSVM STADIASMI ANAPHORICI INVENIRE.

Numerum ſtadiaſmi ſeca in rationem maximæ & minimæ diei. Triens ſextæ partis differentiæ vtriuſque rationis eſt exceſſus ſtadiaſmi anaphorici: per illud:

Quodque hanc exuperat partem, ſuperatur ab illa. 70. 24.

IX. STADIASMVM ASCENSIONVM COLLIGERE.

Exceſſum per antecedens repertum abiice a ſexta parte numeri minimæ diei reſpondentis. Is erit ſtadiaſmus Arietis. In reliquis perge per adiectionem exceſſus, vt in horariis temporibus aſcenſionum: per illud:

Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem. 70. 14.

X. INCREMENTVM DIERVM COLLIGERE IN QVADRANTE HIBERNO.

Sextam partem differentiæ minimæ & æquinoctialis diei adiice diei minimæ. Aggregatū eſt tempus horarium finis Capricorni. Tempori Capricorni adiice tertiam partem eiuſdē differentiæ. Aggregatur tempus horariū finis Aquarij. Cui rurſus adiiciatur dimidium differentiæ. Aggregabitur finis Piſcium: per illud:

Principio capienda tibi eſt menſura diei. 71. 12.

XI. INCREMENTA DIERVM COLLIGERE IN QVADRANTE VERNO.

Aggregato finis Piſcium adde rurſus dimidium differentiæ pro tempore horario finis Arietis. Tempori horario Arietis adde trientem differentiæ pro fine Tauri. Denique aggregato Tauri adiice ſextantem differentiæ. Colligitur tempus horarium finis Geminorum: per illud:

Nanque Aries totidem deducit noctibus horas. 71. 32.

XII. DE-

XII. DECREMENTA DIERVM COLLIGERE IN QVADRANTE ÆSTIVO.

De tempore horario finis Geminorum detrahe ſextantem differentiæ pro tempore horario finis Cancri. De tempore horario Cancri detrahe trientem differentiæ pro tempore finis Leonis. Denique de tempore horario finis Leonis detrahe dimidium differentiæ pro tempore horario finis Virginis: per illud:

Rurſus & incipiunt propria de ſorte diebus Cedere.— 72, 4.

XIII. DECREMENTA DIERVM COLLIGERE IN QVADRANTE AVTVMNALI.

Tempori horario finis Virginis detrahe dimidium differentiæ pro tempore horario finis Libræ. Tempori horario Libræ detrahe trientem differentiæ pro tempore finis Scorpij. Tempori Scorpij detrahe ſextantem differentiæ pro tempore horario finis Sagittarij: per idem.

XIV. DATA HORA GENITVRÆ HOROSCOPVM INDAGARE.

Ab horis abſolutis abiice aſcenſiones ſignorum per VII Præceptum collectas, quantum opus erit, initio a loco Solis facto. Vbi numerus conſiſtet, ibi eſt Horoſcopus: per illud:

——— *quum liceat certis ſurgentia ſigna*
Ducere temporibus. ——— 73 31.

XV. HOROSCOPVM PER MODVM AGYRTARVM GENETHLIACORVM INVENIRE.

Horis datis in XV ductis adiice gradus, quos Sol peregit in Signo, ſiquidem in principio Signi non fuerit. Summam graduum aggregatam computa a principio Signi. Vbi conſiſtet numerus, ibi eſt Horoſcopus Genethliacorum Æruſcatorum: per illud:

Illa etiam poterit naſcens via ducere ad aſtrum. 74, 2.

CANON ASCENTIONALIS AD ELEVATIONEM GRADVVM QVADRAGINTAQVATVOR.

	♓		♈	♒		♉	♑		♊	♐		♋	♏		♌	♍		♎
	Hor.	'	''	Hor.	'	''	Hor.	'	''	Hor.	'	''	Hor.	'	''	Hor.	'	''
1	0	2	10	0	2	54	0	3	38	0	4	22	0	5	6	0	5	50
2	0	4	20	0	5	48	0	7	16	0	8	44	0	10	12	0	1	40
3	0	6	30	0	8	42	0	10	54	0	13	16	0	15	18	0	17	30
4	0	8	40	0	11	36	0	14	32	0	17	28	0	20	24	0	2[illegible]	20
5	0	10	50	0	14	30	0	18	10	0	21	50	0	25	30	0	29	10
6	0	13	0	0	17	24	0	21	48	0	26	12	0	30	36	0	35	0
7	0	15	10	0	20	18	0	25	26	0	30	34	0	35	42	0	40	50
8	0	17	20	0	23	12	0	29	4	0	34	56	[illegible]	40	48	0	46	40
9	0	19	30	0	26	6	0	32	42	0	39	18	0	45	54	0	52	30
10	0	21	40	0	29	0	0	36	20	0	43	40	0	51	0	0	58	20
11	0	23	50	0	31	54	[illegible]	39	58	0	48	2	5	56	6	1	4	10
12	0	26	0	0	34	48	0	43	36	0	52	24	1	1	12	1	10	0
13	0	28	10	0	37	42	0	47	14	0	56	46	1	6	18	1	15	50
14	0	30	20	0	40	36	0	50	52	1	1	8	1	11	24	1	21	40
15	0	32	30	0	43	30	0	54	30	1	5	30	1	16	30	1	27	30
16	0	34	40	0	46	24	0	58	8	1	9	52	1	21	36	1	33	20
17	0	36	50	0	49	18	1	1	46	1	14	14	1	26	42	1	39	10
18	0	39	0	0	52	12	1	5	24	1	18	36	1	31	48	1	45	0
19	0	41	10	0	57	6	1	9	2	1	22	58	1	36	54	1	50	50
20	1	43	20	1	0	0	1	12	40	1	27	20	1	42	0	1	56	40
21	0	45	30	1	2	54	1	16	18	1	31	42	1	47	6	2	2	30
22	0	47	40	1	7	48	1	19	56	1	36	4	1	52	12	2	8	20
23	0	49	50	1	8	42	1	23	34	1	40	26	1	57	18	2	14	10
24	0	52	0	1	11	36	1	27	12	1	44	48	2	2	24	2	20	0
25	0	54	10	1	14	30	1	30	50	1	49	10	2	7	30	2	25	50
26	0	56	20	1	17	24	1	24	28	1	53	32	2	12	36	2	31	40
27	0	58	30	1	20	18	1	38	6	1	57	54	2	17	42	2	37	30
28	1	0	40	1	23	12	1	41	44	2	2	16	2	22	48	2	43	20
29	1	2	50	1	26	6	1	[illegible]	22	4	6	38	2	27	54	2	49	10
30	1	5	[illegible]	1	27	0	1	49	0	2	11	[illegible]	2	33	0	2	55	0

CANON

CANON HORARIVS.

AD ELEVATIONEM GRADVVM XLIV.

	Arcus diurnus Manilianus.		Horæ inæquales ſiue ciuiles.			Arcus diurnus caſtigatus.	
	Horæ æquin.	'	Horæ æquin.	'	''	Horæ æquin.	'
♑	9	15	0	46	15	9	14
♒	10	21	0	51	45	10	30
♓	12	0	1	0	0	12	0
♈	13	39	1	8	15	13	30
♉	14	45	1	13	45	14	46
♊	15	18	1	16	30	15	18
♋	14	45	1	13	45	14	46
♌	13	39	1	8	15	13	30
♍	12	0	1	0	0	12	0
♎	10	21	0	51	45	10	30
♏	9	15	0	46	15	9	14
♐	8	42	0	43	30	8	42

TABELLA ANAPHORICORVM TEMPORVM AD ELEVATIONEM GRADVVM XLIV.


	Ascensiones Manilianae						Ascensiones Caſtigatae							
	Grad.	'	Hor.	'	Tricesimæ '	''	Grad.	'	Hor.	'	''	Tricesimæ '	''	'''
♓ ♈	16	15	1	5	2	10	16	34	1	6	16	2	12	32
♒ ♉	21	45	1	27	2	54	20	22	1	21	28	2	42	56
♑ ♊	27	15	1	49	3	38	28	14	2	52	5	[illegible]	45	52
♐ ♋	32	45	2	11	4	22	36	13	2	24	52	4	49	44
♏ ♌	38	14	2	33	5	6	39	23	2	37	32	5	15	4
♎ ♍	43	45	2	55	5	50	39	14	2	36	56	5	13	52

THEMA



EIVSDEM



THEMA ATHLORVM
SVPERIORIS
GENITVRÆ.
II.


EIVSDEM GENITVRÆ
THEMA
SECVNDVM MODVM
ÆQVALEM.
Medium Cæli 15. 30′ ♓
Horæ poſt meridiem
13. 30′.
III.

THEMA


THEMA EIVSDEM
GENITVRÆ
SECVNDVM VETVSTISS.
MODVM
PER SECTIONES ARCVS
SEMIDIVRNI ET SEMINOCTVRNI.
IV.


THEMA EIVSDEM
GENITVRÆ PER MODVM
INDORVM.
V.


THEMA SVPERIORIS GENITVRÆ PER MODVM CAMPANI.
VI.



SVPERIORIS GENITVRÆ THEMA PER MODVM RATIONALEM REGIOMONTANI.

VII.



Vt igitur ad Methodum Horoſcopi veniamus, aſſumatur ele-uatio poli graduum 44, locus Solis 22 gr. ♌. In data eleuatione, maxima dies eſt hor. 15. 18′. Igitur per præceptum VII, conſtruatur Tabella anaphoricorum temporum. Duplex fiat. In priore parte aſcenſiones Manilianæ methodi, in altera caſtigatæ ponantur. Vtraque pagina trinis verſibus conſtet. In primo gradus

gradus, in ſecundo horaria aſcenſionum tempora, in tertio triceſima temporis anaphorici collocentur, vt ex ea Canon aſcenſionalis conſtruatur, vt patet ex ipſo Canone aſcenſionali. De gradibus aſcenſionum nulla facta a Manilio mentio. Sed nos ideo appoſuimus, vt & ſuis horariis temporibus reſponderent, & cum caſtigatis gradibus comparari poſſent. Rurſus per præcepta x, xi, xii, xiii, Canon horarius fiat triplici verſu. in primo eſto arcus diurnus methodi Manilianæ. In ſecundo duodecima arcus, ſiue hora temporaria; vel ciuilis. In tertio arcus diurnus caſtigatus reſpondens principio Signi, cui e regione oppoſitus eſt. Arcum vero horarium nocturnũ ſi quis volet, accipiat Signi oppoſiti arcum diurnũ, vt & mediocriter docti ſciunt. Exemplum: Arcus diurnus Leonis eſt 13, 39'. oppoſiti ſigni arcus diurnus, nempe Aquarij, eſt 10. 21', qui erit arcus nocturnus Leonis. Et viciſſim arcus diurnus Leonis eſt arcus nocturnus Aquarij. vel aliter: arcus diurnus Leonis 13. 39 de 24 deductus relinquit arcum nocturnum Leonis 10. 21 æqualem arcui diurno Aquarij Signi Leoni oppoſiti. Quod autem integro Dodecatemorio vnum tantum arcum horarium attribuerimus, quum per ſingulos tamen dies varient horaria momenta, id fecimus ex ipſius Manilij præſcripto, qui illos veteres ſequutus horas per Dodecatemoria, non per ſingulos dies variare credebant. Ideo in Kalendariis notabant, illo menſe hora eſt tot pedum, menſis tot horarum. vt habes in Kalendariis ruſticis Romanis, & apud Palladium. Sic etiam, vt alibi tetigimus, ſolſtitium per totum Cancrum, Brumam per totum Capricornum committi putabant. Et quia maledicentiæ propter illam animaduerſionem olim vapulauimus, ne iterum nobis idem contingat, de horario arcu idem monere viſum eſt, ſi modo iſtis mathematicis hoc ſatisfacere poteſt. Denique conſtruatur Canon ex triceſima temporum aſcenſionalium, ſextuplici verſu, vt Canon indicat, cum linea graduum triginta: quos reticuit Manilius, quia vulgo notum erat gradus ſingulos reſpondere triceſimæ vnicuique, cui appoſiti erant. His ita conſtitutis, eſto quidam natus in dato climate 44 graduum, hora nocturna temporaria 7 $\frac{4}{5}$ fere, Sole in 22 ♌ poſito. In Canone horario arcus diurnus Leonis eſt hor. 13. 39. Nocturnus igitur, per ea, quæ demonſtrata, erit 10. 21'. Hora χρονικὴ reſpondet hor. æquinoctialibus ; 0 51. 45'. Igitur horæ

χρονικαὶ

καιρικαὶ 7 $\frac{4}{5}$ reſpondebunt horis æquinoctialibus 6. 43′. 39″. cum quibus ſi componatur arcus diurnus 13. 39′, fient horæ 20. 22′. 39″: quibus denique adiice ex Canone aſcenſionali triceſimas collectas reſpondentes gradui 21, ♌, quem iam Sol peregit. nempe hor. 1. 47. 6. Fiet omne tempus ab ortu Solis, ad tempus genituræ propoſitæ, horarum æquinoctialium 22. 9′. 45″. id eſt 22. 10′ fere. Iam ab initio Leonis, in quo Sol eſt, numera omnia tempora horaria aſcenſionum, donec aut numerum propoſitum cõſummaueris, aut proxime minorem adeptus fueris. Ab aſcenſione igitur Leonis hor. 2. 33′. 0″, ad initium Cancri, conflantur horæ 21. 49. quæ deductæ de hor. 22. 10′, relinquunt hor. 0. 20′, poſt aſcenſionem Geminorum. Ergo pertinent ad Cancrum. Ideo quæro 0. 20, aut proxime maiorem numerum in area Canonis, ſub nota Cancri. Et occurrunt 0. 21′. 50″ e regione gradus v. Aio igitur horoſcopum eſſe in quinto gradu Cancri, per XIIII Præceptum. Itaque a ſimili parte reliquorum Signorum ſequentes τόποι Thematis inſtituentur. Nam modum inæqualem adhuc non norant: quum ipſe Manilius Thema Sortis Fortunæ per ſimiles Signorum partes conſtrui præcipiat. Inſtituto Themate, reliqua præcepta μεθοδεύειν licet. Luna eſt in 27 ♍. Ergo Dodecatemorion Lunæ eſt in 24 ♒ per I Præceptum. Ita de reliquorum Planetarum Dodecatemoriis. Rurſus Dodecatemorion Lunæ, per poſteriorem modum, eſt in 18 ♎, per II Præceptum. Horoſcopus eſt in termino, ſiue finibus Martis, vtpote in quinto gradu Cancri. Ergo eius Dodecatemorion Dodecatemorij cadet in fines Lunæ in dimidia parte gradus XII Cancri: hoc eſt in 11. 30′. 69, per III Præceptum. Denique per V Præceptum, Sors Fortunæ deprehenditur in 9. 42′. ſiue in 10 ♌. Itaque eodem modo aliud Thema inſtituetur, quod Athlorum vocatur, cuius Horoſcopus eſt Sors Fortunæ. Ex quo poteris ſententiam eorum refellere, qui vbi Manilius περὶ τῆς δωδεκατρόπου τῶν ἄθλων agit, ipſi putarunt de themate genituræ intelligendum. Atqui tantum diſcrepat thema Athlorum a themate natalitio, quantum Horologium ab Analemmate. Nam Thema genituræ inſtituebatur quidem ad apoteleſmata & χρόνον hominis nati, ſed præcipue ad Sortem Fortunæ indagandam, At ex Themate Athlorum omnis doctrina apoteleſmatum pendebat. Hæc eſt methodus Horoſcopi illorum Veterum, quæ caſtigabat

N n imperitiam

imperitiam Æruſcatorum Genethliacorum, qui eodem quidem modo Horoſcopum eruebant, ſed binas horas ſingulis ſignis attribuebant. Vt illam delirationem confutauit hic modus, quo vtitur Manilius, ita ipſe caſtigatione indigebat. Vt enim alia taceam, in dato tempore & hora genituræ Cancer Signum horoſcopans eſt τῶν προστασσόντων. Nam τὰ προστάσσοντα dicuntur, vt alibi monemus, & ſatis vulgatum eſt, Signa ſex a principio Arietis, ad principium Libræ. Reliqua vocantur ὑπακούοντα. Quum igitur Signum horoſcopans fuerit τῶν προστασσόντων, quadrans ἀπηλιωτικὸς, hoc eſt interuallum a medio cælo, ad Horoſcopum, eſt maior nonaginta gradibus. hoc eſt, ſignum horoſcopans eſt quintum a ſigno culminante. Contra minor eſt nonaginta gradibus, ſi fuerit τῶν ὑπακουόντων. hoc eſt, ſignum horoſcopans tertium eſt a culminante. Ergo, quum Horoſcopus huius genituræ in ſignum, quod eſt τῶν προστασσόντων, inciderit, τὸ τεταρτημόριον ἀπηλιωτικὸν eſt maius 90 gradibus. quod verùm eſt. Culminabit enim x gradus Piſcium in data eleuatione, oriente quinta Cancri. Ergo Tetrans ἀπηλιωτικὸς erit graduum 115, hoc eſt horarum 7. 40′. Atqui ſi ex Canone aſcenſionali putare velimus totidem horas, & ſcrupula a decima Piſcium, numerus deſinet in 5 ♌. Ergo Horoſcopus eſſet in ſigno ſexto a medio cælo, quum tamen quintum ſignum tantummodo a culminante poſſit eſſe. quod eſt ridiculum. Quum enim decima pars Piſcium culminet, numeros nonæ parti exactæ Piſcium reſpondentes, hoc eſt 16.30′, abiice a tota aſcenſione Piſcium 1.5′. & reliquum coniunge cum aſcenſionibus Arietis, Tauri, Geminorum, Cancri: compones horas 7.17′. 30″. quæ deductæ de horis 7. 40′, relinquunt horas 0. 22′. 30′. E regione v grad. Leonis habes proxime maiorem 0. 25. 36′. Ergo, vt diximus, horoſcopus erit in v Leonis, non Cancri. Multa eiuſmodi abſurda iſtius methodi notare poſſim. Hoc vnum exemplum ſuffecerit, vt oſtendamus non ſine cauſſa a priſcis damnatam: qui prius aſcenſionem rectam medij cæli collegerunt, & nonaginta gradibus ad aſcenſionem rectam adiectis, aggregatum ad Canonem climatis contulerunt, & ei gradum Eclipticæ reſpondentem pro parte aſcendente aſſumpſerunt. reliquas domos ſimili gradu Signorum terminarunt, qui eſt omnium vetuſtiſſimus modus, quo & Arabes hactenus vtuntur, diciturque a noſtris modus æqualis: cuius exem-

plum

plum habes in tertia figura. Eo modo vtuntur Firmicus, & Paulus Alexandrinus, & ſecundum aliquos, quibus nos quoque aſſentimur, Ptolemæus: quod colligitur ex iis, quæ de Apheticis locis dixit: τόπους μὲν τοίνυν ἀφετικοὺς εἶναι νομιστέον, τό, τε περὶ τὸν ὡροσκόπον δωδεκατημόριον ἀπὸ πέντε μοιρῶν τῶν προαναφερομένων αὐτοῦ τοῦ ὁρίζοντος, μέχρι καὶ τῶν λοιπῶν μοιρῶν πέντε καὶ εἴκοσι ἐπαναφερομένων. Hoc certe non fieret, niſi omnes domus eſſent tricenum graduum. & quicquid ad hoc conuellendum adferunt docti, non dicam falſum, ſed ineptum eſt. Etiam interpres ipſius Ptolemæi ea adfert, quæ ne ipſe quidem intelligebat. Quid mirum Ptolemæum hoc modo vſum, qui ſit omnium poſt illum Manilianum vetuſtiſſimus? Succeſſit illi & ipſe quoque vetuſtiſſimus, qui fit per trientes arcus ſemidiurni, & ſeminocturni, qui eſt primus modus inæqualitatis. Hoc etiam quidam Arabum vtuntur, qui maximam partem harum nugarum non a ſuis, ſed a Græcis habent. Etiam Sapiens Aben Ezra Iudæus ait Ptolemæum hoc vſum: quod omnino neceſſarium, ſiquidem non vſus eſt modo æquali. Nullus enim modus inæqualitatis antiquior iſto. cuius exemplum habes in quarta figura. Ab eo modo minuunt Indi octo gradus tam in [domuum] initiis, quam in locis Planetarum, vt habes in quinta figura. Quemadmodum enim illi veteres prius Thema genituræ conſtruebant, deinde Thema Athlorum: ita etiam Indi prius Thema genituræ per illum modum diſponunt, deinde aliud thema adiiciunt, deminutis, vt diximus, octonis gradibus ex ſingulis domibus, & locis Planetarum. Hunc modum confutauit primus Campanus, alio inſtituto, cuius exemplum damus in ſexta figura. Eum Regiomontanus profligauit, nouo excogitato, quem rationalem vocauit, eoque, ſi Diis placet, vult Ptolemæum vſum fuiſſe. Tres iſti modi in cardinibus conſentiunt, in domorum metatione valde diſcrepant. Campanus circulos poſitionis per æquales ſectiones maximi circuli verticalis, Regiomontanus per ſectiones Æquinoctialis traiicit. Habes quoque exemplum modi Rationalis in ſeptima figura, cum themate Athlorum in octaua, per eundem modum. Hactenus candide Lector, quæ Manilius de Horoſcopo ſenſit: cuius rei veſtigia nulla olim extabant in eius carmine, hodieque adeo obſcura ſunt, vt niſi a nobis indicata eſſent, glorioſis, qui dicunt nos Manilium tractare non debuiſſe, deſperandum

randum erat ea inuenire poſſe. In prima figura adſumpſimus tempus genituræ horam inæqualem $1\frac{4}{5}$ poſt mediam noctem, hoc eſt hor. æquinoct. 1. 31. 48. Idque fecimus commoditatis cauſſa, quum verum tempus fuerit hor. 1. 30′, quod ſequimur in reliquis exemplis. Niſi hoc monuiſſemus, fortaſſe hoc futurum erat argumentum alicuius monſtri in nos edendi.

v.29. *Nunc ſua reddentur.*]Hic prænotabatur lemma in Gemblacenſi: CVIVS SIGNI QVISQVE ANNVS AVT MENSIS AVT DIES AVT HORÆ SINT. Quod non male conceptum eſt. Agit enim Manilius hic de duodecim annis Dodecaeteridos Chaldaicæ, id eſt, Genethliacæ, cuius quanquam mentio extat apud Cenſorinum, tamen hactenus omnibus ignoratam nos primi omnium patefecimus ex Arabum ſcriptis, in libro ſecundo de Emendatione temporum. Chaldæi habent generalem & omnium communem, qualem in illo libro produximus. Sed & aliam habent priuatarum geniturarum peculiarem, cuius primus annus init ab eo Signo, in quo Sol eſt tempore genituræ: quanquam alij non ab eo ſigno, in quo Sol fuerit, eam inſtituebant, ſed ab eo, in quod Horoſcopus inciderit. vtriuſque ſectæ meminit noſter: & prius illius, quæ incipit ab eo ſigno, in quo Sol fuit tempore genituræ. Itaque ſi Sol, verbi gratia, fuerit in Leone, primus annus erit Leonis, ſecundus virginis, tertius Libræ: & ita deinceps.

v. 30. *Quæ diuiſa etiam.*] Diuiduntur in propios annos ſingula, vt primus annus ſit Arietis, ſecundus Tauri: & ſic conſequenter.

v.33. *Primus erit ſigni.*] Primus annus Dodecaeteridos Genethliacæ erit cognominis eius ſigni, in quo Sol fulſerit. Aliquis natus eſt Sole in Leone poſito. eius Dodecaeteridos genethliacæ annus primus erit annus Leonis, ſecundus Virginis, tertius Libræ: & ſic deinceps.

Pag.75.v.1. *Annum quod luſtrans.*] Sol eſt χρονοκράτωρ annuus, Luna menſtruus, Horoſcopus diurnus, Planeta horarius. Anni igitur ducatus ad Solem pertinet, vt menſis ad Lunam, diei ad Horoſcopum, Planetæ ad horam.

v. 2. *Proximus atque illi.*] Lege:

Proximus, atque alij ſubeuntia ſigna ſequuntur.

Proximus annus, id eſt ſecundus ſequitur ſecundum ſignum,

alij

DODECAETERIS GENETHLIACA.

MENSES DODECAETERIDOS.

ANNI DODECAETERIDOS											
♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈
♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉
♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊
♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋
♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌
♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍
♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏
♑	♒	♈	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐
♒	♓	♓	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑
♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒

alij deinceps ſubeuntia ſigna ordine. Quanta caligine hæc antea obducta erant? Quotuſquiſque horum, qui nobis interdicebant Manilio, vel minimum quidque horum odorabatur? Ergo continuantur ita duodecim anni, donec ad primum ſignum peruentum fuerit, vnde prius cæperat Dodecaeteris. Infra etiam meminit: —— *& exactis bis ſex iam Solibus annus.*
Orpheus ſcripſerat etiam poema ἀποτελεσματικὸν, cui titulus Δωδεκαετηρίδες. Ex illis hoc apoteleſma citant Grammatici:

ἔςαι δ' αὖθις ἀνὴρ, ἢ κοίρανος, ἠὲ τύραννος,
ἢ βασιλεὺς, ὃς τῖμον ἐς ἱερὸν ἵξεται αἰπύν.

Pronunciat enim tanquam Aſtronomus de quodam, qui illo anno Dodecaeteridos, in illo Signo, & illa conſtellatione naſceretur, fore regem, principem, aut ſummum virum. Recte autem Manilius de temporum nati ratione ſubiicit poſt Horoſcopi doctrinam. Nam Horoſcopi methodum & ordine & potentia ſequitur temporum locus, ὁ περὶ χρόνων τόπος. Ptolemæus: τῶν δὲ κατὰ τὴν φύσιν συμπτωμάτων καὶ ἔστι ὁ περὶ χρόνων ζωῆς. Sunt autem duo, ὁ περὶ χρόνων ζωῆς, καὶ ὁ περὶ ἀφέσεων. In priore quæritur quot annos

 victurus

victurus ſit natus: in altero quot annos, quot menſes, dies, horas. Nam χρόνου nomine intelligitur ἡλιακὴ περίοδος, hoc eſt annus, &, vt Manilius loquitur, Solis luſtrum. Ptolemæus: χρόνος γὰρ ἰδίως ὁ ποιοῦτος ἐνιαυτὸς καταλαμβάνεται, δυνάμει δὲ καὶ ὁ ἐλάττων τούτου μῆνες εἰσί, καὶ ἡμέραι, καὶ ὧραι. Ita anni, menſis, diei horæ ratio venit in horoſcopum. Atque hic quidem recte a Manilio ſeruatur. Omnis tamen χρόνων πραγματεία ſine locis apheticis inutilis ac manca eſt. Sed hoc reſeruauit illi libro, quem de Stellis errantibus ſcripſerat.

v.3. *peragunt quod menſtrua.*] *peragat.* Sed Gemblac. *peragit.*

v.5. *tradique ſequentibus aſtris.*] *traditque.* Etiam Gemblac.

v.6. *menſiſque tuos natura.*] *menſeſque ſuos.* Et Gembl quoque.

v.7. *Atque ipſas voluit numerari Signa per horas.*] Puta in quo ſigno Horoſcopus deprehenſus fuerit, id ſignum denominabitur ab ea hora, vel Planeta, cuius hora erat. Naſcatur aliquis aſcendente Leone, hora Mercurij. Leo princeps Dodecaeteridis illius nati denominabitur a Mercurio, Virgo a Luna, Libra a Saturno, Scorpius a Ioue: & ſic deinceps.

v.9. *Per qua alterna.*] *Perque alterna.* Et Gemblac.

v.17. *ſeque ipſe dies aliumque relinquit.*] Melius Gemblacen. *aliumque requirit.* Se requirit, & alium. Neque ipſe ſibi ſimilis videtur, neque alium ſibi ipſi ſimilem experitur. Et ſuperiore verſu idem liber habet —*non menſes menſibus vſquam.*

v.18. *Tempora conſiſtunt propriiſque carentia ſignis.*] Recte olim ſuſpicabamur de vitio huius loci. Sed non opis humanæ erat ſine ope codicum ſcriptorum vitium tollere. Præſto fuit Gemblacenſis: in quo ſcriptum erat:

Tempora quod ſiſtant propriis parentia ſignis.

Siſtere abſolute. vt in Apoteleſmatis:

Iudex extremæ ſiſtet vitaque neciſque. id eſt, τυγχάνειν, ὑπάρχειν. Eſt verbum ſubſtantiuum, niſi quis cenſeat legendum.

Tempora quod ſic ſtant propriis parentia ſignis.

Sed nihil mutandum.

v.21. *cauſſaſque minantur.*] Repone ex Gemblacenſis, *caſuſque minantur.* Et ita quoque editio Lugdunenſis.

v.22. *dum vertimur, aſtra.*] *conuertimur, aſtra.* vulgatam lectionem non poteſt tueri, niſi qui nugari præoptauerit.

v.23. *Sunt quibus vt cæli.*] In Gemblacenſi iterum ſuperior titulus repetitur, & oræ marginis apponitur: CVIVS SIGNI QVISQVE

ANNVS

ANNVS SIT. & recte. Nam de eadem re continuatur ſermo, ſed diuerſa ſententia. Superior enim ſententia incipiebat Dodecaeterida a ſigno, in quo Sol erat tempore natalitio: hæc vero a ſigno horoſcopante. Tenebræ erant in toto hoc capite, neque quis quo hæc omnia pertinebant magis ſciebat antea, quam quid ipſa verba deſignarent: adeo omnia mendis obſita ſunt: præſertim hæc tota perioche, quæ, ſiquæ alia in Manilio, veterum codicum opem implorabat. Nam humani ingenij vis hic nihil poterat. Apponam totum locum, vt lectorem iamdiu expectabundum abſoluam.

Sunt quibus & pateat, cæli naſcentis ab hora
Sidere, quem memorant Horoſcopon, in venturis
Parte quod ex illa deſcribitur hora diebus,
Omne genus rationis agi per tempora & aſtra,
Et capite ex vno menſes, annoſque dieſque
Incipere atque horas, tradique ſequentibus aſtris.

Gratia Codici Gemblacenſi: cui hanc reſtitutionem debemus. Minimam licentiam vnius literulæ nobis ſumpſimus. Nam *& pateat* pro *vt pateat* legimus. Sunt alij, inquit, quibus conſtet & exploratum ſit, omne ratiocinium anni, menſis, & diei deducendum eſſe a ſidere horæ cæli naſcentis, quem vocant horoſcopum, & ex eodem capite omne tempus inſtituendum, propterea quod ab horoſcopo hora ſequentibus diebus deſcribitur. Vides ſummo fulgore tenebras diſcuſſas.

Ibid. *Sunt quibus vt cæli pateant naſcentibus.*] Non erat opis noſtræ hæc emendare ſine veteri codice. Gemblacenſis itaque habebat:

Sunt quibus vt cæli pateat naſcentis ab hora
Sidere, quem memorant horoſcopos, ——.

Sed mendum eſt in *vt* pro *&*. quod totam ſententiam perturbabat, item in *horoſcopos*, quum etiam vulgatæ editiones, & Bonincontrij textus *horoſcopon* habeant, & Latinitas ita poſtulet.

Ibid. *Sunt quibus & pateat.*] Ita reſtituimus, pro *vt pateat*: in quo totius ſententiæ cardo verſatur. Cætera enim omnia hinc pendent. Sunt, inquit, quibus pateat, & exploratum ſit ab horoſcopo omne ratiocinium deducendam eſſe. Ita nos receptam lectionem excuſamus. Sed non dubitamus Manilium ſcripſiſſe, *Sunt quibus & placeat.* Neque vero dubitandum eam fuiſſe au-

ctoris

ctoris ſcripturam. Reliqui tamen vulgatam, quia & ipſa conſtat ſibi, & Latina eſt.

Ibid. *cæli naſcentis ab horæ Sidere, quod memorant.*] Gemblacen. *quem memorant*; ὁ ὡροσκόπος enim, non τὸ ὡροσκόπον dicitur: quem Manilius definit horam cæli naſcentis. τὸ ζώδιον autem ὡροσκοποῦν definit ſidus horæ cæli naſcentis.

v. 24. *horoſcopon inuenturis.*] Ridicula erant hæc omnia. Diſtinguendum enim — *horoſcopon, in venturis*. Quæ quis non intelligit nunc? Et quis antea intelligebat? *in diebus venturis*, ταῖς ἐπιούσαις ἡμέραις.

v. 25. *Parte quoque ex illa.*] Gemblacenſis, *Parte quod ex illa.* vna vocula ſuſtulit omne dubium. Hoc enim plane vult: quod horæ ſequentis temporis deſcribuntur ab horoſcopo, (vnde vocatur Horoſcopus) hora autem eſt principium omnis temporis: omne igitur tempus ab horoſcopo eſſe putandum. Itaque hæc ſic connectenda docet ——— *in venturis*

Parte quod ex illa deſcribitur hora diebus.

Quod omnis hora deſcribitur in omni ſequenti tempore a parte illa, ſcilicet horoſcopo. vnde & prima Inſtitutione:

vnde dies redit, & tempus deſcribit in horas:
Hinc inter Graias Horoſcopos editur vrbes.

quæ his facem allucent.

v. 26. *Omne genus rationis agit.*] *omne genus rationis agi.* Omne ratiocinium temporis.

v. 27. *Et capit ex vno.*] Veſtigia priſci Archetypi, vnde hi inferioris notæ deſcripti. In eo enim ſcriptum fuit, *Et capitex vno.* vt, *parteſt*, &c.

Ibid. *Et capite ex vno.*] Ex horoſcopo.

v. 28. *Incipit atque horas.*] Gemblac. recte *Incipere*. Ita etiam textus Bonincontrij.

Ibid. *traditque ſequentibus aſtris.*] *tradique.* Ergo vt primus annus Leonis, in quo Horoſcopus, ſecundus Virginis, tertius Libræ fuerit; ſic etiam primus menſis Leonis horoſcopantis, ſecundus Virginis, tertius Libræ. Nec minus primus dies Leonis, ſecundus Virginis, & hora quoque ſimiliter, non autem ſecundum priorem ſententiam, quæ annum incipiebat a Signo, in quo Sol erat tempore naſcentis, menſes autem a ſigno, in quo Luna: diem & horam ab Horoſcopo & Planeta, in quo Horoſcopus. in

pus. in quo conuenit cum altera ſententia. Duplex igitur Dodecaeteris Chaldæorum, Generalis, & particularis. Generalis, incipit ab Ariete, eiuſque hic annus agitur vndecimus, qui erat Chriſti Dionyſianus 1598, cuius anni vndecimi Zodion eſt Canis: vt habes in Diagrammate. Anno autem Chriſti 1600 inibit Dodecaeteris, cuius Zodion Mus. Vide quæ nos libro ſecundo de Emendatione temporum primi de hac re vetuſtiſſima prodidimus. Ea eſt, de qua Cenſorinus meminit. Particularis vero Dodecaeteris eſt cuiuſque γενέσεως. Quot enim nati, tot ſunt Dodecaeterides iſtius generis. Sed quia duæ factiones ſunt initium eius inſtituentium, duplex quoque ipſa facta eſt. Nam aut a Signo, in quo Sol eſt, incipit, aut ab horoſcopante. De poſteriore igitur nunc tractat Manilius, poſtquam de priore egiſſet. Sed & Pauli Alexandrini de hac poſteriore non omittenda erant verba. Ea ſunt hæc: ὅσα δ᾽ αὖ ἡ γένεσις ἔτη κατάγοι, ἀπὸ τοῦ ὡροσκοποῦντος ζῳδίου διεκβαίνοντα. (διεκβάλλοντα) τὸ πρῶτον ἔτος διδόντες τοῦ γενετικοῦ χρόνου τῷ ὡροσκόπῳ. καὶ τὸ δεύτερον τῇ τοῦ ὡροσκόπου ἐπαναφορᾷ, ἔπειτα τὸ ἑξῆς τῷ τρίτῳ ζῳδίῳ ἀπὸ τοῦ ὡροσκόπου, καὶ ὡς ἔχει τὰ λοιπὰ ἐν τοῖς ἑπομένοις ζῳδίοις, ἕως ἂν τὸν δώδεκα ἀριθμὸν ἀπαρτίσῃς. καὶ πάλιν τὸ τρισκαιδέκατον ἔτος δίδωμεν τῷ ὡροσκοποῦντι ζῳδίῳ, &c. Lege cætera. Vt ipſe Manilium, ita Manilius ipſum interpretatur.

DODECAETERIS
GENERALIS
INCIPIENS A VERE.

		ANNI CHRISTI
♈	Mus	1588
♉	Taurus	1589
♊	Pardus	1590
♋	Lepus	1591
♌	Draco	1592
♍	Serpens	1593
♎	Equus	1594
♏	Ouis	1595
♐	Simia	1596
♑	Gallina	1597
♒	Canis	1598
♓	Porcus	1599

v. 29. *Et quanquam ſocia naſcuntur origine cuncta.*] Quanquam annus, menſis, dies, & hora incipiunt a tempore naſcentis, tamen diuerſæ ſunt vices & ἀποκαταστάσεις eorum: quatenus annus tardior menſe, menſis die, dies hora.

v. 31. *venit omnis ad aſtrum*] Ita concipito:

——— venit omnis ad aſtrum
Hora die bis, menſe dies ſemel, vnus in anno
Menſis, & exactis bis ſex iam Solibus annus:

Oo Sane

Sane hora ter redit ἐν νυχθημέρῳ vt minimum, ſiquidem eam a planeta dominante accipias. Nam quatenus dicitur prima, ſecunda, tunc verum fuerit illam redire bis tantum: quatenus vero horæ ſunt cognomines Planetarum, tunc in ſingulis νυχθημέρους horæ planetariæ, quæ inciderunt in primam, ſecundam, & tertiam diei, incident quarta vice in 22, 23, & 24 horam τοῦ νυχθημέρου, id eſt horas, 10, 11, 12 noctis. Itaque falſum fuerit horas ἐν νυχθημέρῳ bis tantum redire, quum poſſint quater reuerti. Quod ſi diem tantum artificialem accipimus, ne tunc quidem ſemper eadem hora bis redire poteſt in die. Nam ſexta & ſeptima Planetaria ſemel tantum contingent. Si nolumus auctorem noſtrum ἀλογιστεῖν, adiuuandus erit interpretatione, & dicendum hoc vt plurimum euenire, vt hora planetaria bis in die, & toties in nocte contingat, rarius autem ſemel. quod ſane verum eſt. Sed quur hæc diuerticula quærimus? Non enim intelligit de hora Planetaria, ſed de hora τοῦ δωδεκατημορίου. Vt enim primus annus, menſis & dies, ſigno horoſcopanti attribuitur, ita etiam hora. Itaque aliquis natus eſt hora nona diei χρηματικῇ, aſcendente Leone, die Mercurij. Hora pertinet ad Lunam. Sic Lunæ hora intra viginti quatuor horas bis redibit ad Leonem. Nam naſcente homine hora Lunæ attribuebatur Leoni, hora Saturni Virgini, hora Iouis Libræ, & ſic deinceps. ergo tertiadecima hora a nato homine, redit Lunæ hora in Leonem, Tunc dicitur hominem natum πολεύοντος ἑρμοῦ, σελήνης δὲ διεπούσης. Omnis enim dies, id eſt feria ſeptimanæ, cognominis eſt vni Planetæ. Planeta igitur, cuius dies eſt cognominis, dicitur πολεύειν toto illo νυχθημέρῳ: cæteri Planetæ dicuntur διέπειν. Vt in exemplo a nobis adducto. Feria quarta eſt Mercurij; hora, in qua natus homo, σελήνης. Ergo natus eſt ἑρμοῦ πολεύοντος, σελήνης διεπούσης. Quam autem vocamus Septimanam Chriſtiani, ipſi Gentiles vocabant τὴν ἑπτάζωνον, Septizonium, præſertim Ægyptij; item θεοὺς ipſas ἡμέρας: & πόσην τὴν θεῶν dicebant, id eſt quota feria. Illud autem τοῦ μὲν πολεύοντος, τοῦ δὲ διέποντος, ſimile eſt illi in inſcriptione veteri: κρατοπολεύοντος Αὐρηλίου Πρωτέως, καὶ ἐπιμελουμένου Αὐρηλίου Τερκυάτου.

Ibid. *venit omnis ad aſtrum Hora die bis.*] *ad aſtrum*, εἰς τὸ ὡροσκοποῦν ζώδιον. In vigintiquatuor horis bis redibit ad horoſcopum ἡ πολεύουσα ὥρα.

v. 32. *Menſe dies ſemel.*] Intellige vt horam, ita etiam ἡμέραν πολεύουσαν.

πολεύουσα. ὥρα vel ἡμέρα πολεύουσα eſt cognominis illi Planetæ, cuius hora fuerit naſcente homine. In noſtro exemplo Luna eſt πολεύουσα. quia naſcente homine, feria quarta, id eſt die Mercurij, hora nona erat hora Lunæ. ideo Luna erit πολεύουσα illius diei, quæ incipit ab hora nona. Nam toto vitæ tempore illi homini dies incipiet a nona hora. & primus Planeta illius erit Luna, primum Signum Leo. Vt autem ἡ πολεύουσα ἡμέρα in orbem redeat, hoc eſt, vt ad ſignum horoſcopi καὶ τὸ πολεύοντα ἀστέρα reuertatur, hoc non poteſt fieri, niſi poſt duodecim hebdomadas. qui ſunt plus quam menſes duo. Nam octageſimo quinto die ἡ πολεύουσα ἡμέρας hora ad idem ſignum reuertitur. Itaque parum cauiſſe videtur Manilius. Quum dico redire ad idem ſignum, non intelligo ad locum Zodiaci, ſed feriæ. Siue dies τῆς ἑβδομάδος diſtribuuntur ſignis in conſequentia, initio ab horoſcopo ſigno facto, nunquam feria attribuetur illi ſigno, niſi poſt duodecies ſeptem dies. Non ſolum experientia, ſed & ratio ita exigit.

v.33. *& exactis bis ſex iam Solibus annus.*] ἡ δωδεκαετηρὶς a duodecim annorum conuerſione dicta eſt, quod vnuſquiſque annus a conſequentia ſignorum denominatur: primus a ſigno horoſcopi, ſecundus ab epanaphora horoſcopi, tertius ab apoclimate imi cæli. & ſic deinceps.

Pag.76. v.2. *Vnius & ſigni.*] Ego hæc ita diſtinguo.

Difficile eſt in idem tempus concurrere cuncta,
Vnius & pariter ſigni ſi menſis, & annus
* *Aſperiorem vt agat menſem: ſi menſis in aſtrum*
Latius inciderit, ſignum ſit triſte diei:
Si fortuna diem foueat, ſit durior hora.

Difficile eſt, inquit, vt in idem tempus concurrant omnia, vt, quum vnius ſigni fuerint annus & menſis, tamen annus aſperiorem agat menſem: item vt menſis aſtrum ſit latius, aſtrum diei triſtius: item vt fortuna diei ſit felix, ſignum horæ durius.

v.3. *Aſperiorem agat menſem.*] Legimus *Aſperiorem vt agat menſem.* Sed ſuſpectum locum facit Gemblacenſis, *Aſperioris agam menſem.* Profecto locus non eſt ſanus.

v.7. *Non annos ſignum.*] Gemblac. *ſignis.* & nos ita olim.

v.10. *Et modo deeſt alius.*] *aliis.*

v.12. *Interpellatum.*] Gemblac. *variata.*

v.13. *Et quoniam duci.*] *Duxi.* Hic lemma appoſitum erat in

vetere Gemblacenſi: QVOT ANNOS VNVMQVODQVE SIGNVM TRIBVIT. quæ eſt pars doctrinæ τῶν περὶ χρόνων ζωῆς. eaque, vt diximus, hæret methodo Horoſcopi. Nam nato homine, quis vitæ progreſſus, & quatenus, inueſtigatur. Progreſſus vitæ in Dodecaeteride conſideratur, finis vitæ in anaphoricis temporibus, quibus τὰ ἔτη βιώσιμα inueſtigabant. Nam quot gradus aſcendit ſignum, tot annos vitæ dare hariolantur. Paulus Alexandrinus: ἐπεὶ δὲ ὁ ἥλιος ἐστὶ Σκορπίου μοίρᾳ ιε, ἀνατέλλει δὲ καὶ κατ' Αἰγυπτίους ἐν τῷ δι' Ἀλεξανδρείας κλίματι ἐτῶν λϛ. Aliter & quidem male meo iudicio, Firmicus, qui non tot annos illud ſignum oriri dicit, puta viginti, ſed viceſimo anno. Ita enim libro primo: *debemus oſtendere, quoto anno vnum quodque ſignum in genituris oriatur.* Deinde ſubiicit: *In climate primo, hoc eſt Alexandriæ, Aries oritur anno viceſimo: Taurus viceſimo quarto: Gemini viceſimo octauo: Cancer triceſimo ſecundo: Leo triceſimo ſexto. Virgo quadrageſimo.* Quod eſt plane exemplum ſtadiaſmi Cnidi a Manilio propoſiti: ſi modo gradus geminaueris. Sed imperite τὸ λέων ἀνατέλλει λϛ ἔτη vertit, *Leo oritur triceſimo ſexto anno.* imo triginta ſex annis, vt ſupra ex Paulo Alexandrino oſtendimus. Sed clarius hanc μακροτοχίαν veteres Ægyptij expoſuerunt. Nam Thema conſtituebant omnium regionum. Horoſcopus erat ſignum, cui regio ſubdita eſt. Quot graduum eſt quadrans ortiuus, id eſt ab Horoſcopo, ad medium cælum, in tot annorum ſpatium vitam illius gentis extendi poſſe putabant. Hanc doctrinam τετραζωδίαν vocabant, item Tetartemorion, nempe a quadrante Circuli. Plinius libro ſeptimo, cap. XLIX: *Poſcere videtur locus ipſe ſideralis ſcientiæ ſententiam. Epigenes* CXXII *annos impleri negauit poſſe: Beroſus excedi* CXVII. *Durat & ea ratio, quam Petoſiris, ac Necepſo tradiderunt, & Tetartemorion appellant, a trium ſignorum portione, qua poſſe in Italiæ tractu* CXXVI *annos vitæ contingere apparet. Negauere illi quenquam* XC *partium exortiuam menſuram (quod anaphoras vocant) tranſgredi, & has ipſas incidi occurſu maleficorum ſiderum, aut etiam radiis eorum, Soliſque.* Quod dicunt de Italia, non parum diſcedit ab eorum ratiociniis. Signum, cui ſubiectum Italia, eſt Libra, auctoribus illis veteribus, & Manilio. Horoſcopante igitur prima parte Libræ, prima Cancri culminat, vt ipſorum ratio poſtulabat, qui omnia ad methodum Horoſcopi ſui, & præterea ad æqualem modum dirigebant. Secundum illo-

rum

rum anaphoricas ἀυξομενώσαις Cancer oritur grad. 32. 30′: Leo gr. 37. 30′: Virgo 42. 30′. Summa gradus 112 30′. Tot annorum vita contingere poſſet in Italia, non autem 126. hoc enim potius in Germaniæ tractibus contigerit. Sed hæc ſunt futiliſſima. Manilius vero aliam inſiſtit viam, & quidem cauſſam φυσικώτερον tepetit. Nam vita a Sole & Luna. & contra mors ex eorum cum maleficis ſtellis occurſu. συμβαίνει δὲ, inquiunt Græci, τοὺς θανατηφόρους ἢ καὶ ἐπικινδύνους κλιμακτῆρας γίνεσθαι ἐκ τῆς κατὰ περίπατον συναντήσεως ἡλίου καὶ σελήνης, ὅτε δὲ καὶ ἀφροσκόπει πρὸς τὰς τῶν κακοποιῶν ἀκτῖνας, &c. Quia igitur auctores vitæ ſunt ambo Sol & Luna, eorum periodos conſiderarunt, Solis quidem viginti octo annorum, quam etiam Perſæ vocant Salchodai, Lunæ autem decem & nouem, quam idem Perſæ vocant Salmahi. Et quidem vt Solis quatuor periodos longiſſimam vitam præſtare aiunt, ita etiam totidem Lunæ periodos mediocrem. Ergo Solis ſæculum longiſſimum cxii annorum, Lunæ lxxvi. Et profecto Latini vnam periodum Solis vocant aream vitæ. Martialis celebrans natalem ſuum quinquageſimum ſeptimum:

Quinquageſima liba ſeptimamque
Hanc veſtris fero nunc rogis acerram.
Annos addite ter precor nouenos:
Vt nondum nimia piger ſenecta,
Sed vitæ tribus areis peractis,
Lucos Elyſiæ petam puellæ.

Poſtulat ad quinquageſimum ſeptimum annum ineuntem addi annos xxvii. Nimirum octageſimo quarto decedere cupit. Hoc tempus vocat tres areas vitæ. Apparet, quantum coniectura aſſequi licet, vnum miſſum, qui erat ſeptem curſuum in Circo, vocatum fuiſſe Aream. Nam Area ſumitur pro ipſo Circi ſpatio. Claudianus vi. Conſul. Honori.

Nec ſolis hic curſus equis: aſſueta quadrigas
Cingit raua Tigris, ſubitæque aſpectus arena
Diffundit Libycos aliena valle cruores.
Hic & belligeros exercuit area luſus.

Ergo vna area viginti octo anni, quatuor areæ, longiſſimus terminus anni cxii. Mediocris terminus quatuor cycli Lunares, anni lxxvi. Peragere vnam aream vitæ dixerit Martialis, vt Epicrates Comicus de Laide:

ἐπεὶ δ' δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,
τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος.

Nam metaphora eſt a ſtadio, vt illa Martialis a Circo. Sed clarius Alexis: ——— τὸν γὰρ ὕστατον
τρέχων δίαυλον τοῦ βίου, ζῆν βούλομαι.

Nam δίαυλος eſt verſura ſtadij. quod melius confirmatur lectione quorundam librorum etiam ſcriptorum Martialis, vbi legitur:

Annos addite bis, precor, nouenos.

Ita LXXV annos optat viuere: & proinde area erunt XXV anni, non XXVIII: vt alluſio fiat ad viginti quinque miſſus Circenſium. Seruius ad illud, Centum quadriiugos: *vnius diei exhibendo Circenſes ludos, vt Varro dicit in libris de rebus pop. Rom. olim vigintiquinque miſſus exhibebantur*, &c. Ergo area XXV anni. & omnino curriculum vitæ aream vocat idem Martialis.

Per varias artes, omnis quibus area feruit,
Ludere quum liceat, currere pigritia eſt.

Quia igitur vitæ modus ex anaphoricis temporibus ſignorum æſtimatur, neque gradus anaphoricos probat Manilius, alias aſcenſiones ſignis attribuit, nempe ἀναφορικοὺς χρόνους τοῦ τῆς ζωῆς μεγέθους. Ergo methodo eadem vtendum, qua ſupra Manilius colligebat horaria aſcenſionum tempora. Da igitur ſextam partem annorum 112 id eſt annos 18, menſes 8, aſcenſioni Leonis, per præceptum VII, & IX: itidem ſextam partem annorum 76, hoc eſt annos 12, menſes 8, Tauro, per eadem. Differentiæ vtriuſque triens ſunt anni duo, exceſſus nempe progreſſionis, per præcepta VI, VIII. qui abiectus ex aſcenſione Tauri, dabit aſcenſionem Arietis annos 10, menſes 8, per præcepta VII, IX. Habemus igitur & χρόνους βιωσίμους Manilij, & cauſſas eorum. Ita ſtudioſi addiſcant verum quærere per verum, non per falſum. Numquam enim inuenient. multis imponit δοξοσοφία καὶ τῦφος. Nimio plures ſunt, quam vellem. Hæc omnia tenebricoſa erant.

	Anni	Menſes
♓ ♈	10.	8
♒ ♉	12.	8
♑ ♊	14.	8
♐ ♋	16.	8
♏ ♌	18.	8
♎ ♍	20.	8

V. 13. *Quod quandoque genus.*] Sæpe hoc Manilianum genus loquendi annotauimus. *quod quandoque genus*, quod genus. Neſcio an τὸ *venit* ſanum ſit.

v.16. *quæ ſummam continet æui.*] Ergo & prior pars pertinebat ad ſummam æui, & recte hæc illam ſequitur.

v. 20. *vnumque trientem Fraudatum.*] Lege *triente.* Annus vno triente fraudatus ſunt octo menſes, vt ſcis, & patet ex diagrammate.

v.21. *appoſitis tu, Taure, duobus Vincis.*] Nimirum exceſſus eſt biennium, vt iam vidimus: cuius adiectione progreditur numerus.

v.24. *Biſque nouem Nemeee dabis.*] Recte, ſi non interpolatum eſſet. Gemblacenſis detegit mangonium:

Biſque nouem Nemeæ tribuis ———

Nimirum *Nemea* legendũ. Sic ſupra Nemea eſt Nemeeus Leo:

Quomodo diuiſis Nemea ſibi duxerit horis.

Ibid. *bis ſexque ſub illis.*] Emendauimus iamdum *biſſemque ſub illis*: Ita ſcribebant pro *beſſem.* Sic apud Perſium *triſſis agaſo* in veteribus libris, apud Varronem *viciſſit, duciſſit.* Frequentia hæc in veteribus libris.

v.32. *Piſcibus ac Aries.*] Lege *aſt Aries.* Superſunt veſtigia in Gemblac. *Piſcibus eſt Aries.* ———

Pag.77. v.1. *Nec ſatis eſt annos.*] Lemma eſt in Gemblacenſi: QVOT ANNOS QVÆQVE LOCA TRIBVANT.

Ibid. *Nec ſatis eſt annos.*] Duo membra περὶ βιωσίμων χρόνων aſſumpſit Manilius, quamuis plura ſunt alia. Nam χρονοκρατορίαι præcipue conſiderantur aut κατὰ τόπους, aut κατὰ κέντρον ἀστέρων. Et quidem partem τῆς χρόνων περὶ ἀστέρων ſupra & alibi promiſit. Nunc eam, quæ κατὰ τόπους, exponit.

v.3. *Templa quoque & partes cæli.*] ἡ δωδεκάτοπος.

v.5. *Quum bene conſtiterit ſtellarum.*] Iubet primum diſponere planetarum locos. & tamen nihildum de illis ſcripſerat. Sed promittit.

v.7 *Mox veniet mixtura ſuis.*] Apoteleſmata, quæ docet Manilius, ſunt ἁπλῆ, non συγκριτικά. Nam hic nulla κρᾶσις aut μῖξις ἀστέρων; ſed duntaxat οἱ τῆς δωδεκατόπου κατὰ τὸ ἁπλοῦς βιώσιμοι χρόνοι.

v.8. *percognita rerum.*] Malim *præcognita.* προδιεγνωσμένα. Ita profecto ſcripſit Manilius.

v.10. *Si bene conſtiterit.*] Quum χρονοκρατορίας diſponerent, & de vitæ longitudine quærerent, locum, in quo erant luminaria, obſeruabant, quem vocabant φωσφοροῦντα τόπον, item φωσφορίαν.

Ptolemæus

Ptolemæus certe commendat, & vocat *τόπον ἀναγκαιότατον*. Porro *φωσφορίαν* Lunæ præferebant. Nam ſignum, in quo illa eſſet, horoſcopare dicebant. Et quum Tropica ſigna non ſolum vniuerſaliter, ſed & pro ipſa genitura obſeruarent: id ſignum, in quo Luna eſſet, horoſcopum vitæ dicebant, & ab eo Tropica ſigna numerabant. Habes igitur rationem, quare præcipue *φωσφορίαν* Lunæ in hoc negotio requirit. Ponit vero *χρόνους βιωσίμους*, qui vnicuique domicilio competunt, Luna in aliquo eorum poſita, vt ſint quaſi quædam Ferdaria Lunæ. *Ἀνατολὴ* dat LXXVIII: *μεσουράνημα* LXXV: *δύσις* LXXVI: *ὑπόγειον* LXI: *ἀπόκλιμα μεσουρανήματος* LXVIII: *ἐπαναφορὰ ὑπογείου* LXIII. *ἐπαναφορὰ μεσουρανήματος* LVII: *ἀπόκλιμα ὑπογείου* L: *ἐπαναφορὰ ἀνατολῆς* XXIII: *ἐπαναφορὰ δύσεως* XIII: *ἀπόκλιμα δύσεως* XII. Sed non certioribus rationibus hæc nituntur, quam Ferdariæ Planetarum, de quibus fatetur Sapiens Aben Ezra ſe nihil ſcire.

v.11. *Quod redit.*] Lege: *Quo redit.* Præfert Horoſcopum, at Ptolemæus *τὸ μεσουράνημα*. Veba eius: *δοκεῖ γὰρ τὸ μεσουράνημα ἀναλογεῖν τῇ κεφαλῇ. ἀρχὴ δὲ πάντων τῶν ἐν ἡμῖν μορίων ἡ κεφαλή.* Subtiliora, quam veriora: & profecto omnia, cuiuimodi ſunt, *ματαιότεχνα*.

Ibid. *naſcenſque tenebat.*] *tenebit.*

v.13. *at quum ſub culmine ſummo.*] *τῷ μεσουρανήματι.*

v.14. *tribus hic numerus.*] Erunt LXXV.

v.15. *Bis quadragenis.*] Lege:

Domus XII	Anni
1	78
7	76
10	75
9	68
5	63
4	61
11	57
3	50
2	42
12	23
8	23
6	12

Bis quadragenis occaſus dites in actu
Solis erat, numero niſi deeſſet Olympias vna.

in actu Solis, *ἐν τῇ περιόδῳ ἡλιακῇ*. Actus *περιαγωγή*. Sic infra:

Dena quater reuocat vertentis tempora Solis.

Ita etiam ſupra dixit. Bis quadragenis, *ἀπὸ κοινοῦ* annis.

v.15. *Bis quadragenis.*] *ἡ δύσις* LXXVI.

v.17. *Primaque tricenos.*] Lege: *Imaque tricenos* — *τὸ ὑπόγειον* annos LXI.

v.19. *Quodque prius natum.*] *ἀπόκλιμα μεσουρανήματος*: nona domus annos LXVIII.

v.21. *Quod fuerit læuum.*] Læuum trigoni *ἐπαναφορὰ ὑπογείου* quintus locus annos LXIII, qui eſt annus climactericus. Firmi-

cus

cus libro IV. *Inter cæteros præterea diametros hoc maxime obſeruanđ eſt, quod ſepteni anni, ac noueni per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes naturali quadam & latenti ratione variis hominem periculorum diſcriminibus ſemper afficiunt. Vnde & ſexageſimus tertius annus, quia vtriuſque numeri ſummam pariter excipit, androdas appellatus eſt.* Locus iſte Firmici inſignis eſt, & tamen ita deprauatus, vt vix dignoſcatur, quid velit. Ego primum lego: *Inter cætera primum climacteras maxime obſeruandum eſt.* item: *androclas appellatus eſt.* Nam ἀνδροκλᾶς dictus, quaſi Virifragus. quod diſertim a Firmico quaſi digito indicatur infra: *Hac igitur ex cauſa androclas ab Ægyptiis dictus eſt, quod omnem vitæ ſubſtantiam frangat, atque debilitet.* His duabus noſtris emendationibus poſtea ſuffragari vidimus codicem ſcriptum Iac. Cuiacij Iuriſconſultorum principis.

Ibid. *Quod fuerit læuum.*] Επαναφορὰ ὑπογείου annos LXIII.

Ibid. *prælataque ſigna.*] τὰ προηγούμενα.

v. 23. *Quæque ſuper ſignum naſcens hoc ordine primum.*] Gemblacenſis longe melius. cui ſubſcribit textus Bonincontrij:

Quæque ſuper ſignum náſcens a cardine primum
Tertia forma eſt, & ſummo iam proxima cælo.

Eſt ἐπαναφορὰ μεσουρανήματος, ann. LVII.

v. 26. *Quæque infra veniens.*] malim *veniet.* ἀπόκλιμα μεσουρανήματος.

v. 27. *Ter quinquagenas*] Falſum. Emenda:

Per quinquagenas complet ſua munera brumas. ann. L.

v. 28. *Quique locum ſuperat.*] Emendabamus olim:

Quemque locum ſuperat naſcens Horoſcopus. ———

Subſcribit Gemblacenſis. ἐπαναφορὰ ἀνατολῆς annos XLII.

v. 31. *At qui præcedit.*] ἀπόκλιμα ἀνατολῆς annos XXIII.

Pag. 78. v. 1. *Quod ſuper occaſus tentatum eſt.*] ἐπαναφορὰ δυτική annos XIII. Quid autem reponam pro vitioſo *tentatum*, equidem comminiſci non potui.

v. 3. *Inferius perimet.*] Gemblacen. *interius*, ἀπόκλιμα δυτικόν. annos XII.

Ibid. *bis ſexque peractis Immatura trahet natalis.*] τὸ *natalis* priſce pro *natales*. Ergo *peracti* legendum & *trahent*.

——— *bis ſexque peracti*
Immatura trahent natales corpora morti.

trahent morti, ad mortem. vt : ——— *viamque affectat Olympo.* ad Olympum. Gemblacenſis habet *corpora morbus.* Totius capitis huius ſummam in ſchema coniecimus, cuius Exemplum infra poſuimus,



v.5. *Sed tamen in primis.*] Præibat Lemma in Gemblacenſi QVÆ SINT TRIPLICATA SIGNA ET QVAS VIRES HABEANT. Sed corruptum eſt TRIPLICATA pro TROPICA. Tropicorum nomine quatuor κέντρα mundi intelliguntur: quorum duo proprio nomine τροπικὰ, Cancer, Capricornus: duo autem ἰσημερινὰ, Aries, Libra. Tropica, quia in contrarium ſtatum mutant tempora. Contrarij ſtatus ſunt æſtas, & hiems, vt calor & frigus. Sed & Manilius ipſe infra τὰ τροπικὰ ἐτυμολογεῖ.

Quatuor hæc & in arte valent, & tempora mutant. Lucanus:

——— varij mutator circulus anni.

quamuis Cicero melius a conuerſione, quam ad nos facit Sol. Obſeruabant autem veteres Tropica in genituris. quæ ſi non in genitura eſſent; hoc eſt, ſi cardines genituræ non incidebant in Tropica ſigna, locum Lunæ obſeruabant, quem φωσφοροῦντα vocabant, & ab eo Tropica numerabant. Cicero II. de Diuinatione, de Chaldæis: *Etenim quum, vt ipſi dicunt, ortus naſcentium Luna moderetur, eaque animaduertant, ac notent ſidera natalitia Chaldæi, quæcunque Luna iuncta videantur: oculorum fallaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant.* Ita alia erunt Tropica φύσει, alia θέσει. Hinc colligitur, quare Manilius Tropica ſigna poſt domiciliorum χρόνους protinus ſubiecit. Faciunt enim & illa ad vitæ tempora, quum eorum ratio in genituris habeatur.

v.7. *Partibus aduerſis.*] Oppoſita enim ſunt Cancer Capricorno, Libra Arieti.

v.9. *nodoſque reſoluunt.*] τὰ κέντρα Mundi nodos vocat.

v.10. *Totumque emittunt.*] tanquam ἀπὸ τῆς ἀφετηρίας.

v.13. *paruoque receſſu Deſtruit.*] Vix enim videtur recedere a puncto ſolſtitiali, adeo vt per quadraginta dies παράλλαξις nulla fere percipiatur. Geminus.

v.14. *& quanto fraudauit tempore noctes In tantum luces.*] Gemb. contra *— & quanto fraudauit tempore luces In tantum luces auget.* & quidem optime. Nam in Cancro incipiunt luces decreſcere. Sed & textus Bonincontrij eandem lectionem retinet.

v.15. *ſtat ſumma.*] Peſſime acceptus locus. Hoc & cæco patet. legendum:

——— vt quanto fraudauit tempore luces,
In tantum noctes augeſcat ſumma per omnes.

Quis poterit hæc damnare, niſi qui Latine neſcierit?

v.16. *Cum Cererem fragili.*] Melius Gemblac. *Tum Cererem.* Bonincontrij textus *Tunc.*

Ibid. *diſtringere culmo.*] Irrepſit ex ſequente verſu. Legendum vero *diſtinguere.* quod ab Arato mutuatur ita canente de Sirio:

ῥεῖα γὰρ ὖν ἔκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀΐξας.

Exorienſque ſuo diſtinguit ſidere culmos.

ita Maniliane. Potes aliter:

Atque ſuo vehemens ſegetes diſcriminat ortu.

Recte Germanicus: —— *accenditur æſtas,*

Diſtinguitque ortu. Diſtinguuntur ſegetes, quum interflaueſcunt ad maturitatem properantes. Nam aliter interpretari eſt meræ inſcitiæ.

v.17. *& in varias diſtringunt.* Gemblac. *deſtringunt.* Ita etiam olim legebamus Martial. —— *curuo deſtringere ferro.*

v.8. *Et tepidum pelagus iactatis languet in vndis.*] Nolim mutari, quanquam Gemblacenſis habet:

Et trepidum Pelagus iactatum languet in vndas.

v.20. *Iam tellure fugit.* — Vagatur exſiccato ſolo, quod hieme ea loca aquis operiantur.

v.21. *Nilusque tumeſcit in auras.*] Lege *in arua.* Diuerſus error ſupra. —— *muſamque inducit in arua.* Vbi legebatur *in auras.*

v.22. *Hic iterum ſitus eſt.*] Lege: *Hic rerum ſitus eſt, Cancri quum ſidere,* &c. Manifeſta lectio, niſi quis forte ad eius lucem caliget, vt nocturni oculi.

v.25. *Per minimas cogit noctes.*] Imo contrarium:

Per minimas cogit luces & maxima noctis Tempora ——

Ita olim emendauimus. Ita etiam Gemblacenſis:

v.27. *Inque vicem nunc damna facit.*] Gemblacen. *damna legit.* Haud ſcio an bene.

v.28. *Tunc riget omnis ager.*] Gemblac. *Tunc fugit.*

Ibid. *clauſum mare.*] Et ſupra:

Tum ſubeunt Hædi claudentes ſidere pontum.

Vide Vegetium.

Ibid. *condita caſtra.*] Hiberna militum.

v.29. *horrentia ſaxa.*] Melius Gemblac. —*ſudantia ſaxa.*

v.30. *Statque vno Natura loco.*] Et hic quoque ἐπιμονὴν τοῦ ἡλίου in Capricorni partibus intelligendum Geminus teſtatur. non quod

quod reue ra ſit, ſed quod videatur vix per quadraginta dies nox decreſcere. Veteres illi ſerio credebant. Sane ſenſus ipſe non aliter iudicat, ſed ratio non patitur. Ex hac theoria pendet ratio Antiſciorum Manilij, vt ſuo loco demonſtratum eſt.

v.31. *Proxima in effectu ſimili.*] *ſimiles*. Etiam adteſtatur Gemblacenſis, in quo ſcriptum:

Proxima in effectum & ſimiles referentia motus.

v.32. *Eſſe ferunt luces.*] Hic error, qui ſupra, *luces* pro *noctes*.

Pag.79. v.1. *Inter principium reditus finemq; coercet.*] Propterea Cicero in Arateis nodum mundi vocat: quia ſcilicet apud Aratum δεσμὸν ἐπεγέρτιον legerat, non, vt hodie editur, ἀπεγέρτιον. Sequitur vero:

Tempora diuiſo iungens concordia mundo.

Nam ea diuiſio mundi dicitur nodus cæleſtis. Aliter locum hunc capere non potes.

v.6. *Tunc primum muta pelagus.*] Magis placet lectio Gembl.

Tum primum miti pelagus conſternitur vnda.

v.11. *Viribus in tantum ſignis.*] *ſegnis*, vt olim emendabamus. Approbat Gemblac. eſt ἐπιφώνημα. Segnem naturam ſub bruma quare dixerit, patet ex illo:

Statque vno Natura loco, paulumque quieſcit.

v.13. *pari cum fœdere ducit.*] Gemblac. *ducens*. recte. Ita ergo continua:

Huic ex aduerſo ſimili cum ſorte refulget
Libra diem noctemque pari ſub fœdere ducens Tantum quo, &c.

v.14. *Tantum quod victas.*] Lege —— *pari cum fœdere ducens*
Tantum quo victas vſque ad ſe vincere noctes
Ex ipſa iubet. ——

v.15. *Ex ipſa iubet ac brumæ.*] *Ex ipſa iubet ad Brumam*. Etiam Gemblacenſis habet *ad*, non *ac*.

Ex ipſa iubet ad brumam, quum tempora vincunt.

quouſque, inquit, Libra noctes victas vſque ad ſe, (ad initium ſcilicet Libræ) vice verſa iubet vincere vſque ad initium Capricorni, vbi brumæ ſidus conficitur.

Ibid. *ac brumæ cum tempora vincunt.*] Gemblacenſis:

ad brumæ tum tempora vincit. Male, meo iudicio.

v. 23. *Sed non per totas.*] Præibat Lemma in Gemblacenſi:
QVÆ PARTES IN QVATVOR SIGNIS TROPICÆ

sint. vere quidem, ſed importune. non enim hic vlla ſectio capitis eſſe debet. Alioquin infinitæ ſectiones eſſe debebant.

Ibid. *Sed non per totas æqua eſt menſura figuras.*] Gemblacen. rectiſſime *verſura* non *menſura*. Nam verſura eſt καμπή. vnde καμπτὰ dicta. καμπτὴρ in metis Circenſibus & καμπὴ idem. Verſuram in porticibus dixit Vitruuius, quam vorſariam Plautus. Quando ad nos a Capricorni principio redit Sol, tunc ad nos dicitur capere vorſoriam aut verſuram. Ait igitur ne ipſorum quidem Tropicorum inter ſe ſimilitudinem eſſe. Nam Tropicorum ſignorum quatuor duo tantum ſunt vere Tropica, reliqua duo ἰσημερινά. Simile, inquit, aut commune inter ſe habent, quod vertant tempora: diſſimile, quod diuerſa tempora faciant ἰσημερινὰ a Tropicis. Communis, inquam, ipſa verſura, ſiue καμπή: ſed ipſæ verſuræ diſſimiles inter ſe.

v. 24. *Omnia nec plenis flectuntur ſidera ſignis.*] Et hic quoque Gemblacenſis iure merito habet, *vertuntur ſidera*. Dixit enim *verſura*.

v. 27. *Vna dies toto Cancri longiſſima ſigno.*] Geminus hanc quidem opinionem priſcorum fuiſſe monet, vt in toto ſigno Capricorni brumam, in toto Cancri ſolſtitium confieri putarent. Nos ex illa opinione Antiſcia veterum manaſſe, & Lucanum eos ſecutum fuiſſe indicauimus. Hoc, inquam, perſuaſum fuit priſcis illis. Sed hoc non vult Manilius. De vna tantum die longiſſima in toto Cancri ſidere loquitur, non de omnibus illius ſideris diebus. De prima tantum die Cancri, vel, vt alij, de octaua: quandoquidem nonnulli ſolſtitium in octaua parte Cancri fieri putabant. Propterea infra concludit:

Vna ergo in Tropicis pars eſt cernenda figuris,
Quæ moueat mundum, quæ rerum tempora mutet.

Vna dies brumæ, vna ſolſtitij, non tota ſidera: vna vtriuſque Æquinoctij, non totum ſidus Arietis, aut Libræ. Sed & illi veteres non quando Sol Arietem ingreditur, tunc ver confici credebant: neque Solſtitium, quando primam partem Cancri iniret. Apud Columellam enim, Ouidium, & auctorem parapegmatis a Leonico conuerſi, Ver multis diebus ante ingreſſum Solis in Arietem notatum eſt, & Solſtitium longe antequam Sol primam partem Cancri tangat. Cui conſentaneum, quod ea tempora in octauis Signorum confieri putarent.

Fata

v. 28. *Fata mouent.*] Gemblacenſis *Facta mouens conſulta.* Non ſequimur. Non poſſumus mutare ſententiam in iis, quæ olim legebamus ita:

> *Quæ moueat mundum, quæ rerum tempora mutet,*
> *Fata nouet, conſulta alios declinet in vſus,*
> *Momina in aduerſum flectat, rurſuſque reuoluat.*

Sane hæc & Maniliana ſunt, & elegantiſſima. Ineptos & barbaros codices nihil moramur.

v. 32. *Conſulta alios.*] Conſulta, quæ decreta vocat Firmicus: τὰ ἀποτελέσματα.

v. 33. *Omnia in aduerſum.*] Repoſuimus *Momina.* quod nomen plurifariam in hoc ſcriptore deprauatum fuit.

Pag. 80. v. 3. *Qui primæ momenta darent.*] Non defuit, qui æquinoctia & Solſtitia in partibus Signorũ, alius, qui in octauis, alius in decimis confieri putarent. Et ſane primum Soſigenes putauit ſolſtitia confici in octauis partibus, idque patet ex Iuliani anni diſpoſitione, quæ ab ipſo facta eſt, quum octauas partes in Kalendis menſium poneret, Arietis quidem in Kalendis Aprilis, Cancri Kalendis Quintilibus, Libræ Kalendis Octobribus, Capricorni Kalendis Ianuarij. Sed poſt cædem Cæſaris ter mutauit ſententiam trinis commentationibus dubitationem potius ſuam, quam rei ſcientiam profeſſus. Non dubium eſt, quin corrigens ſeſe illa tempora non in octauis, vt antea, ſed in primis partibus confici exiſtimarit. Nam vetuſtiſſima eſt ἐποχὴ æquinoctiorum & ſolſtitiorum in octauis partibus ſignorum, ducentis annis vt minimum ante primam Olympiadem, ſi rem propius putemus. Sed de his in libris de Emendatione temporum.

Ibid. *frenaſque dierum.*] quibus tanquam habenis Sol nunc relaxat, nunc in gyrum diem cogit, relaxat in Solſtitio, cogit in bruma. Propterea Cardines nodos vocauit ſupra;

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F.

CASTIGATIONES ET NOTÆ IN APOTELESMATICVM M. MANILI.

DVO ſuperiores libri ſunt σφαιρικοὶ καὶ στοιχειωτικοί. Hi poſteriores ſunt ἀποτελεσματικοί. Nam hæc ſcientia aut informat, aut decernit. Et decreta ipſa vocantur ἀποτελέσματα, hoc eſt reſponſa. ἀποτελεῖν enim dicitur Aſtrologus, quando reſpondet: qua in ſignificatione vſurpatur a Ptolemæo, item ab eius interprete in librum ſecundum. ὁ γὰρ ἀποτελῶν, ἢ καθ' ὅλα ἔθνη καὶ πόλεις ἀποτελεῖ, ἢ τινδέ τινα τῶν ἀνθρώπων. Prædictionis, quæ per Aſtronomiam fit, duæ partes ſunt: altera circa aſtrorum motum, altera circa effectum aſtrorum. Vnde Græci eam partem vocant, τὸ προρρητικόν. Priorem partem tractauit primo libro. Alteram quatuor ſequentibus: quæ & ipſa in duas partes diſcedit: εἰς τὸ σφαιρικὸν, καὶ τὸ ἀποτελεσματικόν. & quidem τὸ σφαιρικὸν tractat τὰς τῶν ἀστέρων καὶ τῶν ζωδίων καὶ καθ' αὐτὰς καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσεις. Ea omnia, vt diximus, iam prioribus libris abſoluit. τὸ ἀποτελεσματικὸν in hoc & ſequenti. Orditur vero non dicam luculento, ſed diuino proœmio.

v. 22. *Nec quod habet, numerat.*] *Tam deeſt auaro quod habet, quam quod non habet.* Mallem vero:

Pauperiorque bonis quiſque eſt quo plura requirit.

v. 26. *Et ſummum cenſu precium eſt effundere cenſum.*] Ouid.

Quærere

Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant:

Atque ipſe vitiis ſunt alimenta vices.

v. 28. *Totque ſuperuacuis vitam deflete querelis.*] Lege *deplete querelis*, hoc eſt, *exhaurite. Pierios latices digno depleuimus hauſtu.* Papinius. Tralatitie a vaſis: & τὸ *Superuacuis* quum dicit, in eadem tralatione perſiſtit. Nam vaſa ſuperuacua ſunt, quæ Græci ἄγγεια, vel potius ὑπέργχεια.

v. 30. *Longaque per certos ſignantur tempora curſus.*] Repone *caſus* ex Gemblac. Sic in Sphæra mundi:

Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu.

Pag. 81. v. 1. *damna & compendia vitæ.*] verum eſt, quod concipit Gemblacenſis ——— *damna & compendia rerum.*

v. 2. *Nemo caret damno.*] Inepte Bonincontrius:

Nemo caret dando. ſtolide interpolatum ſequentia ſatis aperiunt.

v. 3. *inuitam pendere votis.*] *prendere.* Hanc priſtinam emendationem noſtram confirmat Gembl.

v. 4. *ſors eſt ſua culpa ferenda.*] Et cæco patet legendum:

——— *ſors eſt ſua cuique ferenda.* Approbatur a Gemblac.

v. 6. *Fugiſſent ignes Æneam.*] Non probo lectionem Gembl. *Fulſiſſent ignes.* Hic ignes de Palladio, quod ferebat Æneas, intelligendum.

v. 9. *Romaque ſic enata foret.*] Interpolatitium. Gemblac. & alter manuſcriptus: *Roma caſis & nata foret.* optime. Sed alter habebat *caſis enata.*

v. 10. *In Capitolinos auxiſſent fulmina montes.*] Legendum: *culmina montes* conſtruxiſſent aream Capitolinam in Tarpeio monte. Hoc enim auget montem. Ineptum eſt in Gembl. *flamina.* Sequentia probant: *Includive ſua potuiſſet Iupiter arce.* Nam de fulmine Iouis, quod ſomniat Bonincontrius, non perſuadebit niſi ſimilibus ſui. Eſt autem enallage, *auxiſſent culmina in Capitolinos montes*, pro, *auxiſſent Capitolinos montes in culmina*, hoc eſt arcem, & ædem Iouis Capitolini.

v. 12. *Captus, vel caput his orbis foret.*] Semper ſuſpectus mihi fuit locus hic. Gemblacenſis: *Captus & captis orbis foret.* Deeſt literula: *Captus & a captis orbis foret.*— Egregia ſententia! orbis victores Romani prius victi ſunt a Græcis. Sunt enim a Troianis oriundi, qui a Græcis olim capti, ipſi rurſus & Græcos, & orbem

ipſum cæperunt. Virgilius. *Num capti potuere capi?*

v. 14. *Solus & appoſitis.*] *oppoſitis* ſcribẽdum. Obiecto vmbone.

v. 15. *rupiſſet fœdera virgo.*] Cloelia.

v. 17. *Nulla acies tunc euicit.*] Multum diſcrepat a vero. Gemblacenſis optime: *Nulla acies tantum vicit.* Nulla acies tantum vicit, quantum tres illi fratres, imo quantum tertius duobus ſuperſtes. Sequentia confirmant.

v. 20. *Varronemque pigrum magnum quod viuere poſſet.*] Pigrumne, qui celeritate fugæ ſe cladi Cannenſi eripuit? Deformatiſſimus eſt hic verſiculus, neque vero integrior in Gemblacenſi: *Varronemque pugum magnum quam viuere poſſet.* Proculdubio *pugum* ex *pfugum* conflatum, id eſt *profugum*. Itaque lego:

Varronem profugum, magnum quam viuere poſſe,
Poſtque tuos Thraſymene lacus. ——

Varronem fuga vitæ conſulentem, quem mirum poſt tantam cladem viuere potuiſſe, idque poſt cladem ad Thraſymenum. *Magnum quam*: alij dicerent *magnum quantum*. vtrunque dicitur magnum quam, magnum quantum: immane quam, immmane quantum. Græcum θαυμαστὸν ὅσον.

v. 23. *Spectatum Hannibalem.*] Melius Gemblacenſ. & textus Bonincontrij:

Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis.

Fruſtra enim legatione Romana a rege Pruſia petitus catenas veneno hauſto præuenit. Bonincontrij textus habet *Speratum*, quum tamen interea ipſo *Spectatum* legat. Haud dubie interpolatio eſt ab illo: *cecidiſſe catenis*, cecidiſſe in catenas, vt ſupra trahere morti, trahere in mortem.

Immatura trahent natales corpora morti

v. 24. *Exiliumque rogi.*] Quid eſt *exilium rogi*? Quam inepte hoc conceptum eſt. Legebamus olim:

Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis.
Exilium Regi furtiua morte luiſſe.

niſi quod nunc legimus *Speratum*. Hannibal quem Romani ſperabant caſurum in catenas ſuas hauſto veneno ignominiam anteuertit. Gemblacenſis habet:

Speratum Hannibalem noſtris cecidiſſe catenis.
Exiliumque rei furtiua morte luiſſe.

poterat

poterat tolerari. Nam tanquam exul reus, non profugus latuit apud Pruſiam, quia a Romanis petebatur. Itaque luit exilium rei furtiua morte: tanquam reus exilio damnatus obiit. Sed hoc ſententiæ tenor non patitur, quia priorem verſum disiungit a poſteriore, quum prior per ſe conſtare non poſſit.

v. 25. *Adde etiam Italicas vires.*] *Adde etiam vires Italas* Gemblacenſis concinnius.

v. 29. *Et iacuit Libycis compar.*] ἄγγελλε, ὅτι Γάϊον Μάριον ἐν τοῖς Καρχηδόνος ἐρειπίοις φυγάδα καθεζόμενον εἶδες.

v. 30. *Atque crepidinibus.*] *Eque crepidinibus.*

Ibid. *capit Carthaginis orbem.*] Recte olim coniiciebamus τὸ *orbem* νοθεύειν. Gemblacenſis veram lectionem aperuit:

— *Carthaginis arces.* lege ergo:

Eque crepidinibus capit Carthaginis arces.

Crepidinem vocat ruinas, καὶ τὰ ἐρείπια Carthaginis. Non male etiam legebamus *Carthaginis vrbem.*

v. 31. *Hoc niſi fata daret.*] Fato Stoicorum omnia addicit: Fortunæ Epicuri omnia abiudicat.

Pag. 82. v. 2. *Cumque etiam poſſes.*] Gemblac. *Cum iam etiam, iam & iam* dictum vt magis magiſque.

v. 4. *Et collecta rogum.*] Gemblac. *Eiectaque rogum.* Vnius literulæ mutatione legimus:

Eiectaque rogum facerent fragmenta carinæ.

Eiectam carinam dixit, quæ ex naufragio in litus a mari eiecta fuerat, ex qua rogus conſtructus, quemadmodum rogum ipſum vocat naufragum ignem. Sed vulgaris lectio videtur interpolata ex Lucano. ——— *ſummas dimouit arenas,*

Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepidus poſuit ſcrobe ———

v. 10. *Indicium dextra retinens.*] Suetonius ſiniſtra: *Libellum inſidiarum indicem ab obuio quodam porrectum libellis cæteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus commiſcuit.*

Ibid. *nomenque cruore Deleuit.*] Fortaſſe: — *omenque cruore.*

v. 14. *quid Xerxem maius?*] Profecto Manilius ſcripſit:

——— *quid Xerxa maius & ipſo Naufragium pelago?* Nam dixit, *regumque ruinas.* ergo & Xerxæ ruinam & naufragium dicit.

v. 15. *quid captos agmine Reges Romanis poſitos.*] Hæc monſtra non poſſunt confici ſine Hercule, hoc eſt Gembl. libro. Is habet:

——— *quid capto ſanguine Regem* *Romanis poſitum?* —

pro *quid* tantum *quod* ſcriptum erat. Seruium Tullium natum capto ſanguine, nimirum captiua Ocriſia Ocriculana (aliis Corniculana) Romanis Regem impoſitum fuiſſe nemo neſcit. Captum ſanguinem pro captiuo eo modo dixit, quo Catullus & Horatius maritam pro maritali. De vulgata lectione, & Bonincontrij interpretatione dicerem, ſi horas perdere vellem.

v.16. *raptoſque ex ignibus ignes.*] Raptos ex ignibus ignes dupliciter accipi poteſt: aut Palladium ereptum ab Ænea ex ignibus, vt ignis Veſtalis intelligatur. aut, quod magis credo, ipſos ignes Palladios ſiue Veſtales raptos ex incendio à Metello.

v.17. *Cedentemque viro flammam.*] vel Metello, vt diximus. Iuuenalis:

Seruauit trepidam flagranti ex arce Mineruam. vel Æneæ. Sed de Metello accipi præſtat.

v.18. *Quot ſubita veniunt.*] Habes apud Valer. Max. lib.IX. cap.XII. Plin. lib.VII. cap LIII.

v.20. *Ex ipſis quidam elati.*] Plin. lib.VII. cap.LII.

v.21. *Atque his vita duplex.*] Celſus: *Si certa futura mortis indicia ſunt, quomodo interdum deſerti a medicis conualeſcunt, quoſdamque fama prodiderit in ipſis funeribus reuixiſſe? Quin etiam vir iure magni nominis Democritus ne finita quidem vita ſatis certas notas eſſe propoſuit, quibus medici credidiſſent: adeo illud non reliquit, vt certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent.* Intelligit autem Celſus de volumine, quod Democritus περὶ ἄπνου ſcripſerat, hoc eſt, de exanimi muliere, quæ poſt ſeptem dies reuixit. Plinius attribuit Heraclidæ, non Democrito. *Huc*, inquit, *pertinet illud apud Græcos nobile volumen Heraclidis, ſeptem diebus femina exanimis ad vitam reuocata.* Meminit eius voluminis alicubi Diogenes Laertius, niſi ego fallor memoriæ.

v.22. *Ecce leuis perimit.*] Lucillius:

At cui? quem febris vna atque vna apepſia,
Vini, inquam, biatus potuit vnus tollere.

v.23. *Rationis vincitur vſus.*] *Muſſabat tacito medicina dolore.*

v.25. *parcuntque venena.*] Auſonius:

Et quum fata volunt bina venena iuuant.

v.27. *Ingeniumque ſuum retinent.*] Pone τελείαν στιγμήν. Poſtea:

——— *tranſitque per illum,*

Ex illo

Ex illo fortuna venit. furit alter amore.

v.29. *& vertere Troiam.*] Vertere Troiam, vt vertere ſolum. Abydenus adoleſcens vertebat ſolum ſuũ, hoc eſt Troada, in qua poſita Abydus, & transfretabat in Europam. Mens Manilij: Duo germani fratres diſſimillimi: alter adeo amore inſanus, vt ipſum Abydenum vincat: alter autem Iuriſconſultus. Hinc Perſius:

——— geminos, Horoſcope, varo
Producis genio. ——— Horatius:
Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, & vngi
Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Diues, & importunus ad vmbram lucis, ab ortu
Silueſtrem flammis & ferro mitiget agrum,
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum
Quodqùe caput, vultu mutabilis, albus & ater.

v.33. *Non noſtrum hoc bellum eſt.*] Non ſponte noſtra ad hoc ducimur. Sed nimirum eſt aliquid, quod nos cogat. Nullum eſt in hoc τὸ ἐφ' ἡμῖν. Ergo eſt aliquid ſupra nos, atque adeo præter τἀυτόματον.

Ibid. *Coguntur tanta mouere.*] In Gemblac. eſt Helleniſmus: — *coguntur tanta moueri.* Neque dubium eſt ſcripturam veram eſſe. Sic Lucanus:

Iupiter eſt, quodcunque vides, quodcunque moueris.

vt habent bonæ notæ codices.

Pag.83. v.2. *Et Decios non omne tulit.*] Totam hanc periochen longe melius concipit Gemblacenſis:

Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
Tempus, & inuictum deuictà morte Catonem,
Materies in rem ſuperat, ſed lege repugnat.

Non deerat quidem materia naſcendis Catonum ſimilibus, ſed lex fati repugnat.

v.3. *Et inuictum deuicta.*] Male Gemblacenſis:

— *& inuicta deuictum morte Catonem.*

v.7. *Sed rapit exceptos funus fortuna ſuperbos.*] Interpretetur Oedipus. Neque diſtinctio, quam olim appoſueramus, hilum iuuat vera lectio: *Sed rapit ex ſceptro funus Fortuna ſuperbo.* Opes & regna, inquit, non redimunt fata regum. Sed e medio ſceptro & regno Fortuna rapit funus. *Funus* cadauer, quod ſe-

 pulcro

pulcro ii fertur, dici & pueri ſciunt. Sequentia ſuffragantur. Statius IIII. Thebaidos.

Æoliden humero iactantem funus onuſto:

id eſt, Learchum a ſe interfectum. Itaque *funus* vocat, quod Ouidius *corpus inane*.

v.8. *Indicitque rogum ſummis*.]. κενολογία. Nam eſt & funus aliquod indictiuum.

v.10. *Quin etiam infelix virtus*.] Firmicus plura in eandem ſententiam ſtudioſe collegit: *Fortis ab ignauo ſuperatur: bonum proſtrauit inferior: iuſto iuſtitia non profuit: caſtos prouidentia ſæpe decepit: pudicis ac ſobriis impudicus; ac diſſolutus in honoris petitione prælatus eſt. iacent ſtrenui, laudantur improbi: & quicquid huic profuit, illum incauta imitatione decepit. Hæc nobis omnia ſtellarum curſibus conferuntur: his nos Fortuna varietatibus conficit.* Quæ Firmicum a Græcis accepiſſe minime dubium eſt. In eandem ſententiam quoque Meſſaallah Arabs: *Quia videmus alios prudentes ex ui bonis, aliis ſtultis bene eſſe, nunc quid hoc ab aliqua cauſſa eſt? Quod igitur bene, aut male ſuccedat hominibus præter eorum voluntatem, nimirum, id Dei nutu, & Planetarum decretis accidere, quemadmodum & omnes bonos ſucceſſus atque incommoda, fatendum eſt.*

Ibid. *Quin etiam infelix virtus*.]

ὦ τλῆμον ἀρετὰ, λόγος ἄρ ἦσθ' ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ ἐδούλευες τύχῃ.

v.21. *cælumque interſerit ora*.] vt in Centauro homo interſeritur equo.

v.22. *Denique ſi non eſt*.] Potentiſſimum hoc argumentum: Si non eſſet fatum, nulla eſſent apoteleſmata. Atqui ſunt. Quod autem ſint, poſtea probat. Quum enim τὰ ἀποτελέσματα aut κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ζωδίων, aut κατὰ τὴν κρᾶσιν τῶν ἀστέρων conſiderentur, ea nunc præſenti libro duntaxat expoſiturus eſt, quæ κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ζωδίων ſpectantur. Cuius pragmatiæ quum multæ partes ſint, illa præcipua cenſetur, quæ τῶν ἰδιοτροπιῶν eſt. Ἰδιοτροπίαι Signorum aut circa vniuerſalia ſunt, aut circa particularia. Ac de vniuerſalibus vltimo loco. De particularibus nunc aget, quæ dicuntur εἰδικαὶ ἰδιοτροπίαι, quia circa indiuidua verſantur. Ea conſiderantur aut καθ' ὁλότητας τῶν ζωδίων, aut κατὰ μονομοιρίας, aut κατ' ἀνατολικὰς σχέσεις. Quæ tria ſingillatim ſuo ordine tractantur.

v.30. *tanto ſit gloria maior*.] *tanto ſit*. Et Gemblac.

v.31. *Quod cælo gaudente venit.*] *Quo cælo.* Gemblacen. Manilianum Quo pro Quo magis. Sed nihil muto.

Pag.84. v.5. *Nunc tibi ſignorum mores.*] *Mores*, ἰδιοτροπίας.

Ibid. *ſummumque colorem.*] *Summum colorem* vocat πλατικὴν πραγματείαν κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ἀστέρων. Nullæ enim hic τῶν πλανωμένων ἐπιμαρτυρίαι, nulla errantium ſuffragia. Summum colorem vt Græci ἐν χρῷ. Auſonius, *in ſumma cute.* Nam & χρὼς cutis apud Græcos. Prouerbiale eſt. Idem quod alibi :

—— *ſed ſumma eſt rerum referenda figura.*

v.6. *Et ſtudij varias artes.*] Nam & ἰδιοτροπίας nomine etiã τὰ ἐπιτηδεύματα veniunt, quæ ipſe ATHLA vocat. In his igitur Signorum Apoteleſmatis τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐπίκτητα tractantur. σωματικῶν quidem ſunt αἱ ἰδιοτροπίαι. ſed ἐπικτήτων τὰ ἐπιτηδεύματα ſiue athla.

v.7. *Diues fecundis.*] Aries dabit mercatores, qui variis caſibus rem frangent, ac iterum ſtabilient. Dat & lanifices & veſtiariam facientes. Hæc ſunt athla ſiue ἐπιτηδεύματα. Facit & ſolicitos & inconſtantes.

v.8. *Exutuſque nouis*] Vt & pecus ipſa, quæ quotannis lanitium exuit, ac iterum producit. Quare qui ſub hoc ſigno naſcuntur, vt momento rem facient, ſic & momento facultatibus labentur. Mercatores enim, inquit Sophocles apud Stobæum:

λεηλαῖς ἐπὶ φορταῖον ἐμπολὰς μακράς·
ἀεὶ παραρρίπτοντες οἱ πολύφθοροι
ἴσως ἂν ἢ κερδαίνοιεν, ἢ διώλεσαν.

v.9. *Naufragiumque inter.*] ἔκπλεον βίον ἀπόλλουσι βίου καὶ χρημάτων ἀποβολάς. Paulus Alexandrinus τῶν προκειμένων μηνυτάς. Idem.

v.10. *& notis in damna feretur.*] Quemadmodum antea dixit:

—— *ſpem ſemper habebit.*

Sed reclamat Gemblacenſis: —— *& natis in damna feretur.* Quid eſt creſcendo cadet? hoc eſt, natis opibus in damna feretur. Sic apud Catullum *Natum es*, τὸ γινόμενον.

Ibid. *natis in damna feretur.*] ἀμφοτερωτάτους vocant Græci artis magiſtri, quos nunc lucrum nunc damnum ſequitur. Sic Paulus Alexandrinus.

v.11. *In vulgumque dabit fructus.*] Ineptum. Gemblacenſis. *In iugulumque dabit fructus.* Fructus gregis ſunt agni & lana. Quoties id dicunt Iuriſconſulti? Agni ad iugulationem & macello dantur, lanæ lanificio. Itaque vno verſu vtrunque comprehendit,

hendit, quod nomine fructus venit, agnos & lanam.

v.14. *Nunc tenuare leui filo.*] Facit κλώϛας.

Ibid. *nunc ducere telas.*] Facit ὑφαντὰς, καὶ γερδίους.

v.15. *Nunc gemere.*] Vna litera minus ſcripſit Manilius: *Nunc emere.* Interpolatores veſtimentorum faciet: qui emunt vetera veſtimenta & interpolata pro nouis vendunt. Græci vocant ὀπτηγαφεῖς.

v.16. *Quis ſine nō poterant vllæ ſubſiſtere gentes Vel ſine luxuria.*] Quibus veſtibus, etiam ſi non abuteremur ad luxum, tamen, amoto omni luxu, ſine ipſis degere non poſſemus: niſi nudi vellemus prodire. Tantum eſt opus illud, ac tam neceſſarium.

v.19. *Seque in Arachnea magnum putat eſſe triumphum.*] Pallas dicitur triumphus, hoc eſt triumphatrix, quomodo paſtor certamen, hoc eſt certator apud Maronem:

Et certamen erat Corydon cum Thyrſide magnum.

v.21. *Et dubia in trepido.*] Dele τὸ *in*:

Et dubia trepido præcordia pectore finget. ———

Poſitio fit in ſequenti ſyllaba. vt ſupra:

Ne magna breuibus careant compendia dictis.

Ibid. *Et dubia trepido.*] ψοφοδεεῖς, ἱμπαθεῖς, δειλοὺς, ἀμφιβόλους σπουδείλους vocat Ptolemæus.

Ibid. *præcordia pectore finget.*] Gemblac. fortaſſe non male.

——— *præcordia pectore ſignum;* ἀπὸ κοινοῦ *ducet.*

v.22. *Seque ſua ſemper.*] κενοχρηματίας Ptolem. Sed totum locum ita concipit Gemblacenſis:

Hæc ſtudia, & ſimiles ducet naſcentibus artes,
Et dubia trepido præcordia pectore ſignum,
Seque ſua ſemper cupientia vendere laude. ———

Nihil mutauimus.

v.23. *Taurus ſimplicibus donauit.*] *donabit.* Extant veſtigia in Gemblac. *dotabit.* Taurus agricolas dabit, laborioſos, laudis cupidos, taciturnos, tarda ingenia, & amoribus dedita.

v.24. *Pacatiſque labor veniet, patientia laudis.*] Vitioſiſſime, vt patet. Gemblacenſis recte:

Pacatique labor veniet, nec premia laudis
Sed terra tribuet partus. Si retines *Pacati*, erit pacati ſoli. Vtroque recidit ſententia. Natis ſub Tauro continget labor quidem, ſed in pacato, & fructus, non gloria.

v. 26.

v. 26. *iugumque ſuis poſcit ceruicibus ipſe.*] Alludit ad γεω-χαρίαν ἀπεικασμοῦ. Taurus pingitur σεγγειδλκός, & quaſi iugum poſcens.

v.27. *Ille ſuis Phœbi portat.*] & Virgilius pene iiſdem verbis in eandem ſententiam:

Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus.—

v.28. *Militiam indicit terris.*] Habes ibidem apud Virgil. & Heſiodum. vetus Sphæra:

κεῖ) δ' ἑφεξῆς Ταῦρος, ὡς χαμαιμόροις
τύποις ἐοικὼς κεῖνος. ὃς κάτ' αὐχένα
στεῤῥῷ τένοντι ποῖον ἁρμόζει ζυγὸν,
γαμψοῖς ἀρθροις ἄυλακος χίζων γύας.

Sunt vicem interpretis Manilio.

v.31. *facileſque per arua.*] Vere bubulcorum fuerit non videre legendum *faſces*, vt olim correximus, & Gemblacenſis retinet. & ſequentia probant.

v.32. *aque ſuo venit.*] *eque ſuo* Gemblac.

v.33. *tacitæ mentes & corpora tarda Mole valent.*] ἐνδομύχους, ἀμ-βλείας, δυσκινήτους ψυχάς. Ptolemæus.

Pag.85. v.2. *Mollius e Geminis.*] Gemini Calliopicos ſeu cantores, & muſicos dant, voluptarios, aſtronomos, arithmeticos, Geometras.

v.3. *Per varios cantus.*] Eiuſmodi Calliopicos vocat Firmicus, ᾠδικοὺς, Ptolemæus, καὶ φιλομούσους: fortaſſe etiam Muſicarios ſuſpiceris in vetere inſcriptione Romana:

CALOCASIO
VERNÆ DVLCISS.
ET MVSICARIO
INGENIOSISSIMO:

niſi intellexeris Muſicorum inſtrumentorum artifices. quod fortaſſe verius.

v. 5. *Ingentemque ſonum.*] Abſurde. Recte Gemblacenſis: *Ingenitumque ſonum*: neruis verba inſita, & neruis ingenitum ſonum. Nugandum abſque ope codicis fuiſſet.

Ibid. *labor eſt etiam ipſa voluptas.*] ἀφόρβητοι. Ptolemæus. Adeo laborem grauantur, inquit, vt etiam ipſa voluptas illis oneri ſit. ὑπερβολικῶς dictum.

v.8. *Inueniunt & in aſtra vias.*] Aſtronomi ſunt.

Ibid. *numeriſque modiſque.*] A numeris Arithmeticos, a modis Geometras cenſet.

v.9. *Conſummant orbem.*] Græce: περιοδεύουσι τὸν κύκλον μαθημάτων. κυκλολογία. orbis enim diſciplinarum dicitur, vt Græce ἐν κύκλῳ παιδεία. Mathematices orbem complebunt. Muſici, Aſtronomi, Geometræ, Arithmetici erunt. Tot enim partes Mathematices κύκλον μαθημάτων cõſummant. Quod igitur dixit *Conſummant orbem*, hoc Ptolemæo eſt περιοδευτικοὶ τῶν καλουμένων μαθημάτων.

Ibid. *poſtquam ipſos ſidera linquunt.*] A ſiderum ſtudio, ad Geometriam, & Arithmeticen ſe conferent.

v.10. *perque omnia ſeruit.*] εὐαναστρόφοις, ἐπιτρεχεῖς, πολυτρόπους. Ptolemæus.

v.12. *Cancer & ardenti.*] vitium latere in hac lectione putauimus olim non iniuria. Sed Gemblacenſis mendoſiorem prodit, quam ſuſpicati ſumus:

Cancer ad ardentem fulgens in cardine vitam,
Quam Phœbus ſummis reuocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet.——— *vitam* antiquitus pro *vittam* ſcriptum accipimus: id eſt ζώνην. Ita vocat, vt Lucanus loquitur, circulum alti ſolſtitij.

v.13. *Quem Phœbus.*] *Quam* Gemblac. vittam ſcilicet.

v.14. *Articulum mundi.*] Quia longius Sol non excurrit in Borealia.

v.15. *Ille tenax.*] Sub Cancro auari, mercatores, fœneratores naſcuntur.

Ibid. *nulloſque infuſus.*] Lege, vt olim, effuſus. Confirmat Gemblacenſis.

v.18. *Et grauida annoſa ſpeculantem incendia mentis.*] Ægrorum ſomnia ſunt hæc. Turnebus, & nos olim, antequam Aduerſaria Turnebi ederentur, valde adoleſcentes legebamus:

Et grauia annonæ ſpeculantem incendia, ventis
Credere opes.——— Ita habet Gemblac. ne vna quidem litera minus. Furor eſt aduerſus hæc pertendere.

v.23. *Nauigat & ſteriles optando ſortibus annos.*] Quid? optat ſteriles annos ſortibus? O illepidum caput, cuius hæc interpolatio fuit. Gemblacenſis:

Nauigat, & celeres optando ſortibus annos.

Profecto fœneratores nihil prius in votis habent, quam vt quam

primum

primum ſors æquetur fœnori. Hoc eſt, quod dicit, optare celeres annos ſortibus. Inde Auſonius velocem vſuram vocat:

——— *& velox inopes vſura trucidat.*

De nautico fœnore & traiectitia pecunia intelligi, clarum eſt. ἐγγείους τόκους vocat Nouella 106. Lego ἐγγύους. Apud Pollucem lib. III, ἔγγυα, δανείσματα ναυτικά: cum ναυτικὸν καὶ ἔγγειον ſoleant opponi. Demoſthenes, ὅτε ναυτικὸν ὅτε ἔγγειον συμβόλαιον. Diphilus ναῦλα fœnus nauticum vocauit:

εἰς δέκ' ἐπὶ τῇ μνᾷ γεγονέναι καὶ δώδεκα

λαβὼν τὰ ναῦλα καὶ δάνει' ἐρυγγάνων. Alioqui quis neſcit quid ſit ναῦλον? vide legem Rhodiam: vbi καὶ τῶν ἐγγύων mentio in eadem ſignificatione. Demoſtheni ἔκδοσις eſt ναυτικὸν δάνεισμα.

v. 24. *Dulcibus vſuris æquo quoque tempora vendit.*] Si non nauigat, vt negotietur in ſua ſibi pecunia: at ſaltem aliis trans mare fœnerat. Non ſolum inquit, vendit tempora ſorti, quum exigit vſuras ſortis, ſed etiam æquo, id eſt pro rata exigit vſuras vſurarum. Hoc enim eſt vendere tempora vſuris æquo: quia & ſortibus quoque annos vendit, quos optat celeres fluere, vt ſortem quam primum æquent vſuræ, & vſura fiat altera ſors. Vera & indubitata huius loci expoſitio. De traiectitia enim pecunia ſermo eſt, quæ grauiores, longe, quam mediterranea, vſuras exigit, quod traiectitia periculo creditoris ſit. Ita igitur intelligendus locus: Aut nauigat, aut nauigantibus mutuat. Nam quum ipſe nauigat, tunc periculo ſuo, & ſuis nummis nauigat.

Ibid. *Dulcibus vſuris æquo quoque tempora vendit.*] ἀνατοκισμός. τὸ *æquo*, vt diximus, mere Græcum eſt, ἐξ ἴσης. pro portione. Nam ſane ἀνατοκισμὸς non fit niſi pro portione ſortis, quando iam vſura ſors facta. In hoc caſu τὸ δάνεισμα ναυτικὸν, vel ſors ipſa vocatur ſemper ἔγγυον vel τὰ ἔγγυα in lege Rhodia, vt iam monuimus. Hic igitur intelligit τοῖς ἐγγύοις τοὺς τόκους ναυτικοὺς æquari. Quare vſuris æquo tempora vendit, id eſt, τῷ δανείῳ ἤτοι τοῖς ἐγγύοις ἐξ ἴσης τὸν χρόνον ἀντιπωλεῖ: ἐξ ἴσης τῷ κεφαλαίῳ ſcilicet. Sic in veteri inſcriptione mentio fit anatociſmi binæ centeſimæ vſuræ. Hæc bina centeſima hac nota ſcribebatur ↄↄ. ———

Ibid. *Dulcibus vſuris.*] Vlpianus *dulcitate vſurarum dixit* l. x. Quæ in fraud. cred. Quod autem hic dicitur, ex aliquot caſibus accidere poteſt, non ſemel. Habes exemplum lege Rhodia § XVII. εἰ δὲ ἡ ναῦς σωθῇ, τόκοι παντὸς τοῦ χρόνου, ὅσον ἀποδημήσει, κα-

παραβάλλοντι, nimirum temporis vſuræ quoque exiguntur.

v.25. *Ingenium ſolers.*] ἐντρεχεῖς homines.

Ibid. *ſuaque in compendia pugnax.*] κτητικοὺς, φιλοκτήμονας. Paulus Alexandrinus.

v.26. *Quis dubitet vaſti.*] Leo dat venatores, veſtigatores, beſtiarios, confectores ferarum. Facit & ſimplices; ac minime doloſos.

v.30. *Poſtis ornare ſuperbos.*] Melius Gemblac. *ſuperbis.* Poſtes illi veteres ornabant ſpoliis ferarum, item armis.

——— poſtibus arma refigo.

Quare recte olim ſupplebamus apud Ennium:

Deſine, Roma, tuos poſtes ornare trophæis,

ab eadem mente. Sic apud Græcos τὰ προπύλαια onerantur σκύλοις. Quare qui reprehendunt coniecturam noſtram de verſu Enniano, imperitiam ſuam produnt. Hieronymus quoque Columna in ea re ludibrium debet: qui nunquam fere nos nominat, niſi vbi locus eſt, vt putat, reprehenſioni, & tamen maior pars eius commentariorum ex noſtris centonibus conſuta eſt. Sic eſt ingenium hominum. Quid? adeo res noua illis viſa poſtes templorum ſpoliis ornari Romæ? Audiant Silium libro primo. de Romanis loquitur:

In foribus ſacris, primoque in limine templi
Captiui currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum Ducibus, ſæuaque in Marte ſecures,
Perfoßi clipei, & ſeruantia tela cruorem,
Clauſtraque portarum pendent. ——— Eant, & melioribus obtrectent. Sed clarius libro VI. etiam de poſtibus priuatis:

Vnde ire in Martem, quo capta referre ſolebas,
Et victor mecum ſuſpendere poſtibus arma.

v.31. *domibus configere prædas.*] Melius Gemblacenſis *præfigere prædas.*

v.32. *Et parare metu ſiluas.*] Recte Gemb. *Et pacare metu ſiluas.* Stat. IV. Thebaid.

——— tum ſaltus forte remotos
Pacabat cornu, gelidique auerſa Lycei.

Ibid. *Et viuere rapto.*] Gemblacenſis *& viuere victor.* Non ſequimur. Niſi ſit *viuere victo.* hoc eſt, feris domitis.

Pag.86. v.1. *Sed pecorum membris.*] Intelligit beſtiarios, non

vtique

vtique qui ad beſtias damnati erant, quos ἐπιθανατίους vocat Apoſtolus I ad Cor. IV: ſed eos, qui auctorati hoc faciebant, ac ſpectaculo meridiano operam locabant, vel vt Maniliane loquar, qui luxuriæ cædem parabant: de quibus diſerte ſcribit Theodericus Rex apud Caſſiodorum in epiſtola antepenultima libri V, & Calliſtratus l. III. §. lege. De teſtib. Ij propter deſperatam audaciam dicebantur παράβολοι. Socrates in hiſtoria eccleſiaſtica: κυνήγια δέ ποτε ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ ὁ δῆμος κατεβόα, δεῖν θηρίῳ ἕνα τῶν ἀφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. Claudianus:

Audaces legat ipſa viros, qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula niſu.

Vides Claudianum τοὺς παραβόλους audaces vertere. Inde verbum elegans Apoſtolo παραβολεύεσθαι; quod alij in παραβουλεύεσθαι mutant, Philipp. II. Dicuntur & οἱ παράβολοι Confectores Suetonio. Gloſſæ, Confector, ἀναιρέτης. Euſebius de Polycarpo Martyre. πέρας γοῦν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενον τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κονφέκτορα παραβῦσαι τὸ ξίφος. In veteri inſcriptione legitur: CONFECTVARIORVM. ET. SVARIORVM. CORPVS. Et Gloſſæ adſtipulantur: Confectorium, χειροσφαγεῖον. Item: Confectores, καταβόλοι. Malim καταβόλοι. ita dicti, quod haſta feras collocabant in ludo meridiano. Et videndum, an locus, quem ζωγρὸν & ζωγρεῖον vocant Græci, quo beſtiæ includebantur, hinc dictus ſit. Vocabatur enim Catabolum: de quo in Martyrologiis, & alibi.

V. 4. *Ingenium ad ſubitas iras facileſque receſſus.*] Horat.
Iraſci facilis, tamen vt placabilis eſſem.

V. 5. *Æquale & puero.*] Malim: *Et quale eſt puero.* Et ita ſcriptum reliquit Manilius.

V. 6. *At quibus Erigone.*] Virgo dociles, ſtudioſos, eruditos, facundos, acutos dabit. Naſcuntur etiam Notarij, ſingularij ſcriptores. item pudentes & compoſitis moribus.

V. 7. *Ore magiſterio.*] Gemblacenſis: *Ora magiſterio.* Virgo coercita καὶ σώφρων ducit magiſterio in ſtudium ora & mores nudos. *Ducere in ſtudium*, informare. *ora*, quia docet eloquentiam. *nudos mores*, puerorum primam ætatem imbuit τῷ ἤθικῷ.

V. 7. *Ora magiſterio.*] Virgo dicitur magiſtra infra:
Nec Leo venator veniet, nec Virgo magiſtra

v.8. *& pectora doctis*] φιλολόγους, φιλογραμμάτους efficit. Ptolemæus.

v.11. *Ille decus linguæ faciet.*] Sane qui conſequitur eloquentiam a Virgine, non ille eam fecit, ſed Virgo, quæ illi dedit. Lege ergo *Illa decus*. Et ita Firmicus: *Horoſcopus in Virgine, & in eodem Mercurius, & Venus & Mars partiliter collocati eloquentiſſimos facit. Talis Hermodori & Demoſthenis fuiſſe genitura proditur a veteribus.*

Ibid. *Illa decus linguæ faciet.*] φιλολόγους, φιλογραμμάτους efficiet: εὐστόμους, δικαίτους τῷ λόγῳ. Ptolem.

v.12. *Atque oculos mentis.*] ἐλεγκτικούς. Ptolem.

v.14. *Hic & ſcriptor erit felix.*] *ſcriptor erit velox.* Gemblac. Inde ταχυγράφοι dicuntur, qui & notarij.

Ibid. *Cui litera verbum eſt.*] Singularum ſcriptor. Imperator Iuſtinianus.

v.15. *Quique notis linguam.*] Vnde Notarij, & ταχυγράφοι. In Auſonio & Martiale talem olim oſtendimus. Dio: πρῶτος ὁ μαικήνας σημεῖά τινα γραμμάτων εἰς τάχος ἐξεῦρε. Iſidorus habet, Aquila Mæcenatis libertus, non autem Mæcenas.

v.15. *curſumque loquentis.*] Hanc periochen totam ita lege ex Gemblacenſi:

Hic & ſcriptor erit velox, cui litera verbum eſt,
Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis
Excipiat longas noua per compendia voces.

Antea omnia erant perturbatiſſima.

v.15. *curſumque loquentis excipiet.*] oſtendimus ex Gemblac. —*curſimque loquentis Excipiat*, &c. In quibus tota ſententia verſabatur.

v.17. *In vitio bonus.*] ὀξύμωρον. dictum, vt —*ſolaq; libidine fortis.* Vitium enim eſt, quod magna naturæ cohibendo munera frenat. Vitium, inquam, ſubruſticus ille pudor: abſque quo foret, magnas naturæ dotes in lucem promeret. Græcis μικροψυχία. Eiuſmodi etiam, qui homines verentur conuenire, vt ille Nouius Martialis vicinus. In veteribus codicibus, quos vidimus, conſtanter eſt ſcriptum: *In Nouium Microſpicum*, vitioſe pro Micropſychum: quæ erat eorum temporum conſuetudo ſcribendi. Sic in Saxo Romano CLAVDIA SPYCHARIO. Rectum enim erat CLAVDIA PSYCHARION.

v.18. *Hinc fecundus erit.*] Fecundi etiam ſub Virgine naſcuntur. quod mirum: quum Virginis illi effectus eſſe non debeant. Nam

Nam vt ipſa non parit, ita neque eam γονιμώδης, neque πλουτοφόρους efficere conſequens erat. Et quidem Virgo eſt de ſignis ſterilibus.

v. 21. *Per noua maturi poſt addunt.*] Inepte. Gembl. & textus Bonincontrij *poſt annum*. Chelæ libranies noctem cum luce per noua munera Bacchi. Suſpectus verſiculus.

v. 24. *Qui primus numeros.*] Palamedes ipſemet apud Euripidem in Palamede:

τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον,
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβὰς τιθεὶς,
ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι.
ὥστ' οὐ παρόντα ποντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα γραμμάτων μέτρον
γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.
ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ,
δέλτος διαιρεῖ, κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.

In Tragœdia autem Sophoclis Nauplio ita quidam de Palamede narrat:

οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος ἀργείων στρατῷ,
σταθμῶν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα,
κἀκεῖν' ἔταξε. πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶν δέκ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας,
καὶ χίλι' αὖθις. ὃς στρατῷ φρυκτωρίαν,
ὕπνου φυλάξεις, τὰ θοὰ σημαντήρια
ἔδειξε, κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.
ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα, καὶ περιστροφὰς,
τάξεις τε ταύτας, οὐράνιά τε σήματα.
ναῶν τε σημαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις
ἄρκτου στροφάς τε, καὶ κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.
ὑλιμὸν οὗτος τόνδ' ἀπῶσε, σὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφεῦρε, φλοίσβου μετὰ κόπον καθημένοις
πεσσοὺς, κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

Eos verſus ita reſtituimus, qui apud Achillem Statium præpoſtere & mendoſiſſime leguntur. Quatuor vltimi citantur ab Euſtathio. Si Æſchylo credas, etiam Palamedes primus acies ordinauerit, duces, centuriones inſtituerit. Ita enim in Tragœdia Æſchyli gloriatur:

καὶ ταξιάρ-

καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ ταγοὺς
ἔταξα. σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα,
ἄριστα, δόρπα, δεῖπνά θ' αἱρεῖσθαι τρία.

Ter cibum in die ſumendi auctorem ſe gloriatur.

Ibid. *Qui primus numeros rebus.*] σάθμην ἀριθμῶν Sophocl. Sed apud Æſchylum Prometheus hoc ſibi vindicat:

καὶ μὴν ἀριθμὸν ἔξοχον σοφισμάτων
ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.

Ibid. *qui munera ſummis Impoſuit.*] Non ſolum locum vitioſum olim indicauimus, ſed etiam *momina* pro *munera* legendum eſſe monuimus. Coniecturæ noſtræ fauet Gemblacenſis Codex, qui habet *nomina*. Recte etiam indicauimus *mumina* ſcriptum fuiſſe, vnde factum *munera*.

Ibid. *qui momina ſummis Impoſuit.*] καὶ μέτρων εὑρήματα. Sophoc. Summas numeros vocat, menſuras, ne fortaſſe aliud ſomnies, & riſum lectoribus tollas. Infra: *Deſignat ſummas.*

v.26. *Hinc etiam.*] Lege *Hic.* Ita olim nos. Ita etiam Gembl.

v.27. *atque notis leuibus pendentia verba.*] Iuſtinianus vetat leges ſingulis aut notis ſcribi. Marcus Diaconus Gazenſis: *Frater Cornelius ſciens notis ſcribere, quibus vtuntur in iure.* Sed illas notas vt e libris iuris Latinis Iuſtinianus; ita e Græcis quoque Baſilius Imperator ſuſtulit. vide Cedrenum 467. Firmicus libro III: *Facit etiam aut Calculi, aut muſicæ, aut notarum, aut difficilium literarum inuentores. redditque quoque ſocio in hoc loco Mercurio pſephopæctas ſæpe.* Ita emendauimus ex veteri libro.

v.30. *Non alio potius genitus ſit Seruius aſtro.*] Seruium Sulpitium iuris antiſtitem, familiarem Ciceronis, non regem Tullium intelligi, vt putat Bonincontrius, operam perdam ſi pluribus probem.

Pag.87.v.1. *Scorpius armata.*] Scorpius dat alacres, bellicoſos, martiales, crudeles, venatores, gladiatores, arenarios, campidoctores.

v.2. *Qua ſua.*] Inepte. Lege *Qui ſua.*

v.3. *& ſulcis ſemina miſcet.*] Adhibebo idoneum interpretem horum auctorem veteris Sphæræ:

ὑψόθεν ἤδη σκορπίος τότ' οἴχεται.
σκορπίζεται γὰρ σῖτος εἰς δόμους χθονὸς,

ὅπως

ὅπως τέλεος καρπὸς αὐξηθῇ βροτοῖς.

v.6. *quumque ipſa ſub armis Pax agitur.*] Gemblac. *quin ipſa ſub armis P. a.*

v.8. *Nunc hominum nunc bella gerunt.*] In arena gladiatores cum aliis depugnant, & beſtias quoque munere meridiano venantur in ſpectaculo.

v.9. *Nunc caput in mortem vendunt.*] Auctorati enim, non autem ad ferrum damnati hoc faciunt. Propertius:

Qui dabit immundæ venalia fata ſaginæ,
Vincet vbi eraſas barba pudenda genas.

Et ſupra de Beſtiariis: ——— *morteſque lucrentur.*

Firmicus: *qui ſe ob aliena gratiæ voluntatem, nundinati ſanguinis iactura, ad mortis ſpectaculum vendant.*

v.10. *quum bella quieſcunt.*] Iam dixit:

——— *quumque ipſa ſub armis Pax agitur.* ———

v.11. *Sunt quibus & ſimulacra.*] Campidoctores ſunt: aut ſub Campidoctore ſimulacra pugnæ proludunt, & ad palaria batuunt, & virgis deludunt. Gloſſæ: *Campidoctor*, ὁπλοδιδακτής, *Armidoctor*, ὁπλοδιδάσκαλος. In paſſione Thebeorum militum: *Cum Exuperio, vt exercitus appellant, campidoctore, & Candido Senatore militum.* Vide Vegetium.

v.14. *At quibus in biſero.*] Sagittarius redarios, equarios, domitatores, manſuetarios, robuſtos, acutos, agiles, vegetós facit.

v.15. *libet coniungere. currus.*] Lege, vt vetus Gemblacenſis: ——— *ſubiungere currus.* Coniunguntur duo currus. ſubiungitur equis currus. Longe differunt.

v.16. *Ardentes & equos ad mollia ducere iuſſa.*] Subiunget curribus equos: aliquando etiam interiunctos domitabit. Interiuncti enim ſunt ἄζυγες, iugo exempti. Statius VI. Theb.

——— *Libycumque natantibus ire Interiunctus equis.* ———

Martial. ——— *& hora Interiungit equos meridiana.*

v.18. *Quadrupedum omne genus.*] Videndum, an ſcripſerit:

Quadrupedum genus impoſitis domitare magiſtris.

Nam impoſitus pro equo vehens dicitur. Virgilius:

Frena Pelethronij Lapithæ, gyroſque dedere Impoſiti dorſo. ———

Et Manilius ipſe ——— *impoſito pareret tota magiſtro.* Non aliter ſcripſit noſter.

v.19. *Exorare tigres.*] Elegantiſſime dictum de manſuetariis.

Sed diuerſam & miram ſcripturam præfert Gemblac. *Exunglare tigres*. Hoc eſt exarmare. In vitis imperatorum, exarmati Leones, quibus dentes, & vngues vulſi, ne noceant. Sed propterea nihil velim mutari. Nam recte coniunguntur exorare & rabiem auferre. Qui enim exarmat Leonem, non propterea rabiem Leoni, ſed rabiei Leonis facultatem nocendi aufert. Fortaſſe tranſlatitie dixit exungulare, pro cicurare, & feritatem exuere. Contra Statius VI Thebaidos:

——— & extremos auro manſueuerat vngues.

Exarmare vero dictum, eo quod vngues in Leonibus dicuntur arma, vt dentes in apris. Statius IX lib.

Armaque curua Suum, & vacuorum terga Leonum.

Vnde eleganter noſtrates venatores dentes aprinos defenſacula vocant. Idem lib. XI exarmatum ſenio leonem dicit: qui per ſenium nocere non poteſt. Sic Valer. Flaccus VIII.

——— alium (taurum) *dehinc turbida Colchis*
Exarmat, lentumque offert timideque minantem.

id eſt, cicurat.

Ibid. *Exorare tigres.*] Manſuetarios efficiet. Ita vocat Firmicus. Gloſſæ: *Manſuetarius, ἡμεροποιός.* In Apoteleſmatis Sphæræ barbaricæ elegantiſſime Manſuetarius deſcribitur:

Non inimica feræ tali ſub tempore natus
Ora feret. placidas reget in commercia gentes.
Ille manu vaſtos poterit frenare leones,
Et palpare lupos, pantheris lūdere captis.
Nec fugiet validas cognati ſideris vrſas:
Inque artes hominum peruerſaque munera ducet.
Ille elephanta premet dorſo, ſtimuliſque mouebit
Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis.
Ille tigrim rabie ſoluet, pacique domabit.
Quæque alia infeſtant ſiluis animalia terras,
Iunget amicitia ſecum, catuloſque ſagaces.

Ibid. *rabiemque auferre leoni.*] Silius lib. I.

Harcalo non pauidus fœtas mulcere leænas.

v. 23. *Impoſitumque manet: quocirca regnat in illas.*] Ita habet Gemblacenſis, qui magna me hæſitatione liberauit. Nam male vulgatæ editiones *in illos*. Quare qui nati ſub Centauro imperant feris? quia Centauri corpus mixtum eſt feræ corpori, atque adeo

impoſitum

impoſitum eſt feræ ipſi. Nam pars anterior & erectior hominis eſt. Itaque impoſita eſt parti ferinæ, vt domitor equo. Quocirca, inquit, regnat in illas, ſcilicet feras.

Ibid. *Impoſitumque manet.*] Nam & domitores equis impoſiti eos moderantur. Et ſupra recte legimus:

Quadrupedum genus impoſitis domitare magiſtris.

v.27. *Feſtinos Capricorne.*] Gemblacenſis & alter codex:

Veſta tuos Capricorne. Totus igitur ita legendus erit:

Veſta tuos, Capricorne, fouet penetralibus ignes.

Capricorni ſidus dicatum Veſtæ. Supra in tutelis Deorum.

Atque anguſta fouet Capricorni ſidera Veſta.

Ignis, qui dicatus eſt Veſtæ, & ad Capricornum quoque pertinet, & omne opus ex igne.

v.28 *Hinc artes ſtudiumque.*] Capricornus dat fuſores, conflatores, ſiue flaturarios, metallarios, aurifices, fabros ferrarios, piſtores, furnarios. Dabit & ſalaces, & inconſtantes: quæ quidem pertinent ad ψυχικὼ ποιότητα, vt illa priora ad athla. Hoc quidem ſemper in his apoteleſmaticis facit, vt prius τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τὰς πράξεις, deinde τὰς ψυχικὰς καὶ σωματικὰς ποιότητας ponat. Tantum monuiſſe ſuffecerit.

v.29. *poſcitque nouas ad munera flammas.*] Ita Gemblacenſis, & editio Lugdun. item Bonincontrij, non autem *ſidera*, vt aliæ editiones.

v.30. *ſcrutari cæca metalla.*] Metallarij hinc naſcentur. In vetuſto Martyrologio, IV. Kal. Septemb. *Herodes metallarius.* τὰς μεταλλείας Romani fatentur ſe a Beſſis didiciſſe. auctor Caſſiodorus. Claudianus:

Poſſeſſi quicquid fluuiis euoluitur auri,
Quicquid luce procul venas rimata ſequaces
Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.

v.31. *Terraque exurere venas.*] Gemblacenſis:

——— *terramque exurere venis.*

v.32. *Materiamque manu.*] Verſus ab homine Alchymiſta infarctus. Saltem debebat loqui Latine non alchymiſtice, ſi nobis perſuadere volebat hanc fœturam eſſe Manilij. Nam profecto nunquam exurere & duplicari actiuum & paſſiuum ſimul coniunxiſſet, nulla alia diſtinctione facta: & præterea, quod caput eſt, nunquam duplicarier pro duplicari dixiſſet. Deinde ab-

hoc eſt Mediaſtini balneariorum. Gloſſæ, *Mediaſtinus, Præfuſor:* παραχύτης, περιχύτης. item miniſtri furnariorum his accenſentur, καὶ ὑποκαυστῶν ὑπουργοί. Gloſſæ, *Furnarius*, ὑποκαύστης, καμινοκαύστης. Suetonius Vitellio: *Antiochi cuiuſdam furnariam exercentis pliu.* Meminit & Vlpian. L. XXIV. De dam. infe.

v. 3. *Addis & in veſtes.*] Noli putare dictum veſtiarios, aut ſagarios ſub eo ſidere naſci, ſed potius veſtis precium accendi Sole in Capricorno poſito: quæ quidem recta eſt interpretatio: cui fauent ſequentia:

Frigore brumalem ſeruans per ſidera ſortem.

Sic etiam Plinius Vergiliarum ſidus ait eſſe inſtitorem veſtium, quia menſe Nouembri matutina parum cautos iam frigora mordent. Verba eius ſunt ex libro XVIII. cap. XXV. *Hoc ipſo Vergiliarum occaſu fieri putant. Aliqui a. d. III Eidus Nouemb. vt diximus, ſeruant: quoniam id ſidus etiam veſtis inſtitor eſt & eſt, in cælo notatu facillimum. Ergo ex occaſu eius de hieme augurantur, quibus eſt cura inſidiandi negotiatoris auaritiæ.* Poſt: *Nubilo occaſu plumoſam hiemem denunciat, ſtatimque augent lacernarum precia: ſereno aſperam, & reliquarum veſtium accendunt.* Non poterat melior interpres Manilio dari.

Ibid. *mercemque fugacem.*] Quia dixit Capricornum expergefacere inſtitores veſtium, & augere precium lacernarum, ſequitur, vt eam mercem fugacem vocet, quæ cito extruditur, neque in inſtitorio manet. Tunc enim propter anni tempus, Sole Capricornum ingrediente, magna ſunt veſtiariæ mercis incendia.

v. 4. *ſeruans per ſidera ſortem.*] Gembl. —*per ſæcula ſortem.*

v. 7. *Hic & mobilitas.*] Scribo, *Hinc & mobilitas.* niſi quis malit: *Hinc eſt mobilitas.* Capricornus eſt ſidus δίμορφον καὶ διφυές. Nam pars caper eſt, pars piſcis. Prior pars caprinos mores efficit, hoc eſt inconſtantes, καὶ ἀλλοπροσάλλους: caprarum enim eſt nuſquam conſiſtere: quo nomine Homero dicuntur αἰπόλια πλατέα. Rurſus Capricornus ex eadem pecudis natura producit ſalaces, λάγνους, καὶ καταφερεῖς. At melior pars vltima, id eſt, ἡ ἔκφυσις τοῦ ἰχθύος. Nam effœta vitiis ſenecta vel inuita tandem σωφρονίζει.

v. 8. *Mens natat.*] Horatius:

——*pars multa natat modo recta capeſſens,*

Interdum vitiis obnoxia.— Inde ἐπιπολαίους φρένας dicunt etiam Græci. In veteribus Gloſſis: *Titubo, nato, vacillo.*

v.9. *Pars prior & Veneri.*] *Pars prior at veneri.* Non ſolum λάγνοι καὶ καταφερεῖς, ſed etiam τὰ ὀπίσθια καταπεθηλυμμένοι.

v.10. *Ille quoque inflexa.*] Qui ſub Aquario naſcuntur, ſtudium habebunt circa aquæductus, expreſſiones aquarum, elices, naumachias, euripos, ſphæram mundi. Dociles & mites erunt: liberales ac effuſi.

v.12. *vndas inducere terris.*] In verſu bis poſuit *terris*, ſi hanc vulgatam lectionem ſequimur. Non dubium eſt poſterius corruptum eſſe. Qui dubitat, aut contradicit, imperite facit, neque audiendus eſt. Quid ſubſtituam neſcio, niſi, quod verum puto, *tectis* pro *terris* legamus. Significat expreſſiones aquarum, quæ epitoniis verſis, ſalientibus ſuis excuſſæ ſurſum emicant.

Ibid. *Litoribuſque nouis.*] Per hæc, & quæ ſequuntur, euripos, & noua fluminum emiſſaria in Circo intelligit, quæ vocat ficta flumina. Virgilius:

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Flumina, hoc eſt Euripum Circenſem. Caſſiodorus: *Circenſes, quaſi Circuenſes: propterea quod apud antiquitatem rudem, quæ necdum ſpectacula in ornatum deduxerat fabricarum, inter enſes, & flumina locis virentibus agerentur.* Fluminibus ergo ſucceſſit Euripus: qui, vt ait idem Caſſiodorus, maris vitrei reddebat imaginem, vnde illuc delphini æquorei aquas interfluebant. Seruius ad eum locum Poetæ idem quod Caſſiodorus: *Olim in litore fluminis Circenſes agitabantur, in altero latere poſitis gladiis, vt ab vtraque parte eſſet ignauiæ præſens periculum.*

v.17. *Mille ſub hoc habitant artes, quas temperat vnda.*] De Metone Athenienſi aquilice & aſtrologo hæc dicta eſſe olim in ſecundo operis de Emendatione temporum docuimus. Meton enim non ſolum aſtrologiæ ſtudiis, ſed etiam aquiliciis & aquarum librationibus nobilis fuit. Nam quos fontes hic Manilius memorat, eos ipſe induxit Athenas, auctore Phrynicho Comico in μονοτρόπῳ.

τίς ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντιῶν;
Μέτων ὁ Λευκονοιεὺς ὅδ' ὁ τὰς κρήνας ἄγων.

Aquilices ſiue Aquileges Græci ὑδροσκόπους vocant, Latini Libratores: rem ipſam ὑδροσκοπίαν, ὑδροφαντικὴν, ὑδρομαστευτικὴν in Geoponicis ex Democrito, item ὑδροσκοπικήν.

Ibid. *Mille ſub hoc habitant.*] Poſt hunc verſum transponendus huc

dus huc is, qui quartus ab hoc eſt: *Quæ per aquas, &c.*

v.18. *Quæ per aquas veniunt operum portiſque ſequuntur.* Fœdata ſunt hæc. Rectæ Gemblacenſis & alter manuſcriptus: *ponteſque ſequuntur.* id eſt arcus operum; aquæductus arcubus pontium impoſitos.

v.19. *Quippe etiam mundi faciem.*] παράπηγμα ortuum & occaſuum ſiderum edet. Ex illo parapegmate Metonis Plinius & Columella non raro ortus & occaſus ſtellarum petunt. Vide IV. lib. de Emend. temp.

v.20. *ſedeſque mouebit Sidereas.*] Inſtituet conuerſionem cæli, quam dicet fieri decem & nouem annis, vt non ante perfecta ἀποκατάστασις τῶν σχημάτων καὶ τῶν φάσεων καὶ τῶν ἀνατολῶν καὶ δύσεως fiat.

Ibid. *cælumque nouum verſabit in orbem.*] orbem τὴν ἐννεακαιδεκαετηρίδα, cuius auctor Meton. *nouum*, nouam periodum, quæ veterem periodum, Harpali octaetericam ſuſtulit, vt Harpalea Cleoſtrateam. Aratus:

γινώσκεις τάδε καὶ σύ. τὰ γὰρ (ξυνάειδε) αἰεὶ
ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο.

v.21. *dulceſque fluunt ad ſidera partus.*] Scribe *ab ſidere.* Non ſemel in hoc ſcriptore *ad ſidera* pro *ab ſidere* ſcriptum fuit.

v.22. *Pectora nec ſordent.*] Liberales ſunt. Interdum prodigi.

Ibid. *faciles in damna feruntur.*] φιλοδάπανοι ſunt. Ptolemæus δαπανηρούς vocat.

v.23. *ſic profluit vrna.*] Expletur, & impletur.

v.24. *Vltima quos gemini.*] Piſcibus geniti maritimis ſtudiis implicabuntur: naues & armamenta naualia parabunt: naucleri erunt: ἀκυβερνηταὶ καὶ φιλίστορες. peritiſſimi rei naualis: piſcatores, naumachi, fecundi, voluptarij, inconſtantes, ac nullibi ſtabile ſtabulum habentes.

v.29. *tot ſunt parua quoque.*] Lege:

tot ſunt, parua quot membra carinæ.

v.30. *Peruenit in aſtra.*] Argo enim κατηστερίσθη.

v.33. *Iamque huc atque illuc caligine vertere clauum.*] Quis hæc probauerit? Gemblacenſis: *aliquem conuertere.* Suſius recte *agilem conuertere.* Suſij manibus igitur huius emendationis habenda gratia.

Pag. 89. v.1. *fluctuſque effindere rector.*] Aio rectam lectionem eſſe, *fluctuſque effindere rector.* τὸ *frenare ratem* id oſtendit: item ſequentia.

ſequentia. Nam dicit aut rector ſtabit ad clauum, aut remex remo aget nauem. Vera eſt ea lectio.

v.1. *Aut remis agere.*]. Scribo hæc omnia ex fide Gemblac.

Iamque huc atque illuc agilem conuertere clauum,
Aut remos agitare, & lentas flectere tonſas.

v.13. *Et placidum ductis.*] Scribe *inductis euerrere*. Etiam infra dixit *inductis retibus* — *Euerrere*, χυειολόγοις. Nam inde Euerriculum.

v.8. *Fecundum genus eſt nautis.*] Ridicule. Scribe. *Fecundum genus eſt natis.* Qui hinc naſcuntur, fecundi ſunt, ἢ γονιμώδεις. Sunt etiam voluptarij.

Ibid. *Fecundum genus eſt natis.*] γονιμώδεις, πολυσπόροι, πολύτεκνοι.

Ibid. *& amica voluptas.*] συνουσιαστικοὶ, φιλήδονοι, ἀφροδισιαστικοί. Ptolemæus.

v.11. *Bis ſex materia propria pollentia ſigna.*] Pollentia propria materia, quatenus ἰδιοτρόπως conſiderantur, ἢ κατὰ τὸ ἁμιγές.

v.12. *Sed nihil in ſemet.*] Abſoluta prima parte ἰδιοτρόπων καθ' ὁλότητας ζωδίων, nunc ad ſecundam ſe confert, quæ eſt κατὰ μονομοιρείας. Porro & μονομοιρείαι ipſæ aut κατ' ἀλλήλας ſpectantur, aut καθ' αὑτάς. Quæ κατ' ἀλλήλας, ea tantum vno modo conſiderantur, qui per denarium fit: vt per eos denarios numeros ſignorum commercia ſint. Quum autem tricenarum partium ſignum ſit, vnum quodque decurias tres habet. Singulis decuriis ſinguli Decani Præſident. primæ parti Arietis præſidet Aries ipſe, & reliquis nouem. Vndecimæ, ac reliquis nouem Taurus. Viceſimæ primæ, ac reliquis nouem Gemini. Idem ordo in cæteris Signis conſtat, vt habes in Tabula. Signa, quæ ſe ex trigono aſpiciũt, eoſdem Decanos habẽt. Nam Aries, Leo, Sagitarius, quæ trigona ſunt, eoſdem Decanos habent, Arietem, Taurum, Geminos. Eadem ratio in reliquis: vt nimirum in vno ſigno terni decani ſint: quia tribus contuberniis, ſeu decuriis diſtincta ſunt. Res admodum priſca eſt. Nam & vetuſtiſſimus ſcriptor Teucer

TRIGONA			DECANI		
♈	♌	♐	♈	♉	♊
♉	♍	♑	♋	♌	♍
♊	♎	♒	♎	♏	♐
♋	♏	♓	♑	♒	♓

Babylo-

Babylonius de illis tractauit. Abrogata vero a Ptolemæo, & ab Arabibus relata, qui has partes vocant *Wageah*. Ac quamuis priſca res eſt, appellatio tamen non vetuſta. Nam ſumpta eſt a militia Romana, vt pleraque alia in hac mataeotechnia. Qui enim Græce & Latine ſciunt, nunquam concedent δεκανὸν Græca analogia inflexum eſſe. Nam ſi verum erat, etiam Græca analogia πεντανὸν, ἑξανὸν. & ſimilia formaret. Contra militiæ Romanæ ſunt Decanus, Primanus, Quintanus. Decanus in Caſtris eſt caput contubernij habens nouem ſub ſe: ipſe decimus eis præerat: a quo nomen illi. Idem dicebatur caput ſcholæ. hodieque in collegiis eccleſiaſticis qui decimus eſt, ac princeps collegij, alibi Decanus, alibi Caput ſcholæ vocatur, vt in Volcis Tectoſagibus, & Arecomicis, & reliqua prouincia Narbonenſi. Nimirum quia ſchola & contubernium idem. Turcæ etiam omnem decanum vocant cameræ præfectum. hoc enim apud eos ſonat *Odabaſſi*. Nam *oda* eſt camera, ſiue contubernium. Vbi enim magnus numerus eſt, diſtribuunt in decurias, quas, vt diximus, *Odas*, id eſt contubernia vocant. Magis oſtendunt morem Romanum, qui ſuis Decanis ſingulos munifices attribuerunt, quos Græci artis magiſtri ζωγρὺς vocant: quod & ipſum Romanæ militiæ verbum eſſe non dubitat, niſi qui Latine neſcit. Quare & nomen quoque illis a militia Romana Arabes, vt dixi, vocant Wageah وجاهة id eſt πρόσωπα. Ita ipſi hominem vocant aliquo honore præditum, aut aliquo in gradu conſtitutum, vt eſt Decanus in decuria ſua & contubernio. quia Græci vetuſtiſſimi non δεκανοὺς (hoc enim a Romanis deductum) ſed πρόσωπα vocarunt, id eſt ἀξιώματα. Iudæi, vt Aben Ezra, & alij, vocant פָּנִים, id eſt, πρόσωπα. Eſto Sol in x parte Arietis. Quia οἰκοδεσποτεία Martis eſt Aries, dicemus Solem eſſe in decano primo Arietis, προσώπῳ ἄρεως. Rurſus eſto Sol in xx Arietis. Dicemus Solem eſſe in ſecundo Decano Arietis, προσώπῳ ἡλίου. Denique ſit Sol in xxx Arietis. Dicetur Sol eſſe in tertio Decano Arietis, προσώπῳ Ἀφροδίτης. Demophilus. Non igitur οἱ δεκανοὶ dicuntur πρόσωπα, ſed οἱ παρανατέλλοντες αὐτοῖς ἀστέρες πλανώμενοι. Itaque primum πρόσωπον eſt is planeta, cuius ſignum eſt: ſecundum πρόσωπον Planeta ſequens. Et ſic deinceps. Aries eſt Martis primum πρόσωπον, ſecundum Solis, tertium Veneris iuxta ſeriem errantium.

v. 16. *Quam partem decimæ dixere Decania gentes,*] τὸ *decimæ* deprauatum.

prauatum. Non poſſum opem adferre. Tolerabiliter legeris *decimam.*

v. 18. *propria ſub ſorte feruntur.*] Melius Gemblacenſis: *triplici ſub ſorte.*

v. 22. *Et verum in cælo eſt.*] Correximus olim *in caco eſt.* Neque debet nos ſententiæ pœnitere. Gemblacenſis habebat *in ceno eſt.* id eſt *in cœno.* in voragine. non male. Sed Manilius ſcripſit *in caco.*

v. 25. *nomina celat.*] *nomina celat.* Semper coniungit hæc duo, vires & nomina.

v. 30. *Aſtrorum princeps.*] Repone quem habet Gemblacenſis, & quædam editiones:

Nanque Aries primam partem ſibi vindicat ipſi.

v. 32. *Sic inter denſas.*] *Sic in ter denas.* Et *dicitur* habet Gemblacenſis pro *ducitur.*

v. 33. *Tot ducit vires.*] Repone ex Gemblacenſi:

Totque dabit vires, dominos quotcunque recepit:

Pag. 90. v. 6. *Scorpius adiuncta.*] Lege:

Libra decem partes Geminorum prima capeſſit:

Scorpius adiunctam. Centauri tertia pars eſt.

Ibid. *Centauri tertia parte.*] Gemblacenſis *partes.* Omnino legendum *pars eſt.*

v. 7. *Nec quiſquam numero diſcernitur: ordine cedit.*] Quia dixerat in Tauro diuerſam eſſe rationem ac in Ariete, quia Aries primam ſuam ſibi decuriam in ſigno ſuo vindicat, nec ideo tamen primus eſt Decanus ſigni ſui Taurus: propterea, inquam, addit, hic non numeri, ſed ordinis rationem haberi. Neque enim quia primus eſt Taurus poſt Arietem, propterea primam in ſuo ſigno decuriam obtinebit: ſed cedit ordini. Cancer enim ordine venit.

v. 8. *Cancer in aduerſum Capricorni dirigit aſtrum.*] *Dirigit*, tendit, abſolute, vt non ſemel apud Tertullianum. Homero πτύσχι.

v. 9. *Bis quinas partes primum dignatur.*] *dignatus* Gemblacenſis, & nos olim.

v. 18. *Hos quoque coniungit.*] Ita melius puto, quam quod extat in Gembl. *His quoque contingit.* Vt Leo Tauro quadratus eſt, ita Geminis ſextilis. Hoc vult. Bonincontrius enim ὀνειροπολεῖ.

v. 20. *Quum tribuit.*] *Quoi tribuit.* Sed totum locum ita concipe.

Quoi tribuit primam partem. vicina relicta eſt
Vicino, Nemeee, tibi. pars ipſius ima eſt.

v.22. *Quæ faſtidito conceſſa eſt.*] Græciſſat, *conceſſa eſt iure potiri.* συνεχωρήθη νέμεσθαι. Paulus l.vltima, De aleatoribus: *Quod in conuiuio veſcendi cauſſa ponitur, in eam rem familia ludere permittitur.* οἱ οἰκέται παίζειν συγχωροῦνται.

v.25. *veris iuga temperat illa.*] Imo, *ille:* contra in ſequenti *hæc,* non *hic:* & *lucibus,* non *lucidus.*

——— *veris iuga temperat ille:*
Hæc autumnales componit lucibus horas.

τὸ *lucidus* impoſuit Bonincontrio. Itaque ſatis ſtolide *lucidus* in *lancibus* innouauit.

Pag.91. v.5. *Regna ferunt ſummas partes.*] Interpungenda:

——— *recipitque receptus,*
Principiumque ſui donat. coniuncta Leonis
Regna ferunt, ſummas partes at Virginis eſſe.

v.8. *Hærentiſque decem partis nota.*] Scribe indubitato.

Hærenteſque decem partes Nepa vindicat ipſi.

ipſi, ſibi ipſi, Manilianum. Nepam pro Scorpione vſurpat etiam Cicero vterque Marcus, & Quintus, Gloſſæ. Nepa, σκορπίος. Alij veterum pro Cancro, vt Plautus. vide Varronem.

v.11. *Lanigero primos tradunt.*] Piſcium primam decuriam obtinet Capricornus, ſecundam Aquarius, tertiam Piſces ipſi. Atque ita rem habere, niſi prorſus inſanimus, vel vnum Diagramma noſtrum conuicerit. Ratio trigoni aliter non patitur. Et quemadmodum primum ſignum Aries primam decuriam in ſuo ſibi ſigno obtinet, ita Piſces vltimam in ſuo. At Manilius primæ Piſcium decuriæ Arietem decanum facit, ſecundæ Taurum, tertiæ ipſos. Magna eſt inſcitia, an alogiſtia.

v.17. *& melius ſociat quoque ſæpius orbem.*] De vitio ſatis conſtat. De remedio conſulendus Gemblacenſis:

& melius ſociat, quo ſæpius, orbem.

idem eſt, quod paulo ante, dixit, *repetitaque nomina,* vel *momina.* Vtrunque enim admitti poteſt.

v.18. *Ne tua ſub titulis.*] Signum natura in terna ſigna alia diuiſit, ne forte ſub noto titulo fallaris, & hæreas illis tantum, quæ ſupra in apoteleſmatis ſignorum integrorum poſuimus. Nam ſi duo ſub eodem ſigno nati ſunt, alter puta in ſexta parte

 Arietis,

Arietis alter in decima ſexta, ne ideo putes ſimilium morum ſore. Fallet enim te titulus Arietis. Nam quanuis in eodem ſigno, tamen priores ἰδιοτροπίας Arietis ſortietur, quas ſupra in Ariete enarrauimus; quia Aries ſuæ primæ decuriæ Decanus eſt. Alter vero, qui natus eſt ſub decuria Tauri, habebit mixta apoteleſmata Arietis & Tauri.

v. 19. *Diſsimulant non oſtendunt.*] Tituli ſcilicet non oſtendunt qualia ſunt ipſa aſtra, ſed diſſimulant. Hic corruptus eſt Gemb. Habet enim *oſtentur.* An dicendum Manilium ſcripſiſſe:

Diſsimulant non oſtentum mortalibus aſtra.

Aſtra diſſimulant non oſtentum. quod nolunt oſtendere. Sed, cur vulgatam lectionem reiiciamus?

v. 20. *Inque alio quærenda manet.*] Lego, *Inque alto quærenda manent.* Aſtra ſcilicet. *Alto,* obſtruſo, recondito.

v. 21. *Teſtis erit varius.*] Pone Solem eſſe in VI parte Arietis, primo decano Arietis. Quia Sol τῶν ψυχικῶν σημαντικός, erit is animus perplexus, dubius, venditator, vanus. Rurſus ſtatue Solem in XVI parte Arietis, ſecundo decano Tauri. Dicemus eum animum laudis cupidum, taciturnum, amoribus, ac delitiis deditum. Denique pone in XXVI Arietis, Decano Geminorum tertio. Dicemus ſolertem, vigilacem, lucri cupidum. Nam hæc omnia ſingulis ſignis ſuis expoſita ſupra ſunt. Vide quot diuerſitates morum in vno ſigno pro ratione Decanorum.

v. 32. *Nec tantum lanas Aries.*] Quia Luna τῶν περὶ τὸ σῶμα καὶ τῶν πράξεων κυρία, pone Lunam ſimiliter eſſe in primo decano Arietis. Naſcetur mercator. In ſecundo conſtituta aratorem faciet, in tertio Muſicum. Vides manifeſta diſcrimina. Sed hæc pari leuitate perierunt, atque inuenta fuerunt. In ſolis enim Arabibus, tanquam in fundo, hæc fæx reſedit. Ptolemæus enim καὶ πάντες οἱ παλαιμαζόντες reiiciunt.

Pag. 92. v. 6. *Multum, inquis.*] ἀπάντησις. dictum μιμητικῶς. Tenuem ἀκεδῆ, ἀεργόν. Græci λεπτὸν, λεπτομερές.

v. 7. *Cernere quum facili lucem ratione viderer.*] *viderer*; putarem. *Audire vocem viſa ſum modo militis.* ἔδοξα ἀκούειν.

v. 8. *Quod quæris, Deus eſt.*] Verba Manilij ad obiectionem. ὑπόκρισις πρὸς ἀπάντησιν.

v. 10. *Et tranſire tuum pectus.*] Et exire extra te.

v. 11. *Pro precio labor eſt.*] Ad eandē ſententiam auctor Ætnæ:

— immenſus

——— immenſus labor eſt, ſed fertilis idem :
Digna laboratis reſpondent præmia curis.

v.12. *Nec mirere.*] Ne primo aditu deterrearis. ſatis eſt potuiſſe intrare. Cætera in tua poteſtate.

v.14. *At niſi perfoßis.*] Piget te modici laboris in diuinæ rei inueſtigatione, at non immodicæ fatigationis, in auro eruendo. Perſequitur hoc argumentum auctor Ætnæ.

Scrutamur terras, euertimus omne profundum.

v.19. *Annua ſolliciti conſummant vota coloni.*] Tibullus :
Hoc natale ſacrum multos conſummet in annos.
Sed Gemblac. habet *conſumunt.* & multum alternant apud illum & excuſos *conſummare* & *conſumere.*

v.21. *mortemque ſequemur In prædas.*] Gemblacenſ. rectiſſime
——— Martemque ſequemur In prædas.

v.23. *Luxuriæ quoque militia eſt vigil.*] Non ſolum militia eſt in caſtris, qua Martem ſequentes in prædas ruimus : ſed & ſolicitudo circa gulam & ventrem eſt altera militia.

Ibid. *atque ruinis.*] ἀσωτία & nepotatu, quo bona prodigimus.

v.25. *quantum eſt; quod veneat omne*] *quantum eſt, quo veneat omne ?* aurum ſcilicet.

v.26. *Impendendus homo eſt.*] Si aurum impendis, nihil magnum impendis. Impendenda maior res, homo ipſe, vt adipiſcaris Deum.

v.30. *Sed propias partes.*] Non ſolum τὰς μονομοιρείας κατ' ἀλλήλας ſpectare ſat eſt, ſed & καθ' αὐτάς. Eſt altera pars monomœriarum. Veteres Ægyptij in portiones & momenta Signa diuidebant : eaſque particulas etiam ſigna vocabant, vt quædam quaſi ſigna in ſignis eſſent. Neque vero æqualiter ea diuiſerunt, vt in decanis fecerant : ſed alias atque alias diuerſimodis portiones fecerunt, propter diuerſas rationes, quas abſolutis ſtellarum circuitionibus attribuebant. Portiones igitur eæ in ſignis aliæ Saturni inueniuntur, aliæ Iouis, aliæ Veneris, ac deinceps reliquorum Planetarum. Quorum igitur ſtella quædam inuenitur in domo beneuolæ, ac terminis maleuolæ, ea vitiat atque obſcurat fortunam. Ita terminorum effectus alterat ſtellarum apoteleſmata. Sunt autem earum partium aliæ λαμπραί, aliæ σκιεραὶ, καὶ ἀμυδραὶ ; aliæ ſteriles, aliæ vſtæ: aliæ rigentes, ſeu algidæ. Putcales etiam addiderunt ſiue a ſe, ſiue a priſcis Græcis Arabes maleferiati, ri-

 dicula

dicula ac ioculari impudentia. Denique noxias aut vtiles partes conſtituebant, prout Decanorum poteſtates erant. Idem iudicandum de partibus plenis, ac vacuis apud Firmicum libro IV. Quæ omnia veterum Ægyptiorum otioſæ περιεργίας ἐκτρώματα ſunt ex illorum monomœriis, & Æſculapij Myriogeneſi excuſſa.

v. 33. *Quaque minor.*] *Quaſque minor.*

Pag. 93. v. 10. *Aut faciens iter aut quærens.*] Suſpectus verſus, Gemblacenſis habet *vritve reditve.* Sed profecto eſt πονηροῦ κόμματος.

v. 13. *Momentoque negat vires vtroque ſalubres.*] Præferimus lectionem Gemblacenſis ——— *victumque ſalubrem.* Sequentia adteſtantur.

v. 19. *Per varias cauſas.*] Melius Gemblac. *Per partis cauſſas.* Vnde ridicule, vt ſolet, Bonincontrius nouauit, *Per paruas pauſas.* *Per partis cauſſas*, per ſingularum partium cauſſas.

v. 20. *Incidimus ſi verba piget.*] Locus peſſime acceptus. Opem ferre non poſſum. Neſcio, an legendum *Incidi.* Hoc eſt, ſi piget nos verborum inflexionis in hac ξενοφωνίᾳ & egeſtate ſermonis Latini. Nam noue imperſonale cum verbo non tranſitiuo poſuit. Sic in Sphæra barbarica:

Ardentem medios animum libet ire per ignes.

Eodem modo dictum fuerit hic, *incidi verba piget*, vt illic *animum ire libet. Incidi verba*, vt dolari. Aliud eſt verba cædere apud Terentium, pro verba facere, quod Attici dicebant λογοκοπεῖν. vnde ῥήτορες λογοκόποι, & κόπις orator. Nam apud Priſcianũ legitur λόγους κόπτειν. Quamobrem incidere verba fuerit noua incude recudere. quod faciendum neceſſario in paupertate eloquij Romani. Si ponamus ita legendum: ergo totus locus ita concipiendus:

Sed quis tot numeros toties ſub lege referre,
Tot partes iterare queat? tot dicere ſummas?
Per partis cauſſas faciem mutare loquendi,
Incidi ſi verba piget?

Quomodo, inquit, ξενοφωνίας expreſſero, niſi verba ipſa quomodocunque inflectam? niſi noua incude verba procudam?

Ibid. *Sed gratia deerit.*] ἀπάντησις. Aliquis dixerit: Hoc non probabitur. Nam quid in poeſi acceptum eſſe poteſt, niſi delectet? Fruſtra probatur quod aurium iudicio improbatur.

v. 22. *Sed mihi per carmen.*] ὑπόκεισις πρὸς ἀπάντησιν. Atqui mihi

non

non fingenda arbitrio meo materia datur, vt Poetis, ſed monſtranda. Non cuiuis hæc erant obuia.

v.24. *Nec fingenda datur.*] Nō placet lectio Gemb. *Nec ſignanda. dedit ipſe ſibimet.*] Gemblac. *dabit ipſe.*

v.28. *Oris ſi tamen hæc.*] τὸ *tamen* abundat, vt Horatio —*ſi tamen*
Non inuiſa rates tranſiliunt freta.

Sed Gemblacenſis habebat ——— *ſi tantum poterit.*

v.29. *Accipe damnandæ.*] Noxias duntaxat μονομοιρίας expoſiturus eſt.

v.30. *Lanigeri.*] In Ariete hæ partes noxiæ ſunt ſecundum Manilium: IV. VI. XII. XIV. XVII. XVIII. XXI. XXIV. XXV. XXVII.

v.33. *vnaque viginti numeris pars addita laudet.*] Lego, *pars addita lædit.* Gemblac. *gaudet.* Vera lectio, quam reſtituimus. Sic infra ——— *viceſima & altera lædit.*

Pag.94. v.1. *Et quintam.*] Melius *quinta* Gemblac.

Ibid. *conſummat ſeptima.*] *conſummans.*

v.2. *Tauri nona mala eſt.*] Tauri partes noxiæ IX. XIII. XVII. XXI. XXIV. XXVI. XXVIII. XXX.

v.5. *fraudata duobus Triginta numeris.*] Conſtanter legimus; vt olim:

Quæque decem treſque ingeminat, fraudatque duobus
Triginta numeros: & tu triceſima ſumma.

v.6. *Triginta numeris & tu.*] Gembl. *Triginta numero ſextum.* Quæ profecto ſunt veſtigia noſtræ emendationis. Nota autem, candide Lector, fecunditatem ingenij poetæ in iſtis moroſis numeris concipiendis. Neſcio, an Ouidio melius ceſſiſſet.

v.7. *Peſtifera in Geminis.*] Geminorum partes noxiæ, I. III. VII. XV. XIX. XXI. XXV. XXVII. XXIX.

v.8. *ter quinta & noxia per ſe.*] Deprauatiſſima ſunt. Gembl. — *ter quina & noxia pars eſt.* Noli dubitare, quin vera ſit lectio: — *ter quinæ noxia par eſt.* Sic infra: *& ſimilis noxæ veniet.*———

v.12. *Nec Cancri.*] Cancri partes noxiæ I. III. VI. VIII. XI. XV. XVII. XX. XXV. XXVII. XXIX.

v.13. *decumæque peracta.*] Scribo *peractæ.*

v.14. *nec ter quintæ.*] Scribe, *ter quinæ.* Ita etiam Gemblacenſis. Sic ſupra:

——— *ter quinæ noxia par eſt.*

v. 17. *Tu quoque contactu.*] ἐπιτολὴ τοῦ ἀείζοντος, quando extare incipit

cipit ſupra Orizontem. Leonis partes noxiæ, I. IV. X. XV. XXII. XXV. XXVIII. XXX.

v. 18. *Et prima ſub parte.*] *Et quarta ſub parte* —— Gemblac.

v. 18. *& quinta ſalubris.*] Gemblac. *bis quinta ſalubris.* Atquin non loquimur de ſalubribus partibus, ſed contrariis. Lege ergo

—— *bis quinta ſalubri*

Terque caret cælo. viceſima & altera lædit.

Deſperatus erat locus. bis quinta & ter quinta (hoc enim latinius) ſunt inſalubres.

v. 19. *Terque caret cælo.*] Iam dictum eſt. Bonincontrius: *Imo non caret: quia Leo eſt magnum ſignum, ſed caret lumine, quia eſt nebuloſa in iuba Leonis.* quaſi de ſtellis loquamur. Non deerunt tamen, qui tam aſininæ interpretationi accedent. Sed multis eiuſmodi emblematis vermiculatum eſt eius commentarium.

Ibid. *ſalubri Terque caret cælo.*] Sic infra:

—— *bis ſexque peractis*

Octo bis aut denis metuendus dicitur aër. Ibi *aër*, vt hic *cælum.*

Ibid. *viceſima & altera.*] viceſima ſecunda. *Alter ab vndecimo* eſt tertiuſdecimus.

v. 20. *Et tribus appoſitis iunctum eſt.*] Lego:

Et tribus appoſitis iunctim, totidemque ſequutis.

v. 22. *Erigones.*] Virginis partes noxiæ, I. IV. VI. VIII. XI. XXI. XXIV. XXX.

v. 26. *Et quinta in Chelis.*] In Libra partes noxiæ, V. VII. XIII. XVIII. XXIV. XXVII. XXIX. XXX.

v. 27. *Septima & vndecima eſt.*] Scribe:

Septima & vndecima, decimaque & tertia iuncta.

Etiam fere ita Gemblac.

v. 29. *nec non triceſima.*] Gembl. *nona & triceſima.*—*& amba,*

Quæ numerum claudunt, nona & triceſima, partes.

v. 30. *Scorpios.*] Scorpij partes noxiæ, I. III. VI. XV. XXII. XXV. XXXVIII. XXIX.

Ibid. *cui tertia pars eſt.*] Lege —— *cui tertia par eſt.* item —— *& quæ ter quoque quina notatur.*

v. 33. *votumque capeſcit.*] *nonumque capiſcit.* Gemblacenſis, vt nos olim.

Pag. 95. v. I. *Si te fata tenent.*] Sagittarij partes noxiæ, IV. VIII. XII. XVI. XX. XXIV. XXVI. XXVIII. XXX.

v.6. *Nec pars optanda eſt.*] Capricorni partes noxiæ, VII. IX. XIII. XVII. XIX. XXV. XXVII. Legendum vero:

Nec pars optanda eſt Capricorni ſeptima. nona Conſentit —

v.9. *Quæne auget quinto numero vel ſeptima fertur.*] Gemblac.

Quæve auget quinta, numero vel ſexta feretur.

v.11. *Damnanda eſt.*] Deeſt verſus nomen Aquarij notans. Aquarij partes. XI. XIII. XV. XIX. XXI. XXV. XXIX.

v.12. *Tertiaque & quinta eſt.*] Scribe:

Tertiaque, & quinta, & numero quæ condita nono eſt.

Ibid. *Condita non eſt.*] veſtigia ſcripturæ veteris Archetypi, *noneſt*; vt *parteſt*, *capitex*, *aliaſt*.

v.14. *Cumque illa quartam accumulat.*] *accumulans*. Gemblac. *accumulant*. eſt veſtigium veræ lectionis.

v.15. *Tertia per Geminos.*] Piſcium partes noxiæ, III. V. VII. XI. XVII. XXV. XXVII.

v.20. *Aera, vel ſiccum.*] Gemblacenſis recte *vel ſicco*. id eſt ſiccitate. ſterilem ſiccitate vel humore.

v.21. *Si rapidus Mauors.*] Mirum πλανητῶν ἐπιμ(?)ρτυρείαν hic apponi, eamque duobus verſiculis adſtringi, quum antea non fecerit.

v.22. *Saturnus ſumet glaciem.*] τὸ *ſumet* ſuſpectum. Quin & illi duo de Planetis verſiculi, vt ingenue loquar, non ſunt Manilij.

v.23. *Nec te perceptis.*] Tertia & vltima hæc pars τῆς ζῳδιακῶν ἀποτελεσμάτων, quæ κατὰ τὴν τῶν ζῳδίων ἀνατολὴν conſideratur. In Gemblacenſi. Lemma præibat. ORIENTIA SIGNA QVID EFFICIANT. & vere. Nam orientium tantum habetur ratio: quia, vt inquit Poeta, orientia has vires habent, vltra ortum remittunt.

v.25. *vltroque remittunt.*] Gemblac. & textus Bonincontrij recte, *vltraque*.

v.26. *Namque vbi ſe.*] Aries oriens dabit inexhauſtas & inexplebiles cupiditates, impudentia & audacia ingenia, inconſtantia, otioſa, peregrinandi auida.

v.27. *Et ceruice prior flexu quoque.*] Interpolata ſunt. Legendum ex Gemblacenſi:

Et ceruice prior flexa, quam cornibus ibit.

Arietis ὑψαυχενία ſua terga reſpicientis. Alibi:

Et ſua reſpiciens aurato vellere terga.

Ergo flexa ceruix prior oritur, quam cornua.

v.30. *Tantum audire iuuat.*] Gemblac. *Tanta*. Legendum vero *audere*. eſt ἐπιφώνημα. Bonincontrij textus *Tantum haurire*. Quod ipſe innouauit.

v.31. *Et ruit & mutat.*] Gemblacenſis habet, *Vt ruat, & vincat. Et ruit, & mutat.* ἀλλοπρόσαλλος.

v.32. *Mollia per placidas delectant.*] Magis placet lectio Gemb. *deludunt otia*. vera illa eſt lectio. Deludere eſt τὸ ἀφομιλήσασθαι Græcorum, & ἀψιψιάδας Poetarum.

v.33. *Sed iuuat ignotum.*] Et hic quoque præfero Gemblacenſem ſcripturam.

Sed iuuat ignotas ſemper tranſire per vrbes.

v.34. *Quum vitreum findens aurato.*] Gemblacenſis vitioſe *aurauit*. Tanquam luce aurei velleris etiam ipſum mare afficeret. Sed vulgata lectio vt vera, ita longe melior.

Pag.96. v.5. *& Colchida regna reuexit.*] Innouatum ex alia vitioſa ſcriptura: *& Colchida terga reuexit*. Facili errore. Nam ſcripſit Poeta: *tergore vexit*. Semper hic poeta dicit tergus pro tergo. quod tamen negarent Grammatici, qui tergum νῶτον, tergus τὸ νώτιον δέρμα interpretantur. Sane verum eſt Tergus & Terginum pro corio vſurpari, vt Lucilio:

——— *dum ſaluo tergo & tergino licet.*

Sed & tergus pro tergo vetus Sotadeus verſiculus dixit:

Galli timidi ſemineces tergora vertunt.

v.6. *At quos prima creant.*] Tauro oriente cinædi, agricolæ formantur.

v.9. *Auerſus venit in cælum.*] Taurum auerſum oriri, & poſteriora eius prius aſcendere, ſupra tetigimus. Propterea qui eo oriente naſcuntur, eos ait τὰ ὀπίσθια καὶ τὰ ὀπισθινά.

Ibid. *Diueſque puellis.*] Abundat puellis Taurus. Nam ἐν τῷ ἐκτυπώματι τὰς ὑάδας, καὶ τὰς πλειάδας habet, quas alij veteres ἐν τῷ ἀποτμήματι collocabant. Itaq. a Pleiadibus oriri incipit. *Diues puellis*, vt infra:

——— *iugis Bithyniæ diues.*

v.10. *Pleiadum paruo referens.*] *referens* ἀναφέρων. Vnde ἀναφερόμενα dicuntur ſidera, quum oriuntur. Sidus Vergiliarum *paruo glomerabile* dixit, quia ſunt in ſe conglobatæ, ac confertæ, ita vt minimum ſpatium occupent. Nihil enim aliud ſunt, quam ἀστέρων συστροφή, quod oculi & experientia docent. Aqua mente Val. Flaccus lib. v dixit: *Pleiadumque globos*. Theon ἐπὶ τὰς πλειάδας λέγομεν.

λέγομεν βότρυος δίκην προσανακεκλιμένας. Aratus quoque confertas deſcribit & in ſe collectas, quum de Perſeo loquitur:

> ἄγχι δὲ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
> πληϊάδες φορέονται. ὁ δ' οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας
> χῶρος ἔχει, καὶ δ' αὐταὶ ἐπισκέψασθαι ἀφαυραί.

Ouidius in Phænomenis ſuis ita hæc vertebat ex Arato. (vertit enim Aratea.)

> *Pleiades ante genu ſeptem radiare feruntur;*
> *Sed tantum apparet ſub opaca ſeptima nube.*

Nam ſequentia vertebat:

> ἑπτάπορι δὲ ταί γε μετ' ἀνθρώποις ὑδέονται
> ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.

Quia vero paruum ſpatium obtinent, propterea Nicander ὀλιζώνας vocat.

v. 11. *Accedent quoque rurſus opus.*] Lege:

Accedent quoque ruris opes——— Sed Gembl. legit *Accedent &c.*

v. 13. *Sed Geminos aqua profert cum vincula cogis Parte.*] Quam multa delirare cogimur, vbi ſine ope manu ſcriptorum profligatos locos, cuiuſmodi iſte eſt, emaculare volumus. Gemblacenſis diuerſam lectionem oſtendit ab ea, quam olim proferebamus. Habet enim: ——— *quum vincla tegitque Parte*— quæ proxime abſunt a vero. Lege ergo:

> *Sed Geminos aqua quum profert vnda tegitque Parte*—

In hoc ſcriptore, vt & in aliis codicibus, non raro literæ *cl* coaluerunt, & contra litera *d* diuulſa. quare *vnda*, *vincla* inuicem commutantur apud hunc, & item *ſedis*, *ſeclis*. Hoc in omnibus manu ſcriptis accidere ſciunt, qui in illorum lectione accurate verſantur. Sidera quum oriuntur, proferri ab vnda Oceani, pluries dicit in Sphæra barbarica, vt Aratus ab Oceano; & res exemplis non indiget. Quum vnda profert, & tegit: id eſt, quum prima pars Geminorum oritur ab Oceano, & reliquum adhuc tegitur: æqua parte, hoc eſt, æqualiter ambo incipiunt oriri. Amborum enim capita prima oriuntur.

Ibid. *At Geminos aqua quum profert vnda tegitque Parte.*—] Geminorum ortus producit literatos, ſtudioſos, hilares, facetos, cantores, fidicines, acres & acutos.

v. 16. *Corda creat & voce bonos citharaque ſonanti.*] Interpolatitia ſunt. Gemblacenſis optime:

Corda creat, vocisque bonis citharaque ſonantis Inſtruit.—

v.17. *& dotes alto cum pectore iungit*] Non eſt ſanus locus. Gemblacenſis lectio etiam exulcerata eſt. — *& dotes ſaltus.* Fortaſſe:—— *& dotes ſalium cum pectore iungit.* Vrbanos, & ſalibus abundantes. vt ſupra: — *tincta lepore Corda.*— In vulgari fortaſſe latet veritas: —— *& voces læto cum pectore iungit*, quod putamus verum eſſe.

v.18. *At niger obſcura.*] Cancer oriens cæcos creat. Genitura Oedipodis.

v.19. *Quæ velut extinctis*] Qui hæc ſine codice emaculare voluerit, cæcior erit, quam ij, quos hæc nubes producere dicitur. Gemblacenſis :

Quæ velut exutus Phœbeis ignibus ignis.

Ignis exutus Phœbeis ignibus eſt Luna deficiens priuata Solis lumine, quo illuſtratur. Idem ad verbum Aratus :

οὐδ' ἀμυδρὸν ἰδεῖν· ὅτι σκιάουσι κατ' ἰθὺ
ἰσαμένην γαίης τε καὶ ἠελίοιο σελήνην·

quæ haud dubium in animo habebat Manilius.

v.20. *Deficit.*] Recte, non *defuit*, vt in Gemblac. quæ nubes, inquit, deficit, velut deficere ſolet ignis exutus ignibus ſolis, Luna priuata fraterno lumine.

v.20. *& multa fuſcat caligine ſidus.*] Intelligit τὴν νεφελοειδῆ ſυστροφήν, quæ eſt circa Cancrum. Eam dicit ἀλαμπῆ perinde vt Lunam, quum deficit. Alij φάτνην vocant. Aratus:

Σκέπτεο δὲ φάτνην, ἡ μέν τ' ὀλίγῃ εἰκυῖα
ἀχλύϊ, βορραίη ὑπὸ καρκίνῳ ἡγηλάζει.

Sed quum hic agatur de prima parte ſignorum oriente, tam fruſtra eſt, quod Cancrum incipere oriri putat a præſepi, quam quod Scorpium ab acumine caudæ.

v.21. *Lumina deficiem artus.*] Lege *ortus*, hoc eſt, partus; *vel ortos*; quod melius. In Cancri nebula orti cæci erunt. Veteres etiam Aſtrologi in genitura Oedipodis prodiderunt, eo naſcente horoſcopum & Lunam in Cancri νεφέλιον incidiſſe. Nam τὰ νεφελοειδῆ in Signis ſunt βλαπτικά, hoc eſt σινωτικά, καὶ τοῦ σώματος πρωτικά. Græci: τοῖς νεφελοειδέσι ζωδίοις σελήνη ὀφθαλμῶν πηροῖ.

v.22. *ſed quiſque vt viuit.*] Lege — *ſe quiſque vt viuit, & effert.* Cæcus & viuit, & effert ſe funus quotidie, Mortuus enim viuens eſt. Propterea ait cæcis genitis geminam mortem dari. Nam & vita

vita, quam viuunt, mors eſt, quia ſine luce: & mors altera omnibus communis nihilominus eos manet.

v.23. *Si quis per ſumm.u.*] Lego *Si quoi.* Gemblac. *Si qui.* quæ ſunt veſtigia veri. *Summas vndas* Oceanum, vt iam diximus in Geminis, hoc eſt, Orizontē, more veterum, qui τὸ ὁρίζοντα, ὠκεανὸν vocant. Sic Aratus ſidera, quæ in Orizonte ſunt, πήχεος dicit. κείνῳ που κεφαλὴ τῷ πήχεϊ— Leo igitur oriens prodigos, ac lurcones dabit. Genitura Eriſichthonis.

v.25. *Ille patri; natiſque reus, quas.*] τὸ *reus* in eam ſignificationem accipit, quam idiotiſmus Italicus. quod alibi non legi, niſi apud hunc. Nam & ita ſupra: *Scorpius in prima reus eſt.*

v.26. *cenſuque immergit in ipſo.*] Lege *cenſumque immerget in ipſo*, vt etiam habet Gemblac. *In ipſo*, in ſe ipſo. Manilianum.

v.27. *Tanta fames animumque ſibi.*] Lege *animumque cibi.*

v.28. *vt capiat ſemet neque compleat vnquam.*] Ouidius:

——cibus omnis in illo

Cauſſa cibi eſt, ſemperque locus fit inanis edendo. vt ſupra genituram Oedipodis, ſic Manilius hic genituram Eriſichthonis tangit.

v.29. *Inque epulas funus*] Etiam impenſam funeris & culturam ſepulchri abſumet. Tanta gula erit, vt ne ad iuſta quidem mortuo facienda, aut ad annuam culturam ſepulcri, & eius tutelam quicquam reliquum factura ſit.

v.30. *Erigone ſurgens.*] virgo ſummos honores ei defert, qui ea oriente naſcitur. Ciuilis & Pontificij iuris conſultum, item æditunm templorum efficit.

Pag 97. v.1. *Sancta pudicitia.*] νεωκόρους, ἱεροπρεπεῖς. Ptolem. Ad verbum Iamblicus Pagina 59. καὶ μόνοις διὰ τέλους ἀγνεύουσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν.

v.2. *Sed quum autumnales.*] Sub ortu Libræ nati erunt iudices, legiſlatores, ſumma rerum potientur. Genitura Auguſti.

v.4. *Iudex extremæ ſiſtet.*] *Siſtet*, erit. Supra.

Tempora quod ſiſtunt propriis parentia cauſſis.

Eſt verbum ſubſtantiuum, vt Grammatici loquuntur: qualia τυγχάνειν, πέλειν, πεφυκέναι. Abſolute etiam apud Plautum Curculione: *——quin capite ſiſtat in via de ſemita.*

In Captiuis: *Nam qui obſtiterit, ore ſiſtet.*

v.5. *Imponetque iugum terris.*] Omnia adulatoria. Nam propter Auguſtum dicit, cuius natalis in anno Iuliano colebatur

 initio

iuitio Libræ IX Kal. Octobris, vel, vt Suetonius, & fragmentum Kalendarij, VIII. Kalen. At ſupra ſub Capricorno natum dixit. Non poteſt leuitas excuſari.

Ibid. *legeſque rogabit.*] Leges Iulias Auguſti intelligit. In Sphæra mundi. Ouidius;

Qui regis Auguſtis parentem legibus orbem.
Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
Iura ſuum, legeſque feret iuſtiſſimus auctor.

v.7. *& cæli poſt terras iura manebunt*] ἀποθέωσις futura Auguſti, quæ contigit anno circiter quarto poſt ſcriptionem hanc in Sphæra:

Cæſar nunc terris, poſt cælo maximus auctor.

v.8. *Scorpios extrema.*] Scorpios obtinet partes Zodiaci LX fere. Duo igitur dodecatemoria occupat. Prius dodecatemorion Chelæ complent. Eæ libræ dantur. Nam & Chelæ ſæpe pro Libra ponuntur. Arabes vocant زبان العقراب Zuben elakrabi χηλὰς τοῦ σκορπίου, ad differentiam زبان السركان Zuben eſſartani χηλῶν τοῦ καρκίνου. Alterum dodecatemorion eſt corpus ipſum Scorpij, cuius extremum cauda, quæ lucidiſſimis ſtellis conſtat, quarum in ortu Scorpij potior habetur ratio. Ea igitur cauda oriente qui naſcentur, vrbium conditores erunt & vaſtatores. hoc eſt πολισταί, καὶ πολιορκηταί.

v.11. *Mœnia ſuccinctus.*] cinctu Gabino.

v.12. *& in domibus maturas reddet ariſtas.*] Horatius:

——— *imprimeretque muris*
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Aratur enim ſolum vrbis dirutæ.

v.15. *Nec non Arcitenens.*] Sagittario oriente naſcentur bellatores, triumphatores, vrbium conditores, ac dirutores. Infelicem exitum ſortientur. Genitura C. Cæſaris.

Ibid. *prima quum veſte reſurgit.*] Veſtem Sagittarij vocat, quam Aſteriſmi ἐφαπτίδα καὶ αἰγίδα, hoc eſt, Chlamydem. In Scholiis in Ptolemæum: ὁ Τοξότης κατασκευάζεται ἔχων τὸ δέρμα ἐπὶ τῶν ὤμων ἱπτάμενον, καὶ ἀναλογεῖ πτεροῖς. Quia vero illa chlamys vtrinque alarum penſilium appendices imitatur, eam, quæ Aquilonem ſpectat, Græci βορείαν ἐφαπτίδα, alterum νοτίαν ἐφαπτίδα vocant: quod non intellexit Georgius Trapezuntius magni operis Ptolemæi interpres.

interpres. Omiſit enim, quia non intelligebat. ἐσχάτης igitur illa a partibus Aquilonis prima oritur. Eadem figura Sagittarius dicitur hic oriri veſte, qua ſupra Cancer dicebatur oriri nube.

v.17. *Conſpicuum patrias.*] Triumphi Cæſaris.

v.18. *nunc condita mœnia vertet.*] Gemblacenſis :

——— nunc idem mœnia vertet.

v.19. *Sed nimium indulgens.*] Cædes Cæſaris.

v.22. *Ante fugam talis penſabat in agmine.*] Ineptiſſimam hanc lectionem eludit fides Gemblacenſis codicis :

Ante fugam tali penſabat imagine victor.

Et olim ita edidimus. Tali exitu, inquit, compenſauit clades Cannenſem & Trebianam Annibal antequam fugeret a patria. Horrenda nimirum erat ſpecies, & imago fortunæ eius, quæ tantum ab illa veteri mutauerat.

v.23. *Vltimus in cauda.*] Caudæ Capricorni vltimum faſtigium in Aſteriſmis dicitur πύργον. Hoc oriente natus militabit in claſſibus, & caſtris naualibus.

v.24. *Militiam in ponto dictat.*] Totum hunc locum ita legit Gemblacenſis:

Militiam ponto dictat, puppiſque colendæ
Dira miniſteria. ——— Quæ ſequimur.

v.26. *Quod ſi quem ſanctum.*] Ortu Aquarij probi, & ſancti creantur.

v.28. *Neve ſit vt primos.*] Lege, *in primos*. Piſcibus orientibus creantur garruli, maledici, ſuſurrones, infidi, libidinoſi. Item gemelli naſcuntur.

v.29. *muſſantis ſemper.*] Male Gemblacenſis *mutantis*.

v.31. *Crimina per populum populi.*] Non eſt Manilij. Eſt ineptiſſimus.

Pag.98. v.1. *Scilicet in Piſcem.*] τὸ ὕψωμα Veneris eſt in Piſcibus, quia ſignum Piſcium accedit ad naturam Veneris: hoc eſt humificum eſt. Inde fabula Venerem in Piſcem mutatam, Chaldæorum vtique & Syrorum μὲν πολύγονα, apud quos Venus Piſcis figura colebatur, nomine Dagon, & Derceto. ταπείνωμα vero Veneris eſt in Virgine, ſigno oppoſito, quod eſt ſignum ſterile. Quod autem propter hanc fabulam Piſcibus abſtinerent Syri, pleni ſunt veterum libri. Ouidius:

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis,

Ne vio-

Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Inde apud Timoclem Comicum iocus de quodam piſcium auido, qui excalfaciebat forum piſcatorium, vt loquitur Auguſtus. Fore enim, ſi ipſe, vt ſolet, omnes piſces deuoret, vt & Lari ipſi, quis piſcis eſca ſunt, euadant Syri, id eſt non amplius piſces vorent:

τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῖν ἐκπιεῖ
ὀψοφάγος, ὥστε τοὺς Λάρους εἶναι Σύρους.

Quod autem Ouidius dixit timidos Syros, non fruſtra dixit, quanquam vulgo parum intelligitur. Timebant enim, ſi piſcibus veſcerentur, ne illis venter, aut aliud membrum intumeſceret. Nam id plane perſuaſum habebant. Menander:

——— παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ.
ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα,
αὐτῶν ἀκρασίαν τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσιν. εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισ' αὐτοὺς ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
ἐξιλάσαντο, τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

τὴν θεὸν, hoc eſt Venerem in piſcem mutatam, quam ipſi, vt diximus, Derketo & Dagon vocabant. Itaque placabant eam more patrio in ſterquilinio ſedentes ſacco operti, quod crebrum in ſacris Bibliis. Quare placabant? vt quemadmodum ipſa tumorem membrorum immiſerat, ita tolleret ipſum. quod hic eſt ταπεινῶσαι. Hinc etiam Martialis loco male a Grammaticis concepto lux affulget:

Iuro per Syrios tibi tumores
Iuro per Berecynthios furores;

Nihil enim aliud ſunt Syrij tumores, quam quos deſcribit Menander. Itaque eo quoque alludit Satyra:

Incuſſere Deos inflantes corpora; ———

συρίαν θεὸν eſſe Venerem, quæ in Piſcem mutata fuerit, docet Lucianus proprio ei rei dicato libro.

v. 3. *Anguipedem alatos vngues.*] Falſum alatos vngues habuiſſe: imo ioculare. Gemblacenſis legit *alatis humeris.* Legimus igitur:

Anguipedem alatis humeris Typhona furentem.

Titanes, Gigantes, & Saturnus alatis humeris pingebantur: quod nemo neſcit.

v. 5.

v. 5. *Nec ſolus fuerit.*] Lege; *Nec ſolus fuerit*, vt nos olim, & Gembl. Totum locum ita concipe:

Nec ſolus fuerit geminis ſub Piſcibus ortus.
Frater erit, dulciſve ſoror, materve duorum.

Nec, inquit, ſolus naſcetur, qui Piſcibus orientibus matris aluo educitur. Sed aut gemelli erunt, aut gemellipara. Id eſt: aut qui naſcuntur, erunt gemelli, aut quæ naſcetur gemellos pariet. Vide Ptolemæum libro III, capite περὶ διδυμογόνων. Gemellos autem, aut gemelliparas creant Signa δίσωμα.

v. 7. *Nunc age diuerſis.*] ἰδιοτροπίαι, quæ κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ζῳδίων ſpectantur, aut particulares ſunt, vt diximus, aut vniuerſales. Nunc de vniuerſalibus: præpoſtero ſane ordine. Non enim ab vniuerſalibus, ad particularia, quod Ptolemæus fecit, ſed contra, a particularibus, ad vniuerſalia progreſſus eſt. Porro huius ſtudij alteram partẽ ἀστρονομικὴν vocari diximus: alteram ποιητικήν. Rurſus huius ποιητικῆς duo mẽbra fecimus. τὸ πρακτικὸν, καὶ τὸ ἀποτελεσματικόν. Et vero τὸ πρακτικὸν diſputat, quomodo ſigna ſe habent aut per ſe, aut inter ſe. Per ſe, vt quæ ſunt maſcula, quæ feminea: quæ gemina, quæ duplicia: quæ ſtantia, quæ iacentia. Inter ſe, aut ex configuratione, vt quæ ex trigono, tetragono, hexagono, diametro ſibi reſpondent: aut ex ſimilitudine quadam: vt reſpicientia, audientia: amantia, inimica. Ἀποτελεσματικὴ verſatur circa vniuerſalia, & particularia. Aut enim effectus aſtrorum ſecundum gentes & vrbes ſunt, aut ſecundum hunc, & illum hominem. Sed particularia ſunt ἄτμητα. Vniuerſalia vero in particulares cauſſas ſecantur: puta, quod ſignum huic, aut illi regioni præſidet: quo temperamento ſunt gentes, quibus moribus, & ſimilia. Ac ſane illa prius tractari debebunt, quam τὰ εἰδικά. Nam vniuerſalia ἀποτελέσματα validiora, quam particularia. Natura quidem propiora ſunt τὰ καθ' ὅλα. Nobis vero ea propiora videntur, quæ magis μερικά. De qua re vide amplius Ptolemæum libro IV, περὶ χώρων διαιρέσεως. Secutus eſt igitur ſenſus ſuos Manilius, quum particularia antepoſuit, non ipſam naturam. Itaque ad generales ἰδιοτροπίας nationum καὶ μορφώσεις ea præmittit, ſine quibus illæ explicari non poterunt. Sunt autem ea, quæ ad totius orbis terrarum deſcriptionem pertinent: πλατικῶς tamen, καὶ παχυμερῶς, vt res ipſa docet.

Ibid. *Nunc age.*] Titulus huic capiti in Gemblacenſi, DE PAR-

TIBVS TERRÆ DISTRIBVTIS AD SIGNA. ET DE VNIVERSA TERRA ET MARI.

v.8. *ſed ſumma eſt rerum referenda figura.*] Summa figura rerum, vt ſumma cutis. Sed Gemblacenſis:

——— *ſed ſumma eſt rerum referenda figuris.*

Nihil mutandum. Sic in ſecunda Inſtitutione dixit:

——— *ſummumque colorem*, in eundem ſenſum.

v.10. *Naſcentemque ipſumque diem.*] Andreas Meluinus Scotus eximie doctus ante viginti ſex annos ita legebat:

Naſcentem lapſumque diem. Quod laudamus & ſequimur.

v.13. *Aſper ab axe ruit Boreas.*] Falſum. Nam is oppoſitus Auſtro non eſt βορέας aut Aquilo, ſed ἀπαρκτίας, ſiue Septentrio. Non tamen eſt error Manilij. ſed eſt ἰδιωτισμός. Sic opponuntur τὰ βόρεια τοῖς νοτίοις καταχρηστικῶς.

v.14. *Zephyruſque profundum.*] Profundum Solem pro occaſu dici ſemper miratus ſum. Gemblacenſis ſatisfecit. Is habet: *Zephyruſque profectum.* Arabes etiam dicunt Solem profectum pro occaſo. ذاهب & Græci ἀπερχόμενον ἥλιον ἀντὶ τοῦ δύνοντος. vnde Crates ita legebat apud Homerum:

οἱ μὲν ἀπερχομένου Ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

v.17. *Ipſa notat Tellus*] Legebamus olim *natat*, haud abſurda ſententia. Terram enim in medio Oceani magni nauigij inſtar vectari & agitari veterum quoſdam ſcripſiſſe & memineram, & alibi annotaueram. Sed alio vocat nos Gemblacenſis, qui habet: *Ipſa vacat Tellus*: longe melius. Ipſa tellus nuda eſt & extans in medio Oceani.

v.18. *Cingentis medium.*] Neoptolemus Parianus ἐν τριχθονίᾳ.

ὠκεανὸς, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.
ὃ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ᾽ ἐς ἀπερείσιον κέχυται, τό μιν ἔπι μαίνει.

v.26. *Italiaque vrbes dextram ſinuantis in vndam.*] Sinuare non legitur abſolute. Sed Manilius ſcripſit *inſinuantis*. Nam inſinuat in dextram vndam, id eſt partes Africæ, qua Calabria excurrit in pelagus. *dextram vndam*, pelagus Africum: Supra:

——— *qui veſpere ab atro* *Admiſſus dextra.* ———

v.29. *Et natat Ionio.*] Gemblacenſis: *Enatat*, vt etiam nos olim:

Ac vbi ſe primum porta mare fudit ab illa,

Enatat

Enatat Ionio, laxaſque vagatur in vndas.

Enatat, exſpatiatur libere.

v.30. *Et prius in læuas effundens.*] *Et prius in læua ſe fundens.* Ita etiam Gemblac.

v.32. *ſecat æquore velum.*] Lege: —*ſecat æquore læuum Illyrium.* Similem mendam olim in Tibullo ſuſtulimus:

——— *Permiſit læua miniſtro.* Nos: *permiſit vela miniſtro.* Gemblacenſis habet: ———*ſecat æquore bellum.* Nihil aliud eſt quam *bellum* pro *lebum*, & *lebum* pro *leuum*, id eſt *læuum*.

v.33. *claramque Corinthon.*] Non ad Corinthum, quæ ab vtraque Iſthmi ora ſexagenis diſtat ſtadiis, ſed ad Lechæum, qui eſt portus Corinthi occidentalibus negotiationibus, vt Cenchreæ eſt altera parte orientalibus. Lechæum etiam celebre ludis trietericis, quæ Iſthmia dicta. In VII libro Thebaidos Lycæo perperam editum, pro Lechæo:

Nec ſua pinifero magis adnatet vmbra Lycæo.

De Palæmonis manibus & eius trieteride ſermo eſt.

Pag 99. v.1. *patulas circumuolat oras.*] Sane nullus poeta dixit mare circumuolare terram, ſed circumluere. Malim igitur *circumluit.*

v.5. *Traditur inniſum.*] Lego: *merſæq. puellæ Truditur inuitum.*— Sed & Gemblacenſis habet diſerte *Truditur.* Neque multum laborandum fuit ad hæc diuinanda. Sed & textus Bonincontrij habet *inuitum*, vt nos olim emendauimus.

v.6. *Euxino iungi.*] *iungit.*

v.8. *Inde vbi in anguſtas iterum ſe nauita partes.*] *nauita fauces.* Gemblacenſis.

v.12. *arcumque minantem*] Duos arcus faciunt οἱ περιηγηταὶ: alterum in ora Paphlagoniæ ad Colchida: alterum, de quo hic ſermo, ad ſinum Iſſicum.

v.14. *Ingentique ſinu fulgentes æquore.*] Nos olim:

Ingentique ſinu fugientes æquora terras. Ita etiam Gemb.

v.16. *Niliacis verum.*]. Lege: *iterum morientia.* Et ita Gembl.

v.17. *Hæc medium terris.*] hoc eſt mediterraneum. Omnino hæc diuiſio eſt ab Eratoſthene, ducta linea a freto Gaditano, ad ſinum Iſſicum, quam lineam continuat cum monte Tauro. Quare quicquid citra Taurum, & lineam Boream verſus, μέρος βόρειον, quod vltra in auſtrum, μέρος νότιον vocauit.

v. 18. *conſtringit harenu.*] Lege *habenis.* Sæpe apud auctores hæc mutantur *harenis, habenis.* Vera lectio hæc.

v. 20. *Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.*] Inde ἰχνοῦσα dicta, & σανδαλιῶτις. Salluſtius hiſtoria ſecunda: *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in occidentem, quam in orientem latior.* Silius XII:

> *Inſulæ fluctiſono circumuallata profundo*
> *Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras*
> *Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.*
> *Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis.*

In vulgatis editionibus male: *ſub margine plantæ.*

v. 24. *Pulſatur Cypros Ægyptia.*] Non fruſtra de vitio ſuſpectus nobis olim locus iſte. Gemb. *Ægyptia Cypros pulſatur.* Lege:

> *Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.*

v. 26. *Totque minora ſolo.*] Deeſſe verſum ante hunc & pueri fatebuntur, nedū doctiores, qui in hanc ſententiā concipiendus videtur: Quid loquar tot vrbes? Qui hoc negarit, ineptiſſime negarit.

v. 29. *primaque intrantis in orbem.*] Lege: —*primamque intrantis.*

v. 30. *& Balearica regna.*] Gembl. *Balearica rura.*

v. 32. *ſibi parte recluſus Faucibus abruptis orbem.*] Lege:

> *Nec tantum ex vna Pontus ſibi parte recluſis*
> *Faucibus abrupit orbem.* ———

Pag. 100. v. 1. *Impulit Oceano potius.*] Sane legendum:

Impulit Oceano Pontus. — Eſt elegans repetitio τοῦ *Pontus.*

v. 3. *Nanque inter Boream pontumque æſtate nitentem.*] Merito hanc lectionem olim improbauimus. Gemblacenſis recte:

> *Namque inter Borean ortumque æſtate nitentem,*
> *In longum anguſto penetrabilis æquore fluctus Peruenit.*—

Ortum æſtate nitentem: Ortum æſtiuum. Sane Caſpium eſt inter Borean & ortum æſtiuum.

v. 4. *Penetrabilis æquore fluctus.*] Sequitur Clitarchum auctorem, qui ex Scythico mari Caſpium erumpere ait, vt Perſicum & Arabicum ex Oceano auſtrali. Idem ſentit Strabo lib. 11. At vetuſtiſſimus ſcriptor Herodotus & ſciuit, & teſtatus eſt eſſe inſtar lacus, neque aliunde fluere, ſed ſuis litoribus circūſcriptum eſſe.

v. 6. *Caſpiaque exigui.*] Recte. Nam comparatione mediterranei eſt exiguum. Sed Gemblacenſis lectio anteferenda *Euxini.* Inſtar Euxini eſſe ait. Imo Clitarchus dixit eſſe non minus Euxino mari,

no mari, & fauces efficere inſtar Cimmerij Boſphori,& dilatari, inſtar Mæotidos paludis. Quare merito Manilius dixit eſſe inſtar Euxini ponti.

v.9. *Arua tenent.*] *tenet.*

v.10. *Quæ regit ipſe.*] *Qua rigat.* Sed & Gemblacenſis habet *regat*, veſtigium veri.

v.13. *Leniter adfundit geminantia.*] *gemmantia* Gemblacenſis, vt nos olim.

v.14. *Et terræ mare nomen habet.*] Diſtingue:

Et terræ mare nomen habet.media illa duobus.

Illa, hoc eſt, Arabia media eſt duobus ſinubus, Perſico & Arabico, de quibus iam loquebatur. Ergo *illa*, hoc eſt terra ferens delitias, & nouos odores variæ radicis.

v.15. *Quondam Carthago.*] Deeſt verſus ante hunc, qui continebat nomen Libyæ. Manifeſta eſt lacuna. Bonincontrius dicit Carthaginem eſſe mediam inter mare mediterraneum, & Indicum. Propinqua ſane loca, qui vna Carthagine diſiungantur. Tam vicina eſſe putauit Indum mare,& Mediterraneum. Acute. Non carebit tamen ſectatoribus, neque admiratoribus.

v.18. *Fecit & aternis.*] Lege ex auctoritate Gemblacenſis:

Fecit & aternam Trebiam, Cannaſque ſepulcris
Obruit, & Libyan Italas infudit in vrbes.

Æternauit Trebiam clade.

v.20. *Hic varias.*] *Huic varias.*

v.25. *parit horrida bella.*] Legendum vel:——— *horrida tellus:* vel *bello.* Quis non videt vitioſam eſſe lectionem vulgatam?

v.26. *Et portentoſos Cyclopum ludit in ortus.*] Itane Africa mater Cyclopum, quæ homines veſcos, & ſiccos producit, quæ, vt ipſe Manilius dicit,ſuo puluere exiccat populos? Sane neque Cyclopas & immania corpora parere, eſt ludere. (Hoc enim maius eſt, quam ludere.) neque Africa vllos vnquam Cyclopas tulit, ſed angues, ſcorpiones, & feras, de quibus omnibus iam dixit. Gembl. non *Cyclopum*, ſed *Cecropum* habet, pro *Cercopum:*

Et portentoſos Cercopum ludit in ortus.

Cercopes ſunt ſimiarum genus omnium turpiſſimarum. Cercopas homines fraudulentos in Simias conuerſos Pithecuſis inſulæ nomen dediſſe habes apud Ouidium, item Euſtathium *ὀδυσ.* τ. Non ſolum, inquit, ſæuit Libya gignendo feras noxias

 & ſerpen-

& ſerpentes, ſed etiam ludit producendo ridicula animalium portenta Cercopas. Apud Feſtum quoque poteſt legi: *Cercops, genus ſimiarum.* & verum eſt, vt & vera lectio Maniliana, quam repoſuimus. In Gloſſis legitur nomen mihi ignarum: *κέρκωψ ζῶον, Haſder.* Nam conſtat eſſe *ζῶον*, & quidem Simiam. Sane Cyclops vetus erat, qui illum egregium locum contaminauerat. Quod ſi poetæ finxiſſent etiam in Libya Cyclopas naſci: tamen non de fabulis, ſed de natura hic ſermo eſt.

v. 27. *Ac ſterilis peior ſiccas infeſtat harenas.*] Habitatur quidem, ſed inæqualiter propter illas harenas, & Syrtes, quibus habitationes Africæ tanquam inſulæ mari, cinguntur. Ideo Africam *ἐοικυῖαν παρδάλει* ſcribit Strabo. *κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ· καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις* ΑΥΑΣΕΙΣ *οἱ Αἰγύπτιοι. Αὐάσεις* autem &, quod idem eſt, *ὀάσεις* Ægyptij vocabant loca habitabilia deſertis vndique obſeſſa. Cicero eiuſcemodi habitationes maculas vocat, lib. v i de Republ. quomodo Africa *πάρδαλις* dicitur, quia illis habitationibus diſtincta, tanquam id animal maculis ſuis genuinis.

Pag. 101. v 2. *Ac tantum Scythicas dirimentes.*] Non poteſt eſſe locus mendoſior. Lege:

> *Totque illum circa diuiſa nomine gentes*
> *Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus vrbes,*

Etiam Gemblacenſis habet *dirimentem.*

v. *. *Æquora & extremum.*] Non eſt Manilij, ſed alicuius eorum Cercopum, de quibus paulo ante egit. Putabat ſciolus ille auctor illius verſiculi imperfectam eſſe orationem, quia dictum *aſpera Ponti.*

v. 4. *His Aſiæ metam,*] Gemblac. *Hanc Aſiæ.*

v. *. *Pondere paſſa ſuo.*] Et hic quoque verſus non eſt, niſi Cercopis alicuius, & cuius niſi eiuſdem, qui ſuperiorem infarſerat? Nam & hic quoque putauit imperfectam eſſe orationem. Putauit, inquam, *τὸ reſoluit* ſuſpenſum eſſe, niſi adderetur nomen in ſexto caſu. At reſoluere pondere quis vnquam Latine ſciens dixerit? Quid denique volunt illa *σολοικίζοντα, ſigni oneriſque iuuauit?* Editio Lugdunenſis agnoſcit Barbariſmum quidem: ſed pro eo ſuppoſuit *iuuamen* non meliori ſententia, neque emendatiore locutione. At bene Manilio dictum, *reſoluit taurum*, hoc eſt, Iouem exuit taurina forma: quemadmodum in

prima Inſtitutione Taurus indutus Iouem dicebatur. Non eſt cuiuſuis notas verſibus ſpuriis apponere:non cuiuſuis agnoſcere.

v.8. *Et monumenta ſub hoc.*] Longe melius Gemblacenſis:

Et monumenta ſui titulo ſacrauit amoris.

Poſt hunc verſum retrahe illum:

Princeps illa domus Troiani maxima belli.

Quæ eſt egregia reſtitutio. Europæ, inquit, princeps ac primaria Græcia.

v.9. *Princeps illa domus.*] Regionum Europæ princeps Græcia. Dextra Europæ Græcia, ſiniſtra Thracia,cui ſuccedit Germania, hoc eſt,ea vaſtiſſima regio, quam Κελτικὴν nomine comprehendebant Græci. Deinde Gallia,tum Hiſpania,poſtremo Italia. Hunc ordinem ſequitur noſter.

v.11. *Vrbibus in regnum.*] Locus hic inſigniter perturbatus eſt, quem, vt melius concipias, ordine totum ponam:

Princeps illa domus Troiani Græcia belli.
Maxima terra viris, & fæcundiſſima doctis
Vrbibus. in regnum florentes oris Athenæ:
Sparta manu, Thebæ diuis, & rege vel vno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Threce Martem ſortita colonum,
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus:
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma: quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cœloque adiungitur ipſa.

Florida oratio,& de qua ſententiam ferre,non eſt plebei ingenij.

Ibid. *in regnum florentes oris.*] Regnum oris, & linguæ proeodem vſurpat. Supra:

Illa decus linguæ faciet regnumque loquendi.

Tragicus dixit λόγος τύραννος. Pacuuius vertit: *Regina omnium rerum oratio.*

v. 12. *Thebas diuiſit rege vel vno*] Succeſſit bene correctio,niſi fallor: — *Thebæ diuis,& rege vel vno Theſſalia Epiruſque potens.*— Thebarum vrbs Deorum nutricula Bacchi,& Melicertæ,& Herculis: Theſſalia magnorum Regum, Achillis, & regum Macedoniæ. Quorum vel vnus ſatis erat illuſtrandæ Theſſaliæ Achilles, Macedoniæ Alexander magnus. Epirus Pyrrhum Alexandrum cognomine Epiroten, & alios tulit.

Ibid. *Thebæ diuis & rege vel vno.*] Sophocles apud Dicæarchum ἐν ἰλλάδῳ ἀναγραφῇ.

> Θήβας λέγεις μοὶ τὰς πύλας δ' ἑπταςόμους,
> οὗ δὴ μόναι τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

Quæ plane Manilium interpretantur.

v.14. *vicinaque ripis Illyris.*] Aliquis poeta Tragicus dixiſſet:

> ——— Ἰλλυρὶς παράκτια.

v.15. *Eſt ſtupefacta.*] *Et ſtupefacta.*

v.16. *Gallia pratenſis Italia maxima bellis.*] Plane integer eſt apud Gemblacenſem:

> *Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli.*

Ibid. *Gallia per cenſus.*] Gallia diues, vt Hiſpania bellicoſa. Gallia per cenſus nobilis, Hiſpania belli laude. Infra:

> ——— *& quod fert Gallia diues.* Poetæ ὀλβοδότειρα.

Ibid. *Hiſpania maxima belli.*] Sic Gemblacenſis. Etiam nos olim pro *Italia*, diuinauimus legendum Hiſpania. *Maxima belli*, πολεμιστής.

v.17. *Italia in ſummam.*] *In ſumma.*

v.19. *Hic erit in fines.*] *Hoc* legebat Gemblacenſis. Sed alia manu eraſum, & *Hos* ſuper ſcriptum, vt & nos olim emendabamus.

v.23. *In quibus efferrent præſtantes.*] Gemblac. *aſſererent.* Sed puto Manilium ſcripſiſſe *exſererent.*

v.24. *Ac velut humana eſt.*] Longum hyperbaton ad illud:

> *Sic alias aliud terras ſibi vindicat aſtrum.*

v.25. *Et quanquam.*] Lege: *Vt tanquam.* Platice enim omnia ſigna in totum corpus humanum exercent imperium, & partiliter aliud alij membro. Supra in prima Inſtitutione περὶ μελοθεσιῶν ſatis dixit: quæ tamen hic neceſſario repetuntur: quia vt corporis humani, ſic orbis terrarum quædam quaſi μελοθεσία eſt, & ſignorum tutelæ. Sed ſi ἀναλογίαν ſeruare volebat, oportebat prius orbem terrarum in membra tanquam humana tribuere, vt eius eſſet μελοθεσία quædam: & ſecundum illam τὰ ζώδια ſuis membris redderentur. Puta ſi India, verbi gratia, eſſet caput orbis, ei attribueretur Aries: Si Arabia, aut quæcunque alia regio eſſent brachia, Geminis ſubiicerentur. Eodem modo Minerua Indiæ, Apollo Arabiæ eſſet tutela. Ita enim eſſet quædam ratio. Nam τὰ δώδεκα ζώδια Ægyptij θεοὺς βουλαίους vocarunt, qui ſimpliciter

dicuntur

dicuntur Græcis δώδεκα θεοὶ, ſuntque ij, quos diſticho cõprehendit Ennius, vt habes in iis,quæ in librum ſecundum notauimus. Atque vt duodecim Zodia θεοὺς βουληφόρους, ita & Planetas ῥαβδοφόρους, quaſi apparitores magiſtratuum duodecim appellabant. Sed a Manilio nulla hic Analogia, nulla Mundi μελοθεσία obſeruata, vt infra dicetur.

v.31. *Et femur Arcitenens.*] *Et femina.* Gemblacenſis.

Pag.102. v. 1. *Iccirco in varias.*] Tranſitus ad ἰδιοτροπίας τῶν ἐθνῶν luculente, vt ſolet.

v.6. *Gallia vicino nimis eſt.*] Gemblacenſis, *minus eſt.*

Gallia vicino minus eſt infecta rubore.

Minus torrida eſt Solis rubore vicino, id eſt, quia vicinus minus eſt ſol Galliæ, quam Hiſpaniæ, propterea Galli Hiſpani ſicciores, atque ideo aſperiores. Contra οἱ Κελτοὶ ὑγρότεροι.

v.8. *Martia Romanis orbis.*] Nihil muto. Indicabo lectionem ſcriptam in Gemblacenſi: *Martia Romanas vrbes pater induit ora,* eodem ſenſu. Nam Romanæ vrbes Italia. Sic ſupra Italiæ vrbes dixit, & Schythicas vrbes, pro Italia, & Scythia. Græcorum poetarum eſt ἄστεα Κελτῶν, id eſt Κελτοί.

v.9. *Gradiuumque ſuum.*] recte. Sed Gemblacenſis: *Gradiuumque genus.* male.

v.10. *Gymnaſium præfert.*] Coloratos innuit, propter cutem aſſo Sole, & gymnaſtico ceromate coctam. Propterea Chromatarios, ſiue colorarios palæſtritas vocat Iuuenalis vetus Scholiaſtes. Quin Græci hunc colorem affectabant per ipſos Chromatarios. Et Lacedæmonum lex fuit: μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν. Ælian. Ποικίλ. ιδ. ζ. Alioquin & Græci ſunt ſubfuſci. Is color Ptolemæo & Theocrito dicitur μελίχροος.

v.13. *Æthiopes maculant orbem.*] Emendabo ex Gemblacenſi:

Æthiopes maculant orbem, tenebriſque figurant
Perfuſas hominum gentes. minus India toſtis Progenerat —

Ita Gembl. ita ratio poſtulat. ea eſt elegantia.

Ibid. *Æthiopes maculant orbem.*] Maculare etiam vulgo in Gallia dicimus *bigarrer*, vt Ibridas dicimus eſſe maculatos, id eſt ex differentibus parentibus natos. Lucanus libro VII.

Hannibal, obliquo maculat qui ſanguine regnum,
Et Numidas contingit auos. ———

quaſi diſcolor eſſet genus Hannibalis. Eo modo igitur hic Æthiopes di-

Corda creat, vociſque bonis citharæque ſonantis Inſtruit.—

v.17. *& dotes alto cum pectore iungit*] Non eſt ſanus locus. Gemblacenſis lectio etiam exulcerata eſt. — *& dotes ſaltus.* Fortaſſe:——— *& dotes ſalium cum pectore iungit.* Vrbanos,& ſalibus abundantes. vt ſupra: — *tincta lepore Corda.*— In vulgari fortaſſe latet veritas: ——— *& voces lato cum pectore iungit*, quod putamus verum eſſe.

v.18. *At niger obſcura.*] Cancer oriens cæcos creat. Genitura Oedipodis.

v.19. *Quæ velut extinctis.*] Qui hæc ſine codice emaculare voluerit, cæcior erit, quam ij, quos hæc nubes producere dicitur. Gemblacenſis:

Quæ velut exutus Phœbeis ignibus ignis.

Ignis exutus Phœbeis ignibus eſt Luna deficiens priuata Solis lumine, quo illuſtratur. Idem ad verbum Aratus:

οὐδ' ἀμυδρὰ φαίνονται, ὅτι σκιάησι κατ' ἰθὺ
ἱσταμένη γαίης τι καὶ ἠελίοιο σφίσιν;

quæ haud dubium in animo habebat Manilius.

v.20. *Deficit.*] Recte, non *defuit*, vt in Gemblac. quæ nubes, inquit, deficit, velut deficere ſolet ignis exutus ignibus ſolis, Luna priuata fraterno lumine.

v.20. *& multa fuſcat caligine ſidus.*] Intelligit τὴν νεφελοειδῆ συστροφήν, quæ eſt circa Cancrum. Eam dicit ἀλαμπῆ perinde vt Lunam, quum deficit. Alij φάτνην vocant. Aratus:

Σκέπτεο καὶ φάτνην, ἡ μέν τ' ὀλίγῃ εἰκυῖα
ἀχλύϊ, βορραίη ὑπὸ καρκίνῳ ἡγηλάζει.

Sed quum hic agatur de prima parte ſignorum oriente, tam fruſtra eſt, quod Cancrum incipere oriri putat a præſepi, quam quod Scorpium ab acumine caudæ.

v.21. *Lumina deficient artus.*] Lego *ortus*, hoc eſt, partus; *vel ortos*; quod melius. In Cancri nebula orti cæci erunt. Veteres etiam Aſtrologi in genitura Oedipodis prodiderunt, eo naſcente horoſcopum & Lunam in Cancri νεφέλιον incidiſſe. Nam τὰ νεφελώδη in Signis ſunt τυφλά, hoc eſt σκοτώδη, καὶ τοῦ σώματος πηρωτικά. Græci: τοῖς νεφελώδεσι συμπίπτουσα σελήνη ὀφθαλμῶν πηροῖ.

v.22. *ſed quiſque vt viuit.*] Lege — *ſe quiſque vt viuit, & effert.* Cæcus & viuit, & effert ſe funus quotidie, Mortuus enim viuens eſt. Propterea ait cæcis genitis geminam mortem dari. Nam &

vita

vita, quam viuunt, mors eſt, quia ſine luce: & mors altera omnibus communis nihilominus eos manet.

v.23. *Si quis per ſumm.u.*] Lego *Si quoi.* Gemblac. *Si qui.* quæ ſunt veſtigia veri. *Summas vndas* Oceanum, vt iam diximus in Geminis, hoc eſt, Orizontẽ, more veterum, qui τ̃ ὁρίζοντα, ὠκεανὸν vocant. Sic Aratus ſidera, quæ in Orizonte ſunt, νήχεσθαι dicit. κείνῳ τοι κεφαλῇ τῇ νήχεται— Leo igitur oriens prodigos, ac lurcones dabit. Genitura Eriſichthonis.

v.25. *Ille patri; natiſque reus, quas.*] τὸ *reus* in eam ſignificationem accipit, quam idiotiſmus Italicus. quod alibi non legi, niſi apud hunc. Nam & ita ſupra: *Scorpius in prima reus eſt.*

v.26. *cenſuque immergit in ipſo.*] Lege *cenſumque immerget in ipſo*, vt etiam habet Gemblac. *In ipſo*, in ſe ipſo. Manilianum.

v.27. *Tanta fames animumque ſibi.*] Lege *animumque cibi.*

v.28. *vt capiat ſemet neque compleat vnquam.*] Ouidius:

——— cibus omnis in illo

Cauſſa cibi eſt, ſemperque locus fit inanis edendo. vt ſupra genituram Oedipodis, ſic Manilius hic genituram Eriſichthonis tangit.

v.29. *Inque epulas funus*] Etiam impenſam funeris & culturam ſepulchri abſumet. Tanta gula erit, vt ne ad iuſta quidem mortuo facienda, aut ad annuam culturam ſepulcri, & eius tutelam quicquam reliquum factura ſit.

v.30. *Erigone ſurgens.*] virgo ſummos honores ei defert, qui ea oriente naſcitur. Ciuilis & Pontificij iuris conſultum, item æditũum templorum efficit.

Pag. 97. v.1. *Sancta pudicitia.*] νεωκόρους, ἱεροπροσπόλους. Ptolem. Ad verbum Iamblicus Pagina 59. καὶ μόνους διὰ τέλους ἁγνεύουσιν ἐξουσίας ὑπαρχούσης ἐν τοῖς ἱεροῖς διατρίβειν.

v.2. *Sed quum autumnales.*] Sub ortu Libræ nati erunt iudices, legiſlatores, ſumma rerum potientur. Genitura Auguſti.

v.4. *Iudex extremæ ſiſtet.*] *Siſtet*, erit. Supra.

Tempora quod ſiſtunt propriis parentia cauſſis.

Eſt verbum ſubſtantiuum, vt Grammatici loquuntur: qualia τυγχάνειν, πέλειν, πεφυκέναι. Abſolute etiam apud Plautum Curculione: *——— quin capite ſiſtat in via de ſemita.*

In Captiuis: *Nam qui obſtiterit, ore ſiſtet.*

v.5. *Imponetque iugum terris.*] Omnia adulatoria. Nam propter Auguſtum dicit, cuius natalis in anno Iuliano colebatur

iuitio Libræ ix Kal. Octobris, vel, vt Suetonius, & fragmentum Kalendarij, viii. Kalen. At ſupra ſub Capricorno natum dixit. Non poteſt leuitas excuſari.

Ibid. *legeſque rogabit.*] Leges Iulias Auguſti intelligit. In Sphæra mundi.

Qui regis Auguſtis parentem legibus orbem. Ouidius:

Pace data terris, animum ad ciuilia vertet
Iura ſuum, legeſque feret iuſtiſſimus auctor.

v.7. *& cæli poſt terras iura manebunt*] ἀποθέωσις futura Auguſti, quæ contigit anno circiter quarto poſt ſcriptionem hanc in Sphæra:

Cæſar nunc terris, poſt cælo maximus auctor.

v.8. *Scorpios extrema.*] Scorpios obtinet partes Zodiaci lx fere. Duo igitur dodecatemoria occupat. Prius dodecatemorion Chelæ complent. Eæ libræ dantur. Nam & Chelæ ſæpe pro Libra ponuntur. Arabes vocant زبان العقراب Zuben elakrabi χηλὰς τοῦ σκορπίου, ad differentiam زبان السركان Zuben eſſartani χηλῶν τοῦ καρκίνου. Alterum dodecatemorion eſt corpus ipſum Scorpij, cuius extremum cauda, quæ lucidiſſimis ſtellis conſtat, quarum in ortu Scorpij potior habetur ratio. Ea igitur cauda oriente qui naſcentur, vrbium conditores erunt & vaſtatores. hoc eſt πολισταὶ, καὶ πολιορκηταί.

v.11. *Mœnia ſuccinctus.*] cinctu Gabino.

v.12. *& in domibus maturas reddet ariſtas.*] Horatius:

——— imprimeretque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.

Aratur enim ſolum vrbis dirutæ.

v.15. *Nec non Arcitenens.*] Sagittario oriente naſcentur bellatores, triumphatores, vrbium conditores, ac dirutores. Infelicem exitum ſortientur. Genitura C. Cæſaris.

Ibid. *prima quum veſte reſurgit.*] Veſtem Sagittarij vocat, quam Aſteriſmi ἐφαπτίδα καὶ αἰγίδα, hoc eſt, Chlamydem. In Scholiis in Ptolemæum: ὁ Τοξότης κατασκευάζεται ἔχων τὸ δέρμα ἐπὶ τῶν ὤμων ἱπτάμενον, καὶ ἀναλογεῖ πτεροῖς. Quia vero illa chlamys vtrinque alarum penſilium appendices imitatur, eam, quæ Aquilonem ſpectat, Græci βορείαν ἐφαπτίδα, alterum νοτίαν ἐφαπτίδα vocant: quod non intellexit Georgius Trapezuntius magni operis Ptolemæi interpres.

interpres. Omiſit enim, quia non intelligebat. ἱσπασὶς igitur illa a partibus Aquilonis prima oritur. Eadem figura Sagittarius dicitur hic oriri veſte, qua ſupra Cancer dicebatur oriri nube.

v.17. *Conſpicuum patrias.*] Triumphi Cæſaris.

v.18. *nunc condita mœnia vertet.*] Gemblacenſis :

——— *nunc idem mœnia vertet.*

v.19. *Sed nimium indulgens.*] Cædes Cæſaris.

v.22. *Ante fugam talis penſabat in agmine.*] Ineptiſſimam hanc lectionem eludit fides Gemblacenſis codicis :

Ante frugam tali penſabat imagine victor:

Et olim ita edidimus. Tali exitu, inquit, compenſauit clades Cannenſem & Trebianam Annibal antequam fugeret a patria. Horrenda nimiarum erat ſpecies, & imago fortunæ eius, quæ tantum ab illa veteri mutauerat.

v.23. *Vltimus in cauda.*] Caudæ Capricorni vltimum faſtigium in Aſteriſmis dicitur πάρεργον. Hoc oriente natus militabit in claſſibus, & caſtris naualibus.

v.24. *Militiam in ponto dictat.*] Totum hunc locum ita legit Gemblacenſis:

Militiam ponto dictat, puppiſque colendæ
Dira miniſteria. ——— Quæ ſequimur.

v.26. *Quod ſi quem ſanctum.*] Ortu Aquarij probi, & ſancti creantur.

v.28. *Neve ſit vt primos.*] Lege, *in primos*. Piſcibus orientibus creantur garruli, maledici, ſuſurrones, infidi, libidinoſi. Item gemelli naſcuntur.

v.29. *muſſantis ſemper.*] Male Gemblacenſis *mutantis.*

v.31. *Crimina per populum populi.*] Non eſt Manilij. Eſt ineptiſſimus.

Pag.98. v.1. *Scilicet in Piſcem.*] τὸ ὕψωμα Veneris eſt in Piſcibus, quia ſignum Piſcium accedit ad naturam Veneris: hoc eſt humificum eſt. Inde fabula Venerem in Piſcem mutatam, Chaldæorum vtique & Syrorum μυθολόγημα, apud quos Venus Piſcis figura colebatur, nomine Dagon, & Derceto. ταπείνωμα vero Veneris eſt in Virgine, ſigno oppoſito, quod eſt ſignum ſterile. Quod autem propter hanc fabulam Piſcibus abſtinerent Syri, pleni ſunt veterum libri. Ouidius:

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis,

Ne vio-

Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Inde apud Timoclem Comicum iocus de quodam piſcium auido, qui excalfaciebat forum piſcatorium, vt loquitur Auguſtus. Fore enim, ſi ipſe, vt ſolet, omnes piſces deuoret, vt & Lari ipſi, quis piſcis eſca ſunt, euadant Syri, id eſt non amplius piſces vorent :

τὺς ἰχθυοπώλας ὗτος ἡμῶν πάντας
ὀψοφάγος, ὥστε τὺς Λάρυς εἶναι Σύρυς.

Quod autem Ouidius dixit timidos Syros, non fruſtra dixit, quanquam vulgo parum intelligitur. Timebant enim, ſi piſcibus veſcerentur, ne illis venter, aut aliud membrum intumeſceret. Nam id plane perſuaſum habebant. Menander:

——— παράδειγμα τὺς Σύρυς λαβέ.
ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα,
αὐτῶν ἀκρασίαν τὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδῦσιν. εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρυ, καὶ τὴν θεὸν
ἐξιλάσαντο, τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

τὴν θεὸν, hoc eſt Venerem in piſcem mutatam, quam ipſi, vt diximus, Derketo & Dagon vocabant. Itaque placabant eam more patrio in ſterquilinio ſedentes ſacco operti, quod crebrum in ſacris Bibliis. Quare placabant? vt quemadmodum ipſa tumorem membrorum immiſerat, ita tolleret ipſum. quod hic eſt ταπεινῶσαι. Hinc etiam Martialis loco male a Grammaticis concepto lux affulget:

Iuro per Syrios tibi tumores
Iuro per Berecynthios furores.

Nihil enim aliud ſunt Syrij tumores, quam quos deſcribit Menander. Itaque eo quoque alludit Satyra:

Incuſſere Deos inflantes corpora: ———

συρίαν θεὸν eſſe Venerem, quæ in Piſcem mutata fuerit, docet Lucianus proprio ei rei dicato libro.

v. 5. *Anguipedem alatos vngues.*] Falſum alatos vngues habuiſſe: imo ioculare. Gemblacenſis legit *alatis humeris.* Legimus igitur:

Anguipedem alatis humeris Typhona furentem.

Titanes, Gigantes, & Saturnus alatis humeris pingebantur: quod nemo neſcit.

v. 5. *Nec ſolus fuerit.*] Lege: *Nec ſolus fuerit*, vt nos olim, & Gembl. Totum locum ita concipe:

Nec ſolus fuerit geminus ſub Piſcibus ortus.
Frater erit, dulciſve ſoror, materve duorum.

Nec, inquit, ſolus naſcetur, qui Piſcibus orientibus matris aluo educitur. Sed aut gemelli erunt, aut gemellipara. Id eſt: aut qui naſcuntur, erunt gemelli, aut quæ naſcetur gemellos pariet. Vide Ptolemæum libro III, capite περὶ διδυμογόνων. Gemellos autem, aut gemelliparas creant Signa δίσωμα.

v. 7. *Nunc age diuerſis.*] ἰδιοτροπίαι, quæ κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ζωδίων ſpectantur, aut particulares ſunt, vt diximus, aut vniuerſales. Nunc de vniuerſalibus: præpoſtero ſane ordine. Non enim ab vniuerſalibus, ad particularia, quod Ptolemæus fecit, ſed contra, a particularibus, ad vniuerſalia progreſſus eſt. Porro huius ſtudij alteram partē ἀστρονομικὴν vocari diximus: alteram ποιητικήν. Rurſus huius ποιητικῆς duo mēbra fecimus. τὸ τεχνικὸν, καὶ τὸ ἀποτελεσματικόν. Et vero τὸ τεχνικὸν diſputat, quomodo ſigna ſe habent aut per ſe, aut inter ſe. Per ſe, vt quæ ſunt maſcula, quæ feminea: quæ gemina, quæ duplicia: quæ ſtantia, quæ iacentia. Inter ſe, aut ex configuratione, vt quæ ex trigono, tetragono, hexagono, diametro ſibi reſpondent: aut ex ſimilitudine quadam: vt reſpicientia, audientia: amantia, inimica. Ἀποτελεσματικὴ verſatur circa vniuerſalia, & particularia. Aut enim effectus aſtrorum ſecundum gentes & vrbes ſunt, aut ſecundum hunc, & illum hominem. Sed particularia ſunt ἄτομα. Vniuerſalia vero in particulares cauſſas ſecantur: puta, quod ſignum huic, aut illi regioni præſidet: quo temperamento ſunt gentes, quibus moribus, & ſimilia. Ac ſane illa prius tractari debebunt, quam τὰ εἰδικά. Nam vniuerſalia ἀποτελέσματα validiora, quam particularia. Natura quidem propiora ſunt τὰ καθ' ὅλα. Nobis vero ea propiora videntur, quæ magis μερικά. De qua re vide amplius Ptolemæum libro IV, περὶ χρόνων διαιρέσεως. Secutus eſt igitur ſenſus ſuos Manilius, quum particularia antepoſuit, non ipſam naturam. Itaque ad generales ἰδιοτροπίας nationum καὶ μορφώσεις ea præmittit, ſine quibus illæ explicari non poterunt. Sunt autem ea, quæ ad totius orbis terrarum deſcriptionem pertinent: πλατικῶς tamen, καὶ παχυμερῶς, vt res ipſa docet.

Ibid. *Nunc age.*] Titulus huic capiti in Gemblacenſi, DE PAR-

TIBVS TERRÆ DISTRIBVTIS AD SIGNA. ET DE VNIVERSA TERRA ET MARI.

v. 8. *ſed ſumma eſt rerum referenda figura.*] Summa figura rerum, vt ſumma cutis. Sed Gemblacenſis:

——— *ſed ſumma eſt rerum referenda figuris.*

Nihil mutandum. Sic in ſecunda Inſtitutione dixit:

——— *ſummumque colorem*, in eundem ſenſum.

v. 10. *Naſcentemque ipſumque diem.*] Andreas Meluinus Scotus eximie doctus ante viginti ſex annos ita legebat:

Naſcentem lapſumque diem. Quod laudamus & ſequimur.

v. 13. *Aſper ab axe ruit Boreas.*] Falſum. Nam is oppoſitus Auſtro non eſt βορέας aut Aquilo, ſed ἀπαρκτίας, ſiue Septentrio. Non tamen eſt error Manilij. ſed eſt ἰδιωτισμός. Sic opponuntur τὰ βόρεια τοῖς νοτίοις καταχρηστικῶς.

v. 14. *Zephyruſque profundum.*] Profundum Solem pro occaſu dici ſemper miratus ſum. Gemblacenſis ſatisfecit. Is habet: *Zephyruſque profectum.* Arabes etiam dicunt Solem profectum pro occaſo. غارب & Græci ἀπερχόμενον ἥλιον ἀντὶ τοῦ δύνοντος. vnde Crates ita legebat apud Homerum:

οἱ μὲν ἀπερχομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

v. 17. *Ipſa notat Tellus.*] Legebamus olim *natat*, haud abſurda ſententia. Terram enim in medio Oceani magni nauigij inſtar vectari & agitari veterum quoſdam ſcripſiſſe & memineram, & alibi annotaueram. Sed alio vocat nos Gemblacenſis, qui habet: *Ipſa vacat Tellus*: longe melius. Ipſa tellus nuda eſt & extans in medio Oceani.

v. 18. *Cingentis medium.*] Neoptolemus Parianus ἐν τριχθονίᾳ.

ὠκεανός, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.
ὁ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπειρέσιον κέχυται, τό μιν οὔτι μιαίνει.

v. 26. *Italiaque vrbes dextram ſinuantis in vndam.*] Sinuare non legitur abſolute. Sed Manilius ſcripſit *inſinuantis*. Nam inſinuat in dextram vndam, id eſt partes Africæ, qua Calabria excurrit in pelagus. *dextram vndam*, pelagus Africum: Supra:

——— *qui veſpere ab atro* *Admiſſus dextra.* ———

v. 29. *Et natat Ionio.*] Gemblacenſis: *Enatat*, vt etiam nos olim:

Ac vbi ſe primum porta mare fudit ab illa,

Enatat

Enatat Ionio, laxaſque vagatur in vndas.

Enatat, exſpatiatur libere.

v.30. *Et prius in lauas effundens.*] *Et prius in laua ſe fundens.* Ita etiam Gemblac.

v.32. *ſecat æquore velum.*] Lege: —*ſecat æquore lauum Illyrium.* Similem mendam olim in Tibullo ſuſtulimus:

——— *Permiſit laua miniſtro.* Nos: *permiſit vela miniſtro.* Gemblacenſis habet: ———*ſecat æquore bellum.* Nihil aliud eſt quam *bellum* pro *lebum*, & *lebum* pro *leuum*, id eſt *læuum*.

v.33. *claramque Corinthon.*] Non ad Corinthum, quæ ab vtraque Iſthmi ora ſexagenis diſtat ſtadiis, ſed ad Lechæum, qui eſt portus Corinthi occidentalibus negotiationibus, vt Cenchreæ eſt altera parte orientalibus. Lechæum etiam celebre ludis trietericis, quæ Iſthmia dicta. In VII libro Thebaidos Lycæo perperam editum, pro Lechæo:

Nec ſua pinifero magis adnatet vmbra Lycæo.

De Palæmonis manibus & eius trieteride ſermo eſt.

Pag 99. v.1. *patulas circumuolat oras.*] Sane nullus poeta dixit mare circumuolare terram, ſed circumluere. Malim igitur *circumluit.*

v.5. *Traditur inuiſum.*] Lego: *merſaq. puellæ Truditur inuitum.*— Sed & Gemblacenſis habet diſerte *Truditur.* Neque multum laborandum fuit ad hæc diuinanda. Sed & textus Bonincontrij habet *inuitum*, vt nos olim emendauimus.

v.6. *Euxino iungi.*] *iungit.*

v.8. *Inde vbi in anguſtas iterum ſe nauita partes.*] *nauita fauces.* Gemblacenſis.

v.12. *arcumque minantem*] Duos arcus faciunt οἱ περιηγηταὶ: alterum in ora Paphlagoniæ ad Colchida: alterum, de quo hic ſermo, ad ſinum Iſſicum.

v.14. *Ingentique ſinu fulgentes æquore.*] Nos olim:

Ingentique ſinu fugientes æquora terras. Ita etiam Gemb.

v.16. *Niliacis verum.*] Lege: *iterum morientia.* Et ita Gembl.

v.17. *Hæc medium terris.*] hoc eſt mediterraneum. Omnino hæc diuiſio eſt ab Eratoſthene, ducta linea a freto Gaditano, ad ſinum Iſſicum, quam lineam continuat cum monte Tauro. Quare quicquid citra Taurum, & lineam Boream verſus, μέρος βόρειον, quod vltra in auſtrum, μέρος νότιον vocauit.

 v.18.

v. 18. *conſtringit harenis.*] Lege *habenis*. Sæpe apud auctores hæc mutantur *harenis, habenis*. Vera lectio hæc.

v. 20. *Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.*] Inde ἰχνοῦσα dicta, & σανδαλιῶτις. Salluſtius hiſtoria ſecunda: *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in occidentem, quam in orientem latior.* Silius XII:

Inſulæ fluctiſono circumuallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Grais memorata colonis.

In vulgatis editionibus male: *ſub margine plantæ.*

v. 24. *Pulſatur Cypros Ægyptia.*] Non fruſtra de vitio ſuſpectus nobis olim locus iſte. Gemb. *Ægyptia Cypros pulſatur.* Lege:

Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.

v. 26. *Totque minora ſolo.*] Deeſſe verſum ante hunc & pueri fatebuntur, nedū doctiores, qui in hanc ſententiā concipiendus videtur: Quid loquar tot vrbes? Qui hoc negarit, ineptiſſime negarit.

v. 29. *primaque intrantis in orbem.*] Lege:—*primamque intrantis.*

v. 30. *& Balearica regna.*] Gembl. *Balearica rura.*

v. 32. *ſibi parte recluſus Faucibus abruptis orbem.*] Lege:

Nec tantum ex vna Pontus ſibi parte recluſis
Faucibus abrupit orbem. ———

Pag. 100. v. 1. *Impulit Oceano potius.*] Sane legendum:

Impulit Oceano Pontus. — Eſt elegans repetitio τοῦ *Pontus.*

v. 3. *Nanque inter Boream pontumque æſtate nitentem.*] Merito hanc lectionem olim improbauimus. Gemblacenſis recte:

Namque inter Borean ortumque æſtate nitentem,
In longum anguſto penetrabilis æquore fluctus Peruenit.—

Ortum æſtate nitentem: Ortum æſtiuum. Sane Caſpium eſt inter Borean & ortum æſtiuum.

v. 4. *Penetrabilis æquore fluctus.*] Sequitur Clitarchum auctorem, qui ex Scythico mari Caſpium erumpere ait, vt Perſicum & Arabicum ex Oceano auſtrali. Idem ſentit Strabo lib. 11. At vetuſtiſſimus ſcriptor Herodotus & ſciuit, & teſtatus eſt eſſe inſtar lacus, neque aliunde fluere, ſed ſuis litoribus circūſcriptum eſſe.

v. 6. *Caſpiaque exigui.*] Recte. Nam comparatione mediterranei eſt exiguum. Sed Gemblacenſis lectio anteferenda *Euxini.* Inſtar Euxini eſſe ait. Imo Clitarchus dixit eſſe non minus Euxino mari,

no mari, & fauces efficere inſtar Cimmerij Boſphori,& dilatari, inſtar Mæotidos paludis. Quare merito Manilius dixit eſſe inſtar Euxini ponti.

v.9. *Arua tenent.*] *tenet.*

v.10. *Quæ regit ipſe.*] *Qua rigat.* Sed & Gemblacenſis habet *regat*, veſtigium veri.

v.13. *Leniter adfundit geminantia.*] *gemmantia* Gemblacenſis, vt nos olim.

v.14. *Et terræ mare nomen habet.*] Diſtingue:

Et terræ mare nomen habet.media illa duobus.

Illa, hoc eſt, Arabia media eſt duobus ſinubus, Perſico & Arabico, de quibus iam loquebatur. Ergo *illa*, hoc eſt terra ferens delitias, & nouos odores variæ radicis.

v.15. *Quondam Carthago.*] Deeſt verſus ante hunc, qui continebat nomen Libyæ. Manifeſta eſt lacuna. Bonincontrius dicit Carthaginem eſſe mediam inter mare mediterraneum, & Indicum. Propinqua ſane loca, qui vna Carthagine diſiungantur. Tam vicina eſſe putauit Indum mare,& Mediterraneum. Acute. Non carebit tamen ſectatoribus, neque admiratoribus.

v.18. *Fecit & æternis.*] Lege ex auctoritate Gemblacenſis:

Fecit & æternam Trebiam, Cannaſque ſepulcris
Obruit, & Libyan Italas infudit in vrbes.

Æternauit Trebiam clade.

v.20. *Hic varias.*] *Huic varias.*

v.25. *parit horrida bella.*] Legendum vel:——— *horrida tellus:* vel *bello.* Quis non videt vitioſam eſſe lectionem vulgatam?

v.26. *Et portentoſos Cyclopum ludit in ortus.*] Itane Africa mater Cyclopum, quæ homines veſcos, & ſiccos producit, quæ, vt ipſe Manilius dicit,ſuo puluere exiccat populos? Sane neque Cyclopas & immania corpora parere, eſt ludere. (Hoc enim maius eſt, quam ludere.) neque Africa vllos vnquam Cyclopas tulit, ſed angues, ſcorpiones, & feras, de quibus omnibus iam dixit. Gembl. non *Cyclopum*, ſed *Cecropum* habet, pro *Cercopum:*

Et portentoſos Cercopum ludit in ortus.

Cercopes ſunt ſimiarum genus omnium turpiſſimarum. Cercopas homines fraudulentos in Simias conuerſos Pithecuſis inſulæ nomen dediſſe habes apud Ouidium, item Euſtathium ὀδυσ.τ. Non ſolum, inquit, ſæuit Libya gignendo feras noxias & ſerpen-

& ſerpentes, ſed etiam ludit producendo ridicula animalium portenta Cercopas. Apud Feſtum quoque poteſt legi: *Cercops, genus ſimiarum.* & verum eſt, vt & vera lectio Maniliana, quam repoſuimus. In Gloſſis legitur nomen mihi ignarum: κέρκωψ ζῶον, *Haſder.* Nam conſtat eſſe ζῶον, & quidem Simiam. Sane Cyclops verus erat, qui illum egregium locum contaminauerat. Quod ſi poetæ finxiſſent etiam in Libya Cyclopas naſci: tamen non de fabulis, ſed de natura hic ſermo eſt.

v. 27. *Ac ſterili peior ſiccas infeſtat harenas.*] Habitatur quidem, ſed inæqualiter propter illas harenas, & Syrtes, quibus habitationes Africæ tanquam inſulæ mari, cinguntur. Ideo Africam ἐοικυῖαν παρδάλει ſcribit Strabo. κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ· καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις ΑΥΑΣΕΙΣ οἱ Αἰγύπτιοι. Αὐάσεις autem &, quod idem eſt, ὀάσεις Ægyptij vocabant loca habitabilia deſertis vndique obſeſſa. Cicero eiuſcemodi habitationes maculas vocat, lib. VI de Republ. quomodo Africa πάρδαλις dicitur, quia illis habitationibus diſtincta, tanquam id animal maculis ſuis genuinis.

Pag. 101. v 2. *Ac tantum Scythicas dirimentes.*] Non poteſt eſſe locus mendoſior. Lege:

Totque illum circa diuiſa nomine gentes
Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus vrbes.

Etiam Gemblacenſis habet *dirimentem.*

v. *. *Æquora & extremum.*] Non eſt Manilij, ſed alicuius eorum Cercopum, de quibus paulo ante egit. Putabat ſciolus ille auctor illius verſiculi imperfectam eſſe orationem, quia dictum *aſpera Ponti.*

v. 4. *Hic Aſiæ metam,*] Gemblac. *Hanc Aſiæ.*

v. *. *Pondere puſſa ſuo.*] Et hic quoque verſus non eſt, niſi Cercopis alicuius, & cuius niſi eiuſdem, qui ſuperiorem infarſerat? Nam & hic quoque putauit imperfectam eſſe orationem. Putauit, inquam, τὸ *reſoluit* ſuſpenſum eſſe, niſi adderetur nomen in ſexto caſu. At reſoluere pondere quis vnquam Latine ſciens dixerit? Quid denique volunt illa σολοικίζοντα, *ſigni oneriſque inuauit* Editio Lugdunenſis agnoſcit Barbariſmum quidem: ſed pro eo ſuppoſuit *tuutamen* non meliori ſententia, neque emendatiore locutione. At bene Manilio dictum, *reſoluit taurum*, hoc eſt, Iouem exuit taurina forma: quemadmodum in

prima

prima Inſtitutio: e Taurus indutus Iouem dicebatur. Non eſt cuiuſuis notas verſibus ſpuriis apponere: non cuiuſuis agnoſcere.

v. 8. *Et monumenta ſub hoc.*] Longe melius Gemblacenſis :

Et monumenta ſui titulo ſacrauit amoris.

Poſt hunc verſum retrahe illum :

Princeps illa domus Troiani maxima belli.

Quæ eſt egregia reſtitutio. Europæ, inquit, princeps ac primaria Græcia.

v. 9. *Princeps illa domus.*] Regionum Europæ princeps Græcia. Dextra Europæ Græcia, ſiniſtra Thracia, cui ſuccedit Germania, hoc eſt, ea vaſtiſſima regio, quam Κελτῶν nomine comprehendebant Græci. Deinde Gallia, tum Hiſpania, poſtremo Italia. Hunc ordinem ſequitur noſter.

v. 11. *Vrbibus in regnum.*] Locus hic inſigniter perturbatus eſt, quem, vt melius concipias, ordine totum ponam :

Princeps illa domus Troiani Græcia belli.
Maxima terra viris, & fæcundiſſima doctis
Vrbibus. in regnum florentes oris Athenæ:
Sparta manu, Thebæ diuis, & rege vel vno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Threce Martem ſortita colonum,
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus:
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma: quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cæloque adiungitur ipſa.

Florida oratio, & de qua ſententiam ferre, non eſt plebei ingenij.

Ibid. *in regnum florentes oris.*] Regnum oris, & linguæ proeodem vſurpat. Supra:

Illa decus linguæ faciet regnumque loquendi.

Tragicus dixit λόγος τύραννος. Pacuuius vertit : *Regina omnium rerum oratio.*

v. 12. *Thebas diuiſit rege vel vno*]. Succeſſit bene correctio, niſi fallor: — *Thebæ diuis, & rege vel vno Theſſalia Epiruſque potens.*— Thebarum vrbs Deorum nutricula Bacchi, & Melicertæ, & Herculis: Theſſalia magnorum Regum, Achillis, & regum Macedoniæ. Quorum vel vnus ſatis erat illuſtrandæ Theſſaliæ Achilles, Macedoniæ Alexander magnus. Epirus Pyrrhum Alexandrum cognomine Epiroten, & alios tulit.

Ibid.

Ibid. *Thebæ diuis & rege vel vno.*] Sophocles apud Dicæarchum ἐν ἑλλάδος ἀναγραφῇ.

Θήβας λέγεις μοὶ τὰς πύλας θ' ἑπταστόμους,
οὗ δὴ μόναι τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

Quæ plane Manilium interpretantur.

v.14. *vicinaque ripis Illyris.*] Aliquis poeta Tragicus dixiſſet:

——— Ἰλλυρεὶς παράκτια.

v.15. *Eſt ſtupefacta.*] *Et ſtupefacta.*

v.16. *Gallia pratenſis Italia maxima bellis.*] Plane integer eſt apud Gemblacenſem:

Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli.

Ibid. *Gallia per cenſus.*] Gallia diues, vt Hiſpania bellicoſa. Gallia per cenſus nobilis, Hiſpania belli laude. Infra:

——— *& quod fert Gallia diues.* Poetæ ὀλβοδότειρα.

Ibid. *Hiſpania maxima belli.*] Sic Gèmblacenſis. Etiam nos olim pro *Italia*, diuinauimus legendum Hiſpania. *Maxima belli*, ἐλλβυισμός.

v.17. *Italia in ſummam.*] *In ſumma.*

v.19. *Hic erit in fines.*] *Hoc* legebat Gemblacenſis. Sed alia manu eraſum, & *Hos* ſuper ſcriptum, vt & nos olim emendabamus.

v.23. *In quibus efferrent præſtantes.*] Gemblac. *aſſererent.* Sed puto Manilium ſcripſiſſe *exſererent.*

v.24. *Ac velut humana eſt.*] Longum hyperbaton ad illud:

Sic alias aliud terras ſibi vindicat aſtrum.

v.25. *Et quanquam.*] Lege: *Vt tanquam.* Platice enim omnia ſigna in totum corpus humanum exercent imperium, & partiliter aliud alij membro. Supra in prima Inſtitutione περὶ μελοθεσιῶν ſatis dixit: quæ tamen hic neceſſario repetuntur: quia vt corporis humani, ſic orbis terrarum quædam quaſi μελοθεσία eſt, & ſignorum tutelæ. Sed ſi ἀναλογίαν ſeruare volebat, oportebat prius orbem terrarum in membra tanquam humana tribuere, vt eius eſſet μελοθεσία quædam: & ſecundum illam τὰ ζώδια ſuis membris redderentur. Puta ſi India, verbi gratia, eſſet caput orbis, ei attribueretur Aries: Si Arabia, aut quæcunque alia regio eſſent brachia, Geminis ſubiicerentur. Eodem modo Minerua Indiæ, Apollo Arabiæ eſſet tutela. Ita enim eſſet quædam ratio. Nam τὰ δώδεκα ζώδια Ægyptij θεοὺς βουληφόρους vocarunt, qui ſimpliciter dicuntur

dicuntur Græcis δώδεκα θεοὶ, ſuntque ij, quos diſticho cõprehendit Ennius, vt habes in iis, quæ in librum ſecundum notauimus. Atque vt duodecim Zodia θεοὺς βουληφόρους, ita & Planetas ῥαβδοφόρους, quaſi apparitores magiſtratuum duodecim appellabant. Sed a Manilio nulla hic Analogia, nulla Mundi μελοθεσία obſeruata, vt infra dicetur.

v.31. *Et femur Arcitenens.*] *Et femina.* Gemblacenſis.

Pag. 102. v. 1. *Iccirco in varias.*] Tranſitus ad ἰδιοτροπίας τῶν ἐθνῶν luculente, vt ſolet.

v.6. *Gallia vicino nimis eſt.*] Gemblacenſis, *minus eſt.*

Gallia vicino minus eſt infecta rubore.

Minus torrida eſt Solis rubore vicino, id eſt, quia vicinus minus eſt ſol Galliæ, quam Hiſpaniæ, propterea Galli Hiſpani ſicciores, atque ideo aſperiores. Contra οἱ Κελτοὶ ὑγρότεροι.

v.8. *Martia Romanis orbis.*] Nihil muto. Indicabo lectionem ſcriptam in Gemblacenſi: *Martia Romanas vrbes pater induit ora,* eodem ſenſu. Nam Romanæ vrbes Italia. Sic ſupra Italiæ vrbes dixit, & Schythicas vrbes, pro Italia, & Scythia. Græcorum poetarum eſt ἄστεα κελτῶν, id eſt κελτοί.

v.9. *Gradiuumque ſuum.*] recte. Sed Gemblacenſis: *Gradiuumque genus.* male.

v.10. *Gymnaſium præfert.*] Coloratos innuit, propter cutem aſſo Sole, & gymnaſtico ceromate coctam. Propterea Chromatarios, ſiue colorarios palæſtritas vocat Iuuenalis vetus Scholiaſtes. Quin Græci hunc colorem affectabant per ipſos Chromatarios. Et Lacedæmonum lex fuit: μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν. Ælian. Ποικίλ. ιδ. ζ. Alioquin & Græci ſunt ſubfuſci. Is color Ptolemæo & Theocrito dicitur μελίχρους.

v.13. *Æthiopes maculant orbem.*] Emendabo ex Gemblacenſi:

Æthiopes maculant orbem, tenebriſque figurant
Perfuſas hominum gentes. minus India toſtis Progenerat —

Ita Gembl. ita ratio poſtulat. ea eſt elegantia.

Ibid. *Æthiopes maculant orbem.*] Maculare etiam vulgo in Gallia dicimus *bigarrer*, vt Ibridas dicimus eſſe maculatos, id eſt ex differentibus parentibus natos. Lucanus libro VII.

Hannibal, obliquo maculat qui ſanguine regnum,
Et Numidas contingit auos. ———

quaſi diſcolor eſſet genus Hannibalis. Eo modo igitur hic Æthio-

Yy pes di-

pes dicuntur diſcolorem orbem terrarum facere. Et poeta Tragicus Æthiopiam vocat *μελάμβροτον*. Et in Sphæra mundi in eum ſenſum dixit: *nigras ſuperuolat vrbes.* Et Zona, ſub qua habitant. Zonæ in figuris terræ, fuſcæ, aut rutilæ pingebantur, vt ex Leontio nouimus. Eratoſthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ:

> πέντε δὲ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο,
> αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
> ἡ δὲ μία ψαφαρή τε, καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
> ἡ μὲν ἔην μεσάτη. ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρὸ
> τυπτομένη φλογμοῖσιν. ἐπεί ῥα ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτὴν
> κεκλιμέναι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
> αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοις περιπεπηγυῖαι
> αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ θ' ὕδατι νοτέουσι.
> οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
> κεῖ γαῖαν ἀμπέχει. περίψυκτος δὲ τέτυκτο.
> ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι.
> δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι
> μεσσηγὺς θέρεός τε, καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
> ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδήσκουσαι
> καρπὸν Ἐλευσίνης Δημήτερος. ἐν δέ μιν ἄνδρες
> ἀντίποδες ναίουσι ———

Atque hæc quidem Eratoſthenes de Zonarum coloribus: quarum Zonarum auctorem eſſe Parmeniden ſcripſit Poſidonius.

v. 13. — *tenebriſque figurant Perfuſas hominum gentes.*—] Sic infra: *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*

v. 15. *Perfuſas tenebris gentes.*] Nam inde dicuntur *αἰθίοπες*.

Ibid. *minus India toſtas.*] Gemblacenſis elegantiſſime: ——— *minus India toſtis Progenerat.*— India progenerat homines non toſtos, vt Æthiopas, ſed minus toſtis. Hunc colorem Galli & Itali Oliuaſtrum vocant, medium quidem inter fuſcum, qualis eſt Hiſpanorum & Afrorum, & toſtum, qualis Æthiopum. Ideo ſubiicit: ——— *mediumque facit moderata tenorem.*

v. 18. *Pœnus.*] Pœnus *ζωοκιδοχικῶς* pro Pœnorum regione, hoc eſt, Africa. Ouidius:

Cretes nutrito terra ſuperba Ioue. id eſt Creta.

Ibid. *Pœnus arenoſis Afrorum puluere terris.*] Eodem modo loquitur Val. Flaccus:

——— *Solymo nigrantem puluere fratrem.*

Non

Non puluis tamen regionis, ſed afflatus Solis inficit corpora. Eſt autem metaphora a puluere palæſtrico.

v.19. *& Mauritania nomen*] Nam μαυρὸς Græci ab eo dixerunt. Itaque μαυρίτης, Mauritá Græca inflexione. Latina Mauritanus: Mauricatim extulit Laberius: μαυρισί. Sed potius μαυρόεσσι dicuntur, vt ἀμαθόεσσι ῥαμνόεσσι. Videtur igitur nomen loci μαυρόεις ſeu μαυρεῦς, vt ἀμαθόεις, ἀμαθεῦς, ῥαμνόεις, ῥαμνεῦς, ὀπόεις, ὀπεῦς: μαλόεις, μαλεῦς.

v.22. *Et mores pro ſorte pares.*] τὰ ἔθη καὶ τὰ νόμιμα φυσικά Ptolemæus ſuper eadem re. Dicitur & ἰδιοσυγκρασία. Demophilus: ἡ σωματικὴ ἰδιοσυγκρασία ἡ καθ' ὅλα τὰ ἔθνη, ἔστιν ἰδέα τις ἡ ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχουσα, καθ' ἣν τῶν μὲν ζωδίων τὰ μὲν χρηστικά, τὰ δ' ἐνδεᾶ, &c.

v.40. *Et duplici clauſos elephantas carcere terræ.*] In Aſia ſcilicet & Africa: nam in Europa nulli.

v.32. *Et certis deſcripta nitent rationibus aſtra.*] Scribe *regionibus*. Error a veteri ſcriptura *recionibus*. Nam τὴν χωρογραφικὴν hic innui fidem fecerit τὸ καθόλου τῆς κοσμογραφικῆς, quod præmiſit: cuius pars χωρογραφία.

v.33. *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*] Sic ſupra dixit: *tenebris perfuſas gentes*.

Pag.103. v.1. *Laniger in medio.*] Conſtat ſignis alias tutelas regionum a Manilio, alias a Ptolemæo, alias ab Hipparcho aſſignari. Arieti Ægyptij Babyloniam, Arabiam Ægypto conterminam: Ptolemæus Britanniam, Galliam, Germaniam, Baſterniam, Palæſtinam ſubiicit. Hipparchus τοῦ κριοῦ τῷ δεξιῷ ὤμῳ Thraciam, τῷ εὐωνύμῳ Babyloniam, τῷ στήθει Armeniam, τῆς πλευρᾶς Arabiam Ægypto confinem, τῇ ῥάχει καὶ τῷ νώτῳ Perſida, Cappadociam, Meſopotamiam; Syriam, rubrum mare, &c. Manilij abſurda & ſuperſtitioſa plane αἰτιολογία. Arietem Propontidi & Helleſponto præficit, quia a Poetis Helleſpontum tranaſſe fingitur: Phrygiæ Leonem, propter magnam matrem Deum, cui ſacer ſit: Babyloniæ Piſces, propter Typhonem & Venerem. Nam illius fabulæ ſcena in ea regione ponitur. Item alia propter alias cauſſas, quæ quamuis omnino fabuloſæ non ſunt, tamen rationes, quæ poſſunt aſſignari, plus quam fabuloſæ: quales illæ, Arietem rurſus Perſidi præeſſe, quia ea gens lanitij, & veſtificij ſtudioſa: Libram Italiæ, quia Romani vnicuique genti æquum tribuunt: item Scorpion Libyæ, propter animalia venenata, quorum Africa feraciſſima: Sagittarium Cretæ, quia

Cretes poriti iaculatores: Capricornum toti Occidenti, & Oceano, quia oræ Oceani occidui nunc accedente æſtu cooperiuntur; nunc recedente denudantur. Ita eas regiones ambiguas inter mare, & terram eſſe, quemadmodum Capricornus ſignum eſt ambiguum maris & terræ. Par ſuperſtitio, quum Aquarium oris maritimis præficit, propter aquam, quam ex vrna dicitur proiicere. Quæ omnia manifeſto magnum otium illis ad nugandum ſuperfuiſſe teſtantur. Ita Manilius. Ptolemæi ingenioſius commentum, & tamen commentum, nihil aliud, vt alia omnia huius ματαιοτεχνίας. Sed quemadmodum Ptolemæus τὴν οἰκουμένην diuidit in quatuor tetrantes, ita etiam Manilius, ſed diuerſo inſtituto. Ptolemæus per trigona ſigna diſtribuit regiones: Manilius per conſequentiam Signorum. Primus igitur tetrans Manilio comprehendit Helleſpontum, Propontida, Euxinum, Scythiam, Aſiam, Perſida, Arabiam, Ægyptum: quarum Arieti attribuitur Helleſpontus, Propontis, Syria, Perſis, Ægyptus: Tauro Scythia, Aſia, Arabia: Geminis, Euxinus Pontus. Secundus tetrans continet Macedoniam, Bithyniam, Phrygiam, Cappadociam, Armeniam, Rhodon, Ioniam, Dorida, Cariam, Indiam, Æthiopiam: Cancro dantur India, Æthiopia: Leoni Phrygia, Cappadocia, Armenia, Bithynia, Macedonia: Virgini Rhodos, Ionia, Doris, Caria. Tertius tetrans continet Italiam, Sardiniam, magnam Græciam, Inſulas, Cretam, Siciliam, Africam prouinciam, vbi Carthago, Libyam, Cyrenaicam: Libræ Italia attribuitur: Scorpio Africa prouincia, Libya, Cyrenaica, Sardinia, Inſulæ, magna Græcia: Sagittario Creta, Sicilia, atque iterum Italia inepte. Quartus & vltimus tetrans complectitur totum Occidentem, Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Leptitanam, Africam prouinciam, iterum inepte, Ciciliam, Babyloniam, Bactrianam, Perſicum ſinum. Quæ ſunt ſcopæ diſſolutæ. Seruat tamen ordinem quendam horum tetrantum, ſiue Tetartemoriorum. Melius feciſſet, ſi μελοθεσίαν Mundi prius conſtituiſſet, & ſingulis membris ſingula Zodia & tutelas Deorum aſſignaſſet, vt ſupra notauimus.

v. 2. *Cancrum inter.*] Non leue mendum, neque cuiuis manifeſtum, nedum emendandum. Vera lectio:

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo
Caurum inter gelidum. —

Adſerit

Adſerit in vires pontum.] intellige Helleſpontum. Hic non excuſamus audaciam Bonincontrij qui textum hunc ita deprauauit:

Cancrum inter gelidum per tempora vertitur axis.

v.10. *Taurus habet Schyticos.*] Vides hunc conflatum ex ſequentibus. Gemblacenſis hunc retinet, ſequentem non habet, præpoſtere.

v.12. *Euxinus Scythicos.*] Strabo de duobus promontoriis Euxini maris: εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ, τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου. Val. Flaccus IV.

Atque hac Europam curuis anfractibus vrget,

Hac Aſiam, Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.

Phœbum autem facit vnum ex Geminis, vt & Varro in libris rerum ruſticarum, & Ptolemæus.

v.13. *poſt brachia fratris Vltimus.*] Alter ex Geminis eſt Hercules. Mythologi & Varro. Brachia dixit ob χειροδεσμίαν, quod connexis brachiolis pingerentur. Manilius:

His coniuncta manent alterno brachia nexu.

Euxinus igitur ſubiicitur alteri Geminorum Apollini, ἑκατηβόλῳ καὶ τοξότῃ, quia ſcilicet ora Euxini maris in arcum Scythico ſimilem curuatur, auctore, quem modo produximus, Srabone. Et hæc quidem αἰπολογία τοῖργος. Similiter Perſidem vindicat, ob lanificium, quia illi genti longæ veſtes. Et reliquæ nugæ, quarum piget.

v.14. *Vltimus & ſolitus Ganges. colit India Cancrum.*] Vbi eſt Ganges, ibi proculdubio & India. Quomodo igitur Ganges & India diuerſis ſignis attribuuntur? Sane τὸ Ganges eſt infarctum, & in Gemblacenſi verſus eſt ὑπέρμετρος vno pede integro:

Vltimus & ſolidos Ganges & tranſcolit India Cancer.

Tolle *Ganges*, importune huc inſultum. In reliquis videbis veram lectionem minima immutatione:

Vltimus ex ſolido tetrans. Colit India Cancrum.

Euxinus igitur alteri Geminorum: vltima pars reliqui tetrantis ex ſolido datur alteri. Vltimum tetrantem dixit, quomodo Iuriſconſultus primum, ſecundum Edictum, hoc eſt primam, ſecundam partem edicti. Quod igitur in ſubſiciuis illius quadrantis eſt nulli alij ſigno vindicatum, id totum aſſignatur alteri Geminorum. Omnino prima pars τοῦ τεταρτημορίου Arieti, ſecunda

 Tauro,

Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Inde apud Timoclem Comicum iocus de quodam piſcium auido, qui excalfaciebat forum piſcatorium, vt loquitur Auguſtus. Fore enim, ſi ipſe, vt ſolet, omnes piſces deuoret, vt & Lari ipſi, quis piſcis eſca ſunt, euadant Syri, id eſt non amplius piſces vorent:

τοὺς ἰχθυοπώλας οὗτος ἡμῶν ἐκπυρεῖ
ὀψοφάγος, ὥστε τοὺς Λάρους εἶναι Σύρους.

Quod autem Ouidius dixit timidos Syros, non fruſtra dixit, quanquam vulgo parum intelligitur. Timebant enim, ſi piſcibus veſcerentur, ne illis venter, aut aliud membrum intumeſceret. Nam id plane perſuaſum habebant. Menander:

——— παράδειγμα τοὺς Σύρους λαβέ.
ὅταν φάγωσιν ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
αὐτῶν ἀκρασίαν τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσιν. εἶτ' ἔλαβον σακκίον, εἶτ' εἰς τὴν ὁδὸν
ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρου, καὶ τὴν θεὸν
ἐξιλάσαντο, τῷ ταπεινῶσαι σφόδρα.

τὴν θεὸν, hoc eſt Venerem in piſcem mutatam, quam ipſi, vt diximus, Derketo & Dagon vocabant. Itaque placabant eam more patrio in ſterquilinio ſedentes ſacco operti, quod crebrum in ſacris Bibliis. Quare placabant? vt quemadmodum ipſa tumorem membrorum immiſerat, ita tolleret ipſum. quod hic eſt ταπεινῶσαι. Hinc etiam Martialis loco male a Grammaticis concepto lux affulget:

Iuro per Syrios tibi tumores
Iuro per Berecynthios furores.

Nihil enim aliud ſunt Syrij tumores, quam quos deſcribit Menander. Itaque eo quoque alludit Satyra:

Incuſſere Deos inflantes corpora: ———

συρίαν θεὸν eſſe Venerem, quæ in Piſcem mutata fuerit, docet Lucianus proprio ei rei dicato libro.

v. 3. *Anguipedem alatos ungues.*] Falſum alatos vngues habuiſſe: imo ioculare. Gemblacenſis legit *alatis humeris.* Legimus igitur:

Anguipedem alatis humeris Typhona furentem.

Titanes, Gigantes, & Saturnus alatis humeris pingebantur: quod nemo neſcit.

v. 5. *Nec ſolus fuerit.*] Lege; *Nec ſolus fuerit*, vt nos olim, & Gembl. Totum locum ita concipe:

Nec ſolus fuerit geminus ſub Piſcibus ortus.
Frater erit, dulciſve ſoror, materve duorum.

Nec, inquit, ſolus naſcetur, qui Piſcibus orientibus matris aluo educitur. Sed aut gemelli erunt, aut gemellipara. Id eſt: aut qui naſcuntur, erunt gemelli, aut quæ naſcetur gemellos pariet. Vide Ptolemæum libro III, capite περὶ διδυμογόνων. Gemellos autem, aut gemelliparas creant Signa δίσωμα.

v. 7. *Nunc age diuerſis.*] ἰδιοσυγκρισίαι, quæ κατὰ τὸ ἀμιγὲς τῶν ζωδίων ſpectantur, aut particulares ſunt, vt diximus, aut vniuerſales. Nunc de vniuerſalibus: præpoſtero ſane ordine. Non enim ab vniuerſalibus, ad particularia, quod Ptolemæus fecit, ſed contra, a particularibus, ad vniuerſalia progreſſus eſt. Porro huius ſtudij alteram partẽ ἀστρονομικὴν vocari diximus: alteram ποιητικήν. Rurſus huius ποιητικῆς duo mẽbra fecimus. τὸ πρακτικόν, καὶ τὸ ἀποτελεσματικόν. Et vero τὸ πρακτικὸν diſputat, quomodo ſigna ſe habent aut per ſe, aut inter ſe. Per ſe, vt quæ ſunt maſcula, quæ feminea: quæ gemina, quæ duplicia: quæ ſtantia, quæ iacentia. Inter ſe, aut ex configuratione, vt quæ ex trigono, tetragono, hexagono, diametro ſibi reſpondent: aut ex ſimilitudine quadam: vt reſpicientia, audientia: amantia, inimica. Ἀποτελεσματικὴ verſatur circa vniuerſalia, & particularia. Aut enim effectus aſtrorum ſecundum gentes & vrbes ſunt, aut ſecundum hunc, & illum hominem. Sed particularia ſunt ἄτομα. Vniuerſalia vero in particulares cauſſas ſecantur: puta, quod ſignum huic, aut illi regioni præſidet: quo temperamento ſunt gentes, quibus moribus, & ſimilia. Ac ſane illa prius tractari debebunt, quam τὰ εἰδικά. Nam vniuerſalia ἀποτελέσματα validiora, quam particularia. Natura quidem propiora ſunt τὰ καθ' ὅλα. Nobis vero ea propiora videntur, quæ magis μερικά. De qua re vide amplius Ptolemæum libro IV, περὶ χρόνων διαιρέσεως. Secutus eſt igitur ſenſus ſuos Manilius, quum particularia antepoſuit, non ipſam naturam. Itaque ad generales ἰδιοσυγκρισίας nationum καὶ μορφώσεις ea præmittit, ſine quibus illæ explicari non poterunt. Sunt autem ea, quæ ad totius orbis terrarum deſcriptionem pertinent: πλατικῶς tamen, καὶ παχυμερῶς, vt res ipſa docet.

Ibid. *Nunc age.*] Titulus huic capiti in Gemblacenſi, DE PAR-

TIBVS TERRÆ DISTRIBVTIS AD SIGNA. ET DE VNIVERSA TERRA ET MARI.

v.8. *ſed ſumma eſt rerum referenda figura.*] Summa figura rerum, vt ſumma cutis. Sed Gemblacenſis:

——— *ſed ſumma eſt rerum referenda figuris.*

Nihil mutandum. Sic in ſecunda Inſtitutione dixit:

——— *ſummumque colorem*, in eundem ſenſum.

v.10. *Naſcentemque ipſumque diem.*] Andreas Meluinus Scotus eximie doctus ante viginti ſex annos ita legebat:

Naſcentem lapſumque diem. Quod laudamus & ſequimur.

v.13. *Aſper ab axe ruit Boreas.*] Falſum. Nam is oppoſitus Auſtro non eſt βορέας aut Aquilo, ſed ἀπαρκτίας, ſiue Septentrio. Non tamen eſt error Manilij. ſed eſt ἰδιωτισμός. Sic opponuntur τὰ βόρεια τοῖς νοτίοις καταχρηστικῶς.

v.14. *Zephyruſque profundum.*] Profundum Solem pro occaſu dici ſemper miratus ſum. Gemblacenſis ſatisfecit. Is habet: *Zephyruſque profectum.* Arabes etiam dicunt Solem profectum pro occaſo. غارب & Græci ἀπερχόμενον ἥλιον ἀντὶ τοῦ δύνοντος. vnde Crates ita legebat apud Homerum:

οἱ μὲν ἀπερχομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

v.17. *Ipſa notat Tellus.*] Legebamus olim *natat*, haud abſurda ſententia. Terram enim in medio Oceani magni nauigij inſtar vectari & agitari veterum quoſdam ſcripſiſſe & memineram, & alibi annotaueram. Sed alio vocat nos Gemblacenſis, qui habet: *Ipſa vacat Tellus:* longe melius. Ipſa tellus nuda eſt & extans in medio Oceani.

v.18. *Cingentis medium.*] Neoptolemus Parianus ἐν τριχθονίᾳ.

ὠκεανὸς, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.
οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπείρεσιον κέχυται, τό μιν οὔτι μιαίνει.

v.26. *Italiæque vrbes dextram ſinuantis in vndam.*] Sinuare non legitur abſolute. Sed Manilius ſcripſit *inſinuantis*. Nam inſinuat in dextram vndam, id eſt partes Africæ, qua Calabria excurrit in pelagus. *dextram vndam*, pelagus Africum: Supra:

——— *qui veſpere ab atro* *Admiſſus dextra*, ———.

v.29. *Et natat Ionio.*] Gemblacenſis: *Enatat*, vt etiam nos olim:

Ac vbi ſe primum porta mare fudit ab illa,

Enatat

Enatat Ionio, laxaſque vagatur in vndas.

Enatat, exſpatiatur libere.

v.30. *Et prius in læuas effundens.*] *Et prius in læua ſe fundens.* Ita etiam Gemblac.

v.32. *ſecat æquore velum.*] Lege: —*ſecat æquore læuum Illyrium* Similem mendam olim in Tibullo ſuſtulimus:

——— *Permiſit læua miniſtro.* Nos: *permiſit vela miniſtro.* Gemblacenſis habet: ———*ſecat æquore bellum.* Nihil aliud eſt quam *bellum* pro *lebum*,& *lebum* pro *leuum*, id eſt *læuum*.

v.33. *claramque Corinthon.*] Non ad Corinthum, quæ ab vtraque Iſthmi ora ſexagenis diſtat ſtadiis, ſed ad Lechæum, qui eſt portus Corinthi occidentalibus negotiationibus, vt Cenchreæ eſt altera parte orientalibus. Lechæum etiam celebre ludis trietericis, quæ Iſthmia dicta. In VII libro Thebaidos Lycæo perperam editum, pro Lechæo:

Nec ſua pinifero magis adnatet vmbra Lycæo.

De Palæmonis manibus & eius trieteride ſermo eſt.

Pag 99. v.1. *patulas circumuolat oras.*] Sane nullus poeta dixit mare circumuolare terram, ſed circumluere. Malim igitur *circumluit.*

v.5. *Traditur inuiſum.*] Lego: *merſæq. puellæ Truditur inuitum.*— Sed & Gemblacenſis habet diſerte *Truditur.* Neque multum laborandum fuit ad hæc diuinanda. Sed & textus Bonincontrij habet *inuitum*, vt nos olim emendauimus.

v.6. *Euxino iungi.*] *iungit.*

v.8. *Inde vbi in anguſtas iterum ſe nauita partes.*] *nauita fauces.* Gemblacenſis.

v.12. *arcumque minantem*] Duos arcus faciunt οἱ [illegible]: alterum in ora Paphlagoniæ ad Colchida: alterum, de quo hic ſermo, ad ſinum Iſſicum.

v.14. *Ingentique ſinu fulgentes æquore.*] Nos olim:

Ingentique ſinu fugientes æquora terras. Ita etiam Gemb.

v.16. *Niliacis verum.*] Lege: *iterum morientia.* Et ita Gembl.

v.17. *Hæc medium terris.*] hoc eſt mediterraneum. Omnino hæc diuiſio eſt ab Eratoſthene, ducta linea a freto Gaditano, ad ſinum Iſſicum, quam lineam continuat cum monte Tauro. Quare quicquid citra Taurum, & lineam Boream verſus, μέρος βόρειον, quod vltra in auſtrum, μέρος νότιον vocauit.

v. 18. *conſtringit harenis.*] Lege *habenis.* Sæpe apud auctores hæc mutantur *harenis, habenis.* Vera lectio hæc.

v. 20. *Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.*] Inde ἰχνοῦσα dicta, & σανδαλιῶτις. Salluſtius hiſtoria ſecunda: *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in occidentem, quam in orientem latior.* Silius XII:

Inſulæ fluctiſono circumuallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Grais memorata colonis.

In vulgatis editionibus male: *ſub margine plantæ.*

v. 24. *Pulſatur Cypros Ægyptia.*] Non fruſtra de vitio ſuſpectus nobis olim locus iſte. Gemb. *Ægyptia Cypros pulſatur.* Lege:

Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.

v. 26. *Totque minora ſolo.*] Deeſſe verſum ante hunc & pueri fatebuntur, nedū doctiores, qui in hanc ſententiā concipiendus videtur: Quid loquar tot vrbes? Qui hoc negarit, ineptiſſime negarit.

v. 29. *primaque intrantis in orbem.*] Lege: —*primamque intrantis.*

v. 30. *& Balearica regna.*] Gembl. *Balearica rura.*

v. 32. *ſibi parte recluſus Faucibus abruptis orbem.*] Lege:

Nec tantum ex vna Pontus ſibi parte recluſis
Faucibus abrupit orbem. ———

Pag. 100. v. 1. *Impulit Oceano potius.*] Sane legendum:

Impulit Oceano Pontus. — Eſt elegans repetitio τοῦ *Pontus.*

v. 3. *Nanque inter Boream pontumque æſtate nitentem.*] Merito hanc lectionem olim improbauimus. Gemblacenſis recte:

Namque inter Borean ortumque æſtate nitentem,
In longum anguſto penetrabilis æquore fluctus *Peruenit.*—

Ortum æſtate nitentem: Ortum æſtiuum. Sane Caſpium eſt inter Borean & ortum æſtiuum.

v. 4. *Penetrabilis æquore fluctus.*] Sequitur Clitarchum auctorem, qui ex Scythico mari Caſpium erumpere ait, vt Perſicum & Arabicum ex Oceano auſtrali. Idem ſentit Strabo lib. 11. At vetuſtiſſimus ſcriptor Herodotus & ſciuit, & teſtatus eſt eſſe inſtar lacus, neque aliunde fluere, ſed ſuis litoribus circūſcriptum eſſe.

v. 6. *Caſpiaque exigui.*] Recte. Nam comparatione mediterranei eſt exiguum. Sed Gemblacenſis lectio anteferenda *Euxini.* Inſtar Euxini eſſe ait. Imo Clitarchus dixit eſſe non minus Euxino mari,

no mari, & fauces efficere inſtar Cimmerij Boſphori, & dilatari, inſtar Mæotidos paludis. Quare merito Manilius dixit eſſe inſtar Euxini ponti.

v.9. *Arua tenent.*] *tenet.*

v.10. *Quæ regit ipſe.*] *Quæ rigat.* Sed & Gemblacenſis habet *regat*, veſtigium veri.

v.13. *Leniter adfundit geminantia.*] *gemmantia* Gemblacenſis, vt nos olim.

v.14. *Et terræ mare nomen habet*] Diſtingue:

Et terræ mare nomen habet. media illa duobus.

Illa, hoc eſt, Arabia media eſt duobus ſinubus, Perſico & Arabico, de quibus iam loquebatur. Ergo *illa*, hoc eſt terra ferens delitias, & nouos odores variæ radicis.

v.15. *Quondam Carthago.*] Deeſt verſus ante hunc, qui continebat nomen Libyæ. Manifeſta eſt lacuna. Bonincontrius dicit Carthaginem eſſe mediam inter mare mediterraneum, & Indicum. Propinqua ſane loca, qui vna Carthagine diſiungantur. Tam vicina eſſe putauit Indum mare, & Mediterraneum. Acute. Non carebit tamen ſectatoribus, neque admiratoribus.

v.18. *Fecit & æternis.*] Lege ex auctoritate Gemblacenſis:

Fecit & æternam Trebiam, Cannaſque ſepulcris
Obruit, & Libyan Italas infudit in vrbes.

Æternauit Trebiam clade.

v.20. *Hic varias.*] *Huic varias.*

v.25. *parit horrida bella.*] Legendum vel: —— *horrida tellus:* vel *bello.* Quis non videt vitioſam eſſe lectionem vulgatam?

v.26. *Et portentoſos Cyclopum ludit in ortus.*] Itane Africa mater Cyclopum, quæ homines veſcos, & ſiccos producit, quæ, vt ipſe Manilius dicit, ſuo puluere exiccat populos? Sane neque Cyclopas & immania corpora parere, eſt ludere. (Hoc enim maius eſt, quam ludere.) neque Africa vllos vnquam Cyclopas tulit, ſed angues, ſcorpiones, & feras, de quibus omnibus iam dixit. Gembl. non *Cyclopum*, ſed *Cecropum* habet, pro *Cercopum*:

Et portentoſos Cercopum ludit in ortus.

Cercopes ſunt ſimiarum genus omnium turpiſſimarum. Cercopas homines fraudulentos in Simias conuerſos Pithecuſis inſulæ nomen dediſſe habes apud Ouidium, item Euſtathium ὀδυσ. τ. Non ſolum, inquit, ſæuit Libya gignendo feras noxias

& ſerpentes, ſed etiam ludit producendo ridicula animalium portenta Cercopas. Apud Feſtum quoque poteſt legi: *Cercops, genus ſimiarum.* & verum eſt, vt & vera lectio Maniliana, quam repoſuimus. In Gloſſis legitur nomen mihi ignarum: κέρκωψ ζῶον, *Haſder.* Nam conſtat eſſe ζῶον, & quidem Simiam. Sane Cyclops verus erat, qui illum egregium locum contaminauerat. Quod ſi poetæ finxiſſent etiam in Libya Cyclopas naſci: tamen non de fabulis, ſed de natura hic ſermo eſt.

v. 27. *Ac ſterili peior ſiccas infeſtat harenas.*] Habitatur quidem, ſed inæqualiter propter illas harenas, & Syrtes, quibus habitationes Africæ tanquam inſulæ mari, cinguntur. Ideo Africam ἐοικυῖαν παρδάλει ſcribit Strabo. κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ· καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις ΑΥΑΣΕΙΣ οἱ Αἰγύπτιοι. Αὐάσεις autem &, quod idem eſt, ὀάσεις Ægyptij vocabant loca habitabilia deſertis vndique obſeſſa. Cicero eiuſcemodi habitationes maculas vocat, lib. VI de Republ. quomodo Africa πάρδαλις dicitur, quia illis habitationibus diſtincta, tanquam id animal maculis ſuis genuinis.

Pag. 101. v 2. *Ac tantum Scythicas dirimentes.*] Non poteſt eſſe locus mendoſior. Lege:

Totque illum circa diuiſa nomine gentes
Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus vrbes.

Etiam Gemblacenſis habet *dirimentem.*

v. *. *Æquora & extremum.*] Non eſt Manilij, ſed alicuius eorum Cercopum, de quibus paulo ante egit. Putabat ſciolus ille auctor illius verſiculi imperfectam eſſe orationem, quia dictum *aſpera Ponti.*

v. 4. *His Aſia metam,*] Gemblac. *Hanc Aſiæ.*

v. *. *Pondere paſſa ſuo.*] Et hic quoque verſus non eſt, niſi Cercopis alicuius, & cuius niſi eiuſdem, qui ſuperiorem infarſerat? Nam & hic quoque putauit imperfectam eſſe orationem. Putauit, inquam, τὸ *reſoluit* ſuſpenſum eſſe, niſi adderetur nomen in ſexto caſu. At reſoluere pondere quis vnquam Latine ſciens dixerit? Quid denique volunt illa σολοικίζοντα, *ſigni oneriſque iuuauit.* Editio Lugdunenſis agnoſcit Barbariſmum quidem: ſed pro eo ſuppoſuit *iuuamen* non meliori ſententia, neque emendatiore locutione. At bene Manilio dictum, *reſoluit taurum*, hoc eſt, Iouem exuit taurina forma: quemadmodum in

prima inſtitutione Taurus indutus Iouem dicebatur. Non eſt curæ ſuis notas verſibus ſpuriis apponere, non cuiuſuis agnoſcere.

v. 8. *Et monumenta ſub hoc.*] Longe melius Gemblacenſis :

Et monumenta ſui titulo ſacrauit amoris.

Poſt hunc verſum retrahe illum :

Princeps illa domus Troiani maxima belli.

Quæ eſt egregia reſtitutio. Europæ, inquit, princeps ac primaria Græcia.

v. 9. *Princeps illa domus.*] Regionum Europæ princeps Græcia. Dextra Europæ Græcia, ſiniſtra Thracia, cui ſuccedit Germania, hoc eſt, ea vaſtiſſima regio, quam Κελτῶν nomine comprehendebant Græci. Deinde Gallia, tum Hiſpania, poſtremo Italia. Hunc ordinem ſequitur noſter.

v. 11. *Vrbibus in regnum.*] Locus hic inſigniter perturbatus eſt, quem, vt melius concipias, ordine totum ponam :

Princeps illa domus Troiani Græcia belli.
Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Vrbibus. in regnum florentes oris Athenæ:
Sparta manu, Thebæ diuis, & rege vel vno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Threce Martem ſortita colonum,
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus:
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma: quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cæloque adiungitur ipſa.

Florida oratio, & de qua ſententiam ferre, non eſt plebei ingenij.

Ibid. *in regnum florentes oris.*] Regnum oris, & linguæ pro eodem vſurpat. Supra:

Illa decus linguæ faciet regnumque loquendi.

Tragicus dixit λόγος τύραννος. Pacuuius vertit : *Regina omnium rerum oratio.*

v. 12. *Thebas diuiſit rege vel vno*] Succeſſit bene correctio, niſi fallor: — *Thebæ diuis, & rege vel vno Theſſalia Epiruſque potens.* — Thebarum vrbs Deorum nutricula Bacchi, & Melicertæ, & Herculis: Theſſalia magnorum Regum, Achillis, & regum Macedoniæ. Quorum vel vnus ſatis erat illuſtrandæ Theſſaliæ Achilles, Macedoniæ Alexander magnus. Epirus Pyrrhum Alexandrum cognomine Epiroten, & alios tulit.

Ibid. *Thebæ diuis & rege vel vno.*] Sophocles apud Dicæarchum ἐν ἰλιάδ@ ἀναγραφῇ.

Θήβας λέγεις μοὶ τὰς πύλας δ᾽ ἑπτασόμας,

οὗ δὴ μόναι τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεούς.

Quæ plane Manilium interpretantur.

v. 14. *vicinaque ripis Illyris.*] Aliquis poeta Tragicus dixiſſet:

——— Ἰλλυρὶς παράκτια.

v. 15. *Eſt ſtupefacta.*] *Et ſtupefacta.*

v. 16. *Gallia pratenſis Italia maxima bellis.*] Plane integer eſt apud Gemblacenſem:

Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli.

Ibid. *Gallia per cenſus.*] Gallia diues, vt Hiſpania bellicoſa. Gallia per cenſus nobilis, Hiſpania belli laude. Infra:

——— *& quod fert Gallia diues.* Poetæ ὀλβόδωρον.

Ibid. *Hiſpania maxima belli.*] Sic Gemblacenſis. Etiam nos olim pro *Italia*, diuinauimus legendum Hiſpania. *Maxima belli*, ἰνδυνισμός.

v. 17. *Italia in ſummam.*] *In ſumma.*

v. 19. *Hic erit in fines.*] *Hoc* legebat Gemblacenſis. Sed alia manu eraſum, & *Hos* ſuper ſcriptum, vt & nos olim emendabamus.

v. 23. *In quibus efferrent præſtantes.*] Gemblac. *aſſererent.* Sed puto Manilium ſcripſiſſe *exſererent.*

v. 24. *Ac velut humana eſt.*] Longum hyperbaton ad illud:

Sic alias aliud terras ſibi vindicat aſtrum.

v. 25. *Et quanquam.*] Lege: *Vt tanquam.* Platice enim omnia ſigna in totum corpus humanum exercent imperium, & partiliter aliud alij membro. Supra in prima Inſtitutione τῆς μελοθεσίας ſatis dixit: quæ tamen hic neceſſario repetuntur: quia vt corporis humani, ſic orbis terrarum quædam quaſi μελοθεσία eſt, & ſignorum tutelæ. Sed ſi ἀναλογίαν ſeruare volebat, oportebat prius orbem terrarum in membra tanquam humana tribuere, vt eius eſſet μελοθεσία quædam: & ſecundum illam τὰ ζώδια ſuis membris redderentur. Puta ſi India, verbi gratia, eſſet caput orbis, ei attribueretur Aries: Si Arabia, aut quæcunque alia regio eſſent brachia, Geminis ſubiicerentur. Eodem modo Minerua Indiæ, Apollo Arabiæ eſſet tutela. Ita enim eſſet quædam ratio. Nam τὰ δώδεκα ζώδια Ægyptij θεοὺς βουλαίους vocarunt, qui ſimpliciter

dicuntur

dicuntur Græcis δώδεκα θεοὶ, ſuntque ij, quos diſticho cóprehendit Ennius, vt habes in iis, quæ in librum ſecundum notauimus. Atque vt duodecim Zodia θεοὺς βουληφόρους, ita & Planetas ῥαβδοφόρους, quaſi apparitores magiſtratuum duodecim appellabant. Sed a Manilio nulla hic Analogia, nulla Mundi μελοθεσία obſeruata, vt infra dicetur.

v. 31. *Et femur Arcitenens.*] *Et femina.* Gemblacenſis.

Pag. 102. v. 1. *Iccirco in varias.*] Tranſitus ad ἰδιοτροπίας τῶν ἐθνῶν luculente, vt ſolet.

v. 6. *Gallia vicino nimis eſt.*] Gemblacenſis, *minus eſt.*

Gallia vicino minus eſt infecta rubore.

Minus torrida eſt Solis rubore vicino, id eſt, quia vicinus minus eſt ſol Galliæ, quam Hiſpaniæ, propterea Galli Hiſpani ſicciores, atque ideo aſperiores. Contra οἱ Κελτοὶ ὑγρότεροι.

v. 8. *Martia Romanis orbis.*] Nihil muto. Indicabo lectionem ſcriptam in Gemblacenſi: *Martia Romanas vrbes pater induit ora,* eodem ſenſu. Nam Romanæ vrbes Italia. Sic ſupra Italiæ vrbes dixit, & Schythicas vrbes, pro Italia, & Scythia. Græcorum poetarum eſt ἄστεα κελτῶν, id eſt κελτοί.

v. 9. *Gradiuumque ſuum.*] recte. Sed Gemblacenſis: *Gradiuumque genus.* male.

v. 10. *Gymnaſium præfert.*] Coloratos innuit, propter cutem aſſo Sole, & gymnaſtico ceromate coctam. Propterea Chromatarios, ſiue colorarios palæſtritas vocat Iuuenalis vetus Scholiaſtes. Quin Græci hunc colorem affectabant per ipſos Chromatarios. Et Lacedæmonum lex fuit: μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν. Ælian. Ποικίλ. ιδ. ζ. Alioquin & Græci ſunt ſubfuſci. Is color Ptolemæo & Theocrito dicitur μελίχροος.

v. 13. *Æthiopes maculant orbem.*] Emendabo ex Gemblacenſi:

Æthiopes maculant orbem, tenebriſque figurant
Perfuſas hominum gentes. minus India toſtis Progenerat —

Ita Gembl. ita ratio poſtulat. ea eſt elegantia.

Ibid. *Æthiopes maculant orbem.*] Maculare etiam vulgo in Gallia dicimus *bigarrer*, vt Ibridas dicimus eſſe maculatos, id eſt ex differentibus parentibus natos. Lucanus libro VII.

Hannibal, obliquo maculat qui ſanguine regnum,
Et Numidas contingit auos. ———

quaſi diſcolor eſſet genus Hannibalis. Eo modo igitur hic Æthiopes di-

pes dicuntur diſcolorem orbem terrarum facere. Et poeta Tragicus Æthiopiam vocat *μελάμβροτον*. Et in Sphæra mundi in eum ſenſum dixit: *nigras ſuperuolat vrbes*. Et Zona, ſub qua habitant. Zonæ in figuris terræ, fuſcæ, aut rutilæ pingebantur, vt ex Leontio nouimus. Eratoſthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ:

> πέντε δὲ οἱ ζῶναι περιηλάδες ἐσπείρωντο,
> αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
> ἡ δὲ μία ψαφαρή τε, καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
> ἡ μὲν ἔην μεσάτη. ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρὸ
> τυπτομένη φλογμοῖσιν. ἐπεί ῥα ἑ μοῖραν ὑπ᾽ αὐτὴν
> κεκλιμέναι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
> αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοις περιπεπηγυῖαι
> αἰεὶ φρικαλέαι, αἰέθ᾽ ὕδατι νοσέουσι.
> οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν κρύσταλλος
> κεῖ γαῖαν ἀμπέχει. περίψυκτος δὲ τέτυκτο.
> ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι.
> δοιαὶ δ᾽ ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι
> μεσσηγὺς θέρεός τε, καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
> ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδίσκουσαι
> καρπὸν Ἐλευσίνης Δημητέρος. ἐν δέ μιν ἄνδρες
> ἀντίποδες ναίουσι ——

Atque hæc quidem Eratoſthenes de Zonarum coloribus: quarum Zonarum auctorem eſſe Parmeniden ſcripſit Poſidonius.

v.13. —*tenebriſque figurant Perfuſas hominum gentes.*—] Sic infra: *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*

v.15. *Perfuſas tenebris gentes.*] Nam inde dicuntur *αἰθίοπες*.

Ibid. *minus India toſtas.*] Gemblacenſis elegantiſſime: ——*minus India toſtis Progenerat.*— India progenerat homines nou toſtos, vt Æthiopas, ſed minus toſtis. Hunc colorem Galli & Itali Oliuaſtrum vocant, medium quidem inter fuſcum, qualis eſt Hiſpanorum & Afrorum, & toſtum, qualis Æthiopum. Ideo ſubiicit: ——*mediumque facit moderata tenorem.*

v.18. *Pœnus.*] Pœnus *ζωμαλοχικῶς* pro Pœnorum regione, hoc eſt, Africa. Ouidius:

Cretes nutrito terra ſuperba Ioue. id eſt Creta.

Ibid. *Pœnus arenoſis Afrorum puluere terris.*] Eodem modo loquitur Val. Flaccus:

——*Solymo nigrantem puluere fratrem.*

Non

Non puluis tamen regionis,ſed afflatus Solis inficit corpora. Eſt autem metaphora a puluere palæſtrico.

v.19. *& Mauritania nomen*] Nam μαυρὺς Græci ab eo dixerunt. Itaque μαυρίτης, Maurità Græca inflexione. Latina Mauritanus: Mauricatim extulit Laberius: μαυρισί. Sed potius μαυρέσιοι dicuntur, vt ἀμαθέσιοι ῥαμνίσιοι. Videtur igitur nomen loci μαυρόεις ſeu μαυροῦς, vt ἀμαθόεις, ἀμαθοῦς, ῥαμνόεις, ῥαμνοῦς, ὀπόεις, ὀποῦς: μαλόεις, μαλοῦς.

v.22. *Et mores pro ſorte pares.*] τὰ ἔθνη καὶ τὰ νόμιμα τυπικά Ptolemæus ſuper eadem re. Dicitur & ἰδιοτροπία. Demophilus: ἡ σωματικὴ ἰδιοτροπία ἡ καθ᾽ ὅλα τὰ ἔθνη, ἐστιν ἰδέα τις ἡ ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχουσα, καθ᾽ ἣν τῶν μὲν ζωδίων τὰ μὲν χρώματα, τὰ δ᾽ ἔνδεια; &c.

v.30. *Et duplici clauſos elephantas carcere terræ.*] In Aſia ſcilicet & Africa: nam in Europa nulli.

v.32. *Et certis deſcripta nitent rationibus aſtra.*] Scribe *regionibus*. Error a veteri ſcriptura *recionibus*. Nam τῆς χωρογραφικῆς hic innui fidem fecerit τὸ καθόλου τῆς κοσμογραφικῆς, quod præmiſit: cuius pars χωρογραφία.

v.33. *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*] Sic ſupra dixit: *tenebris perfuſas gentes.*

Pag.103. v.1. *Laniger in medio.*] Conſtat ſignis alias tutelas regionum a Manilio, alias a Ptolemæo, alias ab Hipparcho aſſignari. Arieti Ægyptij Babyloniam, Arabiam Ægypto conterminam: Ptolemæus Britanniam, Galliam, Germaniam, Baſterniam, Palæſtinam ſubiicit. Hipparchus τοῦ κριοῦ τοῦ δεξιοῦ ὤμου Thraciam, τοῦ εὐωνύμου Babyloniam, τοῦ στήθους Armeniam, τῆς πλευρᾶς Arabiam Ægypto confinem, τῇ ῥάχει καὶ τοῦ νώτου Perſida, Cappadociam, Meſopotamiam, Syriam, rubrum mare, &c. Manilij abſurda & ſuperſtitioſa plane αἰτιολογία. Arietem Propontidi & Helleſponto præficit,quia a Poetis Helleſpontum tranaſſe fingitur: Phrygiæ Leonem, propter magnam matrem Deum, cui ſacer ſit: Babyloniæ Piſces, propter Typhonem & Venerem. Nam illius fabulæ ſcena in ea regione ponitur. Item alia propter alias cauſſas, quæ quamuis omnino fabuloſæ non ſunt, tamen rationes, quæ poſſunt aſſignari, plus quam fabuloſæ: quales illæ, Arietem rurſus Perſidi præeſſe, quia ea gens lanitij, & veſtificij ſtudioſa: Libram Italiæ, quia Romani vnicuique genti æquum tribuunt: item Scorpion Libyæ, propter animalia venenata, quorum Africa feraciſſima: Sagittarium Cretæ, quia

Cretes poriti iaculatores: Capricornum toti Occidenti, & Oceano, quia oræ Oceani occidui nunc accedente æſtu cooperiuntur; nunc recedente denudantur. Ita eas regiones ambiguas inter mare, & terram eſſe, quemadmodum Capricornus ſignum eſt ambiguum maris & terræ. Pat ſuperſtitio, quum Aquarium oris maritimis præficit, propter aquam, quam ex vrna dicitur proiicere. Quæ omnia manifeſto magnum otium illis ad nugandum ſuperfuiſſe teſtantur. Ita Manilius. Ptolemæi ingenioſius commentum, & tamen commentum, nihil aliud, vt alia omnia huius ματαιοτεχνίας. Sed quemadmodum Ptolemæus τὴν οἰκουμένην diuidit in quatuor tetrantes, ita etiam Manilius, ſed diuerſo inſtituto. Ptolemæus per trigona ſigna diſtribuit regiones: Manilius per conſequentiam Signorum. Primus igitur tetrans Manilio comprehendit Helleſpontum, Propontida, Euxinum, Scythiam, Aſiam, Perſida, Arabiam, Ægyptum: quarum Arieti attribuitur Helleſpontus, Propontis, Syria, Perſis, Ægyptus: Tauro Scythia, Aſia, Arabia: Geminis, Euxinus Pontus. Secundus tetrans continet Macedoniam, Bithyniam, Phrygiam, Cappadociam, Armeniam, Rhodon, Ioniam, Dorida, Cariam, Indiam, Æthiopiam: Cancro dantur India, Æthiopia: Leoni Phrygia, Cappadocia, Armenia, Bithynia, Macedonia: Virgini Rhodos, Ionia, Doris, Caria. Tertius tetrans continet Italiam, Sardiniam, magnam Græciam, Inſulas, Cretam, Siciliam, Africam prouinciam, vbi Carthago, Libyam, Cyrenaicam: Libræ Italia attribuitur: Scorpio Africa prouincia, Libya, Cyrenaica, Sardinia, Inſulæ, magna Græcia: Sagittario Creta, Sicilia, atque iterum Italia inepte. Quartus & vltimus tetrans complectitur totum Occidentem, Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Leptitanam, Africam prouinciam, iterum inepte, Ciciliam, Babyloniam, Bactrianam, Perſicum ſinum. Quæ ſunt ſcopæ diſſolutæ. Seruat tamen ordinem quendam horum tetrantum, ſiue Tetartemoriorum. Melius feciſſet, ſi μελοθεσίαν Mundi prius conſtituiſſet, & ſingulis membris ſingula Zodia & tutelas Deorum aſſignaſſet, vt ſupra notauimus.

v. 2. *Cancrum inter.*] Non leue mendum, neque cuiuis manifeſtum, nedum emendandum. Vera lectio:

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo
Caurum inter gelidum. —

Adſerit

Adſerit in vires pontum.] intellige Helleſpontum. Hic non excuſamus audaciam Bonincontrij qui textum hunc ita deprauauit:

Cancrum inter gelidum per tempora vertitur axis.

v. 10. *Taurus habet Schyticos.*] Vides hunc conflatum ex ſequentibus. Gemblacenſis hunc retinet, ſequentem non habet, præpoſtere.

v. 12. *Euxinus Scythicos.*] Strabo de duobus promontoriis Euxini maris: εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ, τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου. Val. Flaccus IV.

Atque hac Europam curuis anfractibus vrget,
Hac Aſiam, Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.

Phœbum autem facit vnum ex Geminis, vt & Varro in libris rerum ruſticarum, & Ptolemæus.

v. 13. *poſt brachia fratris Vltimus.*] Alter ex Geminis eſt Hercules. Mythologi & Varro. Brachia dixit ob χειροδεξίαν, quod connexis brachiolis pingerentur. Manilius:

His coniuncta manent alterno brachia nexu.

Euxinus igitur ſubiicitur alteri Geminorum Apollini, ἑκατηβόλῳ καὶ τοξότῃ, quia ſcilicet ora Euxini maris in arcum Scythico ſimilem curuatur, auctore, quem modo produximus, Srabone. Et hæc quidem αἰπολογία ϖεῖδγος. Similiter Perſidem vindicat, ob lanificium, quia illi genti longæ veſtes. Et reliquæ nugæ, quarum piget.

v. 14. *Vltimus & ſolitus Ganges. colit India Cancrum.*] Vbi eſt Ganges, ibi proculdubio & India. Quomodo igitur Ganges & India diuerſis ſignis attribuuntur? Sane τὸ Ganges eſt infarctum, & in Gemblacenſi verſus eſt ὑπέρμετρος vno pede integro:

Vltimus & ſolidos Ganges & tranſcolit India Cancer.

Tolle *Ganges*, importune huc inſultum. In reliquis videbis veram lectionem minima immutatione:

Vltimus ex ſolido tetrans. Colit India Cancrum.

Euxinus igitur alteri Geminorum: vltima pars reliqui tetrantis ex ſolido datur alteri. Vltimum tetrantem dixit, quomodo Iuriſconſultus primum, ſecundum Edictum, hoc eſt primam, ſecundam partem edicti. Quod igitur in ſubſiciuis illius quadrantis eſt nulli alij ſigno vindicatum, id totum aſſignatur alteri Geminorum. Omnino prima pars τοῦ τεταρτημορίου Arieti, ſecunda

Tauro, tertia Geminis, cuius pars alteri Geminorum, pars reliqua ex ſolido alteri datur. Et ſane Euxinus & Clima ſextum Geminis ſubiicit Firmicus libro primo.

Ibid. *vltimus ex ſolido tetrans.*] τὸ λοιπὸν τὸ τεταρτημόριον ὁλόκληρον. Nam Tetrans τεταρτημόριον. Vitruuio vox Sicula, vt in libello de re nummaria oſtendimus. In hac felici reſtitutione Gemblacenſis fuit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Ab Hipparcho autem, vt puto, habet illos tetrantes, qui & cælum, & terram in quatuor tetrantes diuiſit, vt oſtenderet cui tetranti terræ quis cæli tetrans imperaret. Strabo de Hipparcho: ἀνέγραψε γὰρ, ὥς αὐτός φησι, τὰς γινομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίῳ τεταγμένων.

v. 18. *Cappadocum Armeniæque.*] Interpunge.— *regnique ferocis*
Cappadocum, Armeniæque. Iugis Bithynia diues
Te colit. ———

v. 19. *& Macedum tellus.*] Placet lectio textus Bonincontrij *Macetum*. Non enim eſt commentum Bonincontrij. Vide Lectiones Auſonianas. Certe quotieſcunque in poetis legitur *Macedum*, ego non dubitem *Macetum* reponere. Nam veteres libri habent Macetum.

v. 21. *Et Rhodos.*] Scribe: *Es Rhodos.*

Ibid. *hoſpitium recturi principis orbem.*] Tiberij. Adulatorium. Iam enim conſtabat ſucceſſurum Auguſto. Nam quarto anno ante deceſſum Auguſti hæc ſcribebat noſter. Notus vero Tiberij ſeceſſus vel potius voluntarium exilium Rhodi:

Non es eques. quare? non ſunt tibi millia centum.
Omnia ſi quæras, & Rhodos exilium eſt.

Apollonidæ Poetæ:

ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
ὁ πρὶν Κηκροπίδαις αἰετὸς ἱστορέειν,
ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς
ἤλυθον, ἡνίκα νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
κείνου δ' αὐλίζων ἐνὶ δώμασι χειρὶ Ζ...ης
κρέντορος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

De Aquila, cuius hoc luculentum & acutiſſimum poematium meminit, habes apud Suetonium.

Ibid. *recturi principis.*] Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον modo dicebat Apollonides Poeta. Ouidius de Auguſto.

—*prolem*

—— prolem ſanctam de coniuge natam
Ferre ſimul nomenque ſuum curaſque iubebit.

v.26. *Quod potius regat Italiam.*] Gemblacenſis habebat *celat Italiam*. & ita videtur. Nam τὸ *regit* eſt in ſequenti verſiculo. Nihil tamen muto. Nam eleganter dictum, Quod aſtrum reget Italiam, niſi id quod regit omnia.

v.28. *Deſignat ſummas.*] Sic ſupra:

—— & nomina ſummis Impoſuit.

v.29. *cedunt quo noxque dieſque.*] Optime Gemblacenſis: *coeunt quo noxque dieſque*. id eſt, quo fit æquinoctium.

Pag. 104. v.1. *Qua genitus cum fratre.*] L. Tarrutius Firmanus Mathematicus conſultus a Varrone, conceptum pronunciauit anno primo Olympiadis ſecundæ, hora tertia, xxiii die menſis Choiac, id eſt xix Decembris. Intellige Choiac Actiacum, ſiquidem fingas ſemper Thoth fixum fuiſſe in xxix Auguſti. Præterea idem L. Tarrutius dixit fuiſſe ἡλίου παντελῆ ἔκλειψιν, quod tam falſum, quam verum eſt fuiſſe proxime coniunctionem luminarium. Denique τὴν ἐμφανῆ γένεσιν, quam Ptolemæus vocat πρόοδον, καὶ ἐκτροπὴν, xxi die Thoth, Sole oriente ſiue xviii Septembris. Conceptus igitur anno mundi 3179. Cuius Zygonos character 1.21.49. Kal. Octobris, cyclo Solis 22. Lunæ 9, anno periodi Iulianæ 3942. Proinde Toxonis neomenia fuit feria quinta, Nouembris triceſima. Ergo Romulus cum fratre cōceptus Toxonos viceſima, penultima Caſleu anni Iudaici 2990, quum ſequentis Tebeth neomenia, cuius character 3.8.240, inciderit in noctem quæ ſequuta eſt xx Decembris. Rurſus neomenia Parthenonos eiuſdem anni fuit feria ſexta, Auguſti vltima. Ergo editus in lucem xxi Parthenonos. In Virgine igitur, non Libra in lucem editi Remus & Romulus. Recte vero diſtantia ſeruata eſt τῆς σπορᾶς καὶ τῆς ἐκτροπῆς, dies 273. Tot enim ſunt, a xxiii Choiac, ad xxi Thoth.

Ibid. *Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit Vrbem*] δεικτικῶς dictum. Scribebat enim hæc Romæ. Romam vero ante Romulum conditam volunt multi. Vide Solinum. Iunius Philargyrus: *Roma & ante Romulum fuit, & ab ea ſibi Romulum nomen adquiſiuiſſe Marianus Lupercaliorum poeta ſic oſtendit:*

*Sed de Flauo & Cano * ita*
Roma Æſculapi filia
Nouum nomen Latio facit:

Quod

TIBVS TERRÆ DISTRIBVTIS AD SIGNA. ET DE VNIVERSA TERRA ET MARI.

v.8. *ſed ſumma eſt rerum referenda figura.*] Summa figura rerum, vt ſumma cutis. Sed Gemblacenſis :

——— *ſed ſumma eſt rerum referenda figuris.*

Nihil mutandum. Sic in ſecunda Inſtitutione dixit:

——— *ſummumque colorem*, in eundem ſenſum.

v.10. *Naſcentemque ipſumque diem.*] Andreas Meluinus Scotus eximie doctus ante viginti ſex annos ita legebat:

Naſcentem lapſumque diem. Quod laudamus & ſequimur.

v.13. *Aſper ab axe ruit Boreas.*] Falſum. Nam is oppoſitus Auſtro non eſt βορέας aut Aquilo, ſed ἀπαρκτίας, ſiue Septentrio. Non tamen eſt error Manilij. ſed eſt ἰδιωτισμός. Sic opponuntur τὰ βόρεια τοῖς νοτίοις καταχρηστικῶς.

v.14. *Zephyruſque profundum.*] Profundum Solem pro occaſu dici ſemper miratus ſum. Gemblacenſis ſatisfecit. Is habet: *Zephyruſque profectum.* Arabes etiam dicunt Solem profectum pro occaſo. غارب & Græci ἀπερχόμενον ἥλιον ἀντὶ τοῦ δύνοντος. vnde Crates ita legebat apud Homerum :

οἱ μὲν ἀπερχομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

v.17. *Ipſa notat Tellus.*] Legebamus olim *natat*, haud abſurda ſententia. Terram enim in medio Oceani magni nauigij inſtar vectari & agitari veterum quoſdam ſcripſiſſe & meminieram, & alibi annotaueram. Sed alio vocat nos Gemblacenſis, qui habet: *Ipſa vacat Tellus:* longe melius. Ipſa tellus nuda eſt & extans in medio Oceani.

v.18. *Cingentis medium.*] Neoptolemus Parianus ἐν Τριχθονίᾳ.

ὠκεανὸς, περὶ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.
ὁ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπείρεσιον κέχυται, τό μιν οὔ τι μαίνει.

v.26. *Italiaque vrbes dextram ſinuantis in vndam.*] Sinuare non legitur abſolute. Sed Manilius ſcripſit *inſinuantis*. Nam inſinuat in dextram vndam, id eſt partes Africæ, qua Calabria excurrit in pelagus. *dextram vndam*, pelagus Africum: Supra:

——— *qui veſpere ab atro Admiſſus dextra*, ———.

v. 29. *Et natat Ionio.*] Gemblacenſis : *Enatat*, vt etiam nos olim :

Ac vbi ſe primum porta mare fudit ab illa,

Enatat

Enatat Ionio, laxaſque vagatur in vndas.

Enatat, exſpatiatur libere.

v.30. *Et prius in læuas effundens.*] *Et prius in læua ſe fundens.* Ita etiam Gemblac.

v.32. *ſecat æquore velum.*] Lege: —*ſecat æquore læuum Illyrium.* Similem mendam olim in Tibullo ſuſtulimus:

——— *Permiſit læua miniſtro.* Nos: *permiſit vela miniſtro.* Gemblacenſis habet: ———*ſecat æquore bellum.* Nihil aliud eſt quam *bellum* pro *lebum*, & *lebum* pro *leuum*, id eſt *læuum*.

v.33. *claramque Corinthon.*] Non ad Corinthum, quæ ab vtraque Iſthmi ora ſexagenis diſtat ſtadiis, ſed ad Lechæum, qui eſt portus Corinthi occidentalibus negotiationibus, vt Cenchreæ eſt altera parte orientalibus. Lechæum etiam celebre ludis trietericis, quæ Iſthmia dicta. In VII libro Thebaidos Lycæo perperam editum, pro Lechæo:

Nec ſua pinifero magis adnatet vmbra Lycæo.

De Palæmonis manibus & eius trieteride ſermo eſt.

Pag 99. v.1. *patulas circumuolat oras.*] Sane nullus poeta dixit mare circumuolare terram, ſed circumluere. Malim igitur *circumluit.*

v.5. *Traditur inuiſum.*] Lego: *merſaq. puellæ Truditur inuitum.*— Sed & Gemblacenſis habet diſerte *Truditur.* Neque multum laborandum fuit ad hæc diuinanda. Sed & textus Bonincontrij habet *inuitum*, vt nos olim emendauimus.

v.6. *Euxino iungi.*] *iungit.*

v.8. *Inde vbi in anguſtas iterum ſe nauita partes.*] *nauita fauces.* Gemblacenſis.

v.12. *arcumque minantem*] Duos arcus faciunt οἱ περιηγηταὶ: alterum in ora Paphlagoniæ ad Colchida: alterum, de quo hic ſermo, ad ſinum Iſſicum.

v.14. *Ingentique ſinu fulgentes æquore.*] Nos olim:

Ingentique ſinu fugientes æquora terras. Ita etiam Gemb.

v.16. *Niliacis verum.*]. Lege: *iterum morientia.* Et ita Gembl.

v.17. *Hæc medium terris.*] hoc eſt mediterraneum. Omnino hæc diuiſio eſt ab Eratoſthene, ducta linea a freto Gaditano, ad ſinum Iſſicum, quam lineam continuat cum monte Tauro. Quare quicquid citra Taurum, & lineam Boream verſus, μέρος βόρειον, quod vltra in auſtrum, μέρος νότιον vocauit.

 v.18.

v. 18. *conſtringit harenis.*] Lege *habenis.* Sæpe apud auctores hæc mutantur *harenis, habenis.* Vera lectio hæc.

v. 20. *Sardiniam in Libyco ſignant veſtigia plantæ.*] Inde ἰχνοῦσα dicta,& σανδαλιῶτις. Salluſtius hiſtoria ſecunda: *Sardinia in Africo mari facie veſtigij humani in occidentem, quam in orientem latior.* Silius XII:

Inſulæ fluctiſono circumuallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaque gurgite terras
Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Grais memorata colonis.

In vulgatis editionibus male: *ſub margine plantæ.*

v. 24. *Pulſatur Cypros Ægyptia.*] Non fruſtra de vitio ſuſpectus nobis olim locus iſte. Gemb. *Ægyptia Cypros pulſatur.* Lege:

Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.

v. 26. *Totque minora ſolo.*] Deeſſe verſum ante hunc & pueri fatebuntur, nedũ doctiores, qui in hanc ſententiã concipiendus videtur: Quid loquar tot vrbes? Qui hoc negarit, ineptiſſime negarit.

v. 29. *primaque intrantis in orbem.*] Lege: —*primamque intrantis.*

v. 30. *& Balearica regna.*] Gembl. *Balearica rura.*

v. 32. *ſibi parte recluſus Faucibus abruptis orbem.*] Lege:

Nec tantum ex vna Pontus ſibi parte recluſis
Faucibus abrupit orbem. ———

Pag. 100. v. 1. *Impulit Oceano potius.*] Sane legendum:

Impulit Oceano Pontus. — Eſt elegans repetitio τοῦ *Pontus.*

v. 3. *Nanque inter Boream pontumque æſtate nitentem.*] Merito hanc lectionem olim improbauimus. Gemblacenſis recte:

Namque inter Borean ortumque æſtate nitentem,
In longum anguſto penetrabilis æquore fluctus *Peruenit.*—

Ortum æſtate nitentem: Ortum æſtiuum. Sane Caſpium eſt inter Borean & ortum æſtiuum.

v. 4. *Penetrabilis æquore fluctus.*] Sequitur Clitarchum auctorem, qui ex Scythico mari Caſpium erumpere ait, vt Perſicum & Arabicum ex Oceano auſtrali. Idem ſentit Strabo lib. 11. At vetuſtiſſimus ſcriptor Herodotus & ſciuit, & teſtatus eſt eſſe inſtar lacus, neque aliunde fluere, ſed ſuis litoribus circũſcriptum eſſe.

v. 6. *Caſpiaque exigui.*] Recte. Nam comparatione mediterranei eſt exiguum. Sed Gemblacenſis lectio anteferenda *Euxini.* Inſtar Euxini eſſe ait. Imo Clitarchus dixit eſſe non minus Euxino mari,

no mari, & fauces efficere inſtar Cimmerij Boſphori,& dilatari, inſtar Mæotidos paludis. Quare merito Manilius dixit eſſe inſtar Euxini ponti.

v.9. *Arua tenent.*] *tenet.*

v.10. *Quæ regit ipſe.*] *Quæ rigat.* Sed & Gemblacenſis habet *regat*, veſtigium veri.

v.13. *Leniter adfundit geminantia.*] *gemmantia* Gemblacenſis, vt nos olim.

v.14. *Et terræ mare nomen habet.*] Diſtingue:

Et terræ mare nomen habet.media illa duobus.

Illa, hoc eſt, Arabia media eſt duobus ſinubus, Perſico & Arabico, de quibus iam loquebatur. Ergo *illa*, hoc eſt terra ferens delitias, & nouos odores variæ radicis.

v.15. *Quondam Carthago.*] Deeſt verſus ante hunc, qui continebat nomen Libyæ. Manifeſta eſt lacuna. Bonincontrius dicit Carthaginem eſſe mediam inter mare mediterraneum,& Indicum. Propinqua ſane loca, qui vna Carthagine diſiunguntur. Tam vicina eſſe putauit Indum mare,& Mediterraneum. Acute. Non carebit tamen ſectatoribus, neque admiratoribus.

v.18. *Fecit & æternis.*] Lege ex auctoritate Gemblacenſis:

Fecit & æternam Trebiam, Cannaſque ſepulcris
Obruit, & Libyan Italis infudit in vrbes.

Æternauit Trebiam clade.

v.20. *Hic varias.*] *Huic varias.*

v.25. *parit horrida bella.*] Legendum vel:——— *horrida tellus:* vel *bello.* Quis non videt vitioſam eſſe lectionem vulgatam?

v.26. *Et portentoſos Cyclopum ludit in ortus.*] Itane Africa mater Cyclopum, quæ homines veſcos, & ſiccos producit, quæ, vt ipſe Manilius dicit,ſuo puluere exiccat populos? Sane neque Cyclopas & immania corpora parere, eſt ludere. (Hoc enim maius eſt, quam ludere.) neque Africa vllos vnquam Cyclopas tulit, ſed angues, ſcorpiones, & feras, de quibus omnibus iam dixit. Gembl. non *Cyclopum*, ſed *Cecropum* habet, pro *Cercopum:*

Et portentoſos Cercopum ludit in ortus.

Cercopes ſunt ſimiarum genus omnium turpiſſimarum. Cercopas homines fraudulentos in Simias conuerſos Pithecuſis inſulæ nomen dediſſe habes apud Ouidium, item Euſtathium *ὀδυσ. τ.* Non ſolum, inquit, ſæuit Libya gignendo feras noxias

 & ſerpen-

& ſerpentes, ſed etiam ludit producendo ridicula animalium portenta Cercopas. Apud Feſtum quoque poteſt legi: *Cercops, genus ſimiarum.* & verum eſt, vt & vera lectio Maniliana, quam repoſuimus. In Gloſſis legitur nomen mihi ignotum: *κέρκωψ ζῶον, Haſder.* Nam conſtat eſſe ζῶον, & quidem Simiam. Sane Cyclops vetus erat, qui illum egregium locum contaminauerat. Quod ſi poetæ finxiſſent etiam in Libya Cyclopas naſci: tamen non de fabulis, ſed de natura hic ſermo eſt.

v. 27. *Ac ſterili peior ſiccas infeſtat harenas.*] Habitatur quidem, ſed inæqualiter propter illas harenas, & Syrtes, quibus habitationes Africæ tanquam inſulæ mari, cinguntur. Ideo Africam ἐοικυῖαν παρδάλει ſcribit Strabo. κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ· καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις ΑΥΑΣΕΙΣ οἱ Αἰγύπτιοι. Αὐάσεις autem &, quod idem eſt, ὀάσεις Ægyptij vocabant loca habitabilia deſertis vndique obſeſſa. Cicero eiuſcemodi habitationes maculas vocat, lib. v1 de Republ. quomodo Africa πάρδαλις dicitur, quia illis habitationibus diſtincta, tanquam id animal maculis ſuis genuinis.

Pag. 101. v 2. *Ac tantum Scythicas dirimentes.*] Non poteſt eſſe locus mendoſior. Lege:

Totque illum circa diuiſa nomine gentes
Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus vrbes.

Etiam Gemblacenſis habet *dirimentem.*

v. *. *Æquora & extremum.*] Non eſt Manilij, ſed alicuius eorum Cercopum, de quibus paulo ante egit. Putabat ſciolus ille auctor illius verſiculi imperfectam eſſe orationem, quia dictum *aſpera Ponti.*

v. 4. *His Aſia metam,*] Gemblac. *Hanc Aſia.*

v. *. *Pondere paſſa ſuo.*] Et hic quoque verſus non eſt, niſi Cercopis alicuius, & cuius niſi eiuſdem, qui ſuperiorem infarſerat? Nam & hic quoque putauit imperfectam eſſe orationem. Putauit, inquam, τὸ *reſoluit* ſuſpenſum eſſe, niſi adderetur nomen in ſexto caſu. At reſoluere pondere quis vnquam Latine ſciens dixerit? Quid denique volunt illa σολοικίζοντα, *ſigni onerisque iuuauit?* Editio Lugdunenſis agnoſcit Barbariſmum quidem: ſed pro eo ſuppoſuit *tantamen* non meliori ſententia, neque emendatiore locutione. At bene Manilio dictum, *reſoluit taurum*, hoc eſt, Iouem exuit taurina forma; quemadmodum in

prima

prima inſtitutione Taurus indutus Iouem dicebatur. Non eſt cuiuſuis notas verſibus ſpuriis apponere: non cuiuſuis agnoſcere.

v.8. *Et monumenta ſub hoc.*] Longe melius Gemblacenſis :

Et monumenta ſui titulo ſacrauit amoris.

Poſt hunc verſum retrahe illum :

Princeps illa domus Troiani maxima belli.

Quæ eſt egregia reſtitutio. Europæ, inquit, princeps ac primaria Græcia.

v.9. *Princeps illa domus.*] Regionum Europæ princeps Græcia. Dextra Europæ Græcia, ſiniſtra Thracia, cui ſuccedit Germania, hoc eſt, ea vaſtiſſima regio, quam Κελτικὴν nomine comprehendebant Græci. Deinde Gallia, tum Hiſpania, poſtremo Italia. Hunc ordinem ſequitur noſter.

v.11. *Vrbibus in regnum.*] Locus hic inſigniter perturbatus eſt, quem, vt melius concipias, ordine totum ponam :

Princeps illa domus Troiani Græcia belli.
Maxima terra viris, & fœcundiſſima doctis
Vrbibus. in regnum florentes oris Athenæ:
Sparta manu, Thebæ diuis, & rege vel vno
Theſſalia, Epiruſque potens, vicinaque ripis
Illyris, & Threce Martem ſortita colonum,
Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus:
Gallia per cenſus, Hiſpania maxima belli,
Italia in ſumma: quam rerum maxima Roma
Impoſuit terris, cæloque adiungitur ipſa.

Florida oratio, & de qua ſententiam ferre, non eſt plebei ingenij.

Ibid. *in regnum florentes oris.*] Regnum oris, & linguæ pro eodem vſurpat. Supra:

Illa decus linguæ faciet regnumque loquendi.

Tragicus dixit λόγος τύραννος. Pacuuius vertit : *Regina omnium rerum oratio.*

v. 12. *Thebæ diuiſit rege vel vno*] Succeſſit bene correctio, niſi fallor: — *Thebæ diuis, & rege vel vno Theſſalia Epiruſque potens.* — Thebarum vrbs Deorum nutricula Bacchi, & Melicertæ, & Herculis: Theſſalia magnorum Regum, Achillis, & regum Macedoniæ. Quorum vel vnus ſatis erat illuſtrandæ Theſſaliæ Achilles, Macedoniæ Alexander magnus. Epirus Pyrrhum Alexandrum cognomine Epiroten, & alios tulit.

Ibid.

dicuntur Græcis δώδεκα θεοὶ), ſuntque ij, quos diſticho cõprehendit Ennius, vt habes in iis, quæ in librum ſecundum notauimus. Atque vt duodecim Zodia θεοὺς βουληφόρους, ita & Planetas ῥαβδοφόρους, quaſi apparitores magiſtratuum duodecim appellabant. Sed a Manilio nulla hic Analogia, nulla Mundi μελοθεσία obſeruata, vt infra dicetur.

v. 31. *Et femur Arcitenens.*] *Et femina.* Gemblacenſis.

Pag. 102. v. 1. *Iccirco in varias.*] Tranſitus ad ἰδιογνωσίας τῶν ἐθνῶν luculente, vt ſolet.

v. 6. *Gallia vicino nimis eſt.*] Gemblacenſis, *minus eſt.*

Gallia vicino minus eſt infecta rubore.

Minus torrida eſt Solis rubore vicino, id eſt, quia vicinus minus eſt ſol Galliæ, quam Hiſpaniæ, propterea Galli Hiſpani ſicciores, atque ideo aſperiores. Contra οἱ Κελτοὶ ὑγρότεροι.

v. 8. *Martia Romanis orbis.*] Nihil muto. Indicabo lectionem ſcriptam in Gemblacenſi: *Martia Romanas vrbes pater induit ora,* eodem ſenſu. Nam Romanæ vrbes Italia. Sic ſupra Italiæ vrbes dixit, & Schythicas vrbes, pro Italia, & Scythia. Græcorum poetarum eſt ἄστεα καλτῶν, id eſt καλτοί.

v. 9. *Gradiuumque ſuum.*] recte. Sed Gemblacenſis: *Gradiuumque genus.* male.

v. 10. *Gymnaſium praefert.*] Coloratos innuit, propter cutem aſſo Sole, & gymnaſtico ceromate coctam. Propterea Chromatarios, ſiue colorarios palæſtritas vocat Iuuenalis vetus Scholiaſtes. Quin Græci hunc colorem affectabant per ipſos Chromatarios. Et Lacedæmonum lex fuit: μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν. Ælian. Ποικίλ. ιδ. ζ. Alioquin & Græci ſunt ſubfuſci. Is color Ptolemæo & Theocrito dicitur μελίχρους.

v. 13. *Æthiopes maculant orbem.*] Emendabo ex Gemblacenſi:

Æthiopes maculant orbem, tenebriſque figurant

Perfuſas hominum gentes. minus India toſtis Progenerat —

Ita Gembl. ita ratio poſtulat. ea eſt elegantia.

Ibid. *Æthiopes maculant orbem.*] Maculare etiam vulgo in Gallia dicimus *bigarrer*, vt Ibridas dicimus eſſe maculatos, id eſt ex differentibus parentibus natos. Lucanus libro VII.

Hannibal, obliquo maculat qui ſanguine regnum,

Et Numidas contingit auos. ——

quaſi diſcolor eſſet genus Hannibalis. Eo modo igitur hic Æthio-

pes dicuntur diſcolorem orbem terrarum facere. Et poeta Tragicus Æthiopiam vocat *μελάμβροτον*. Et in Sphæra mundi in eum ſenſum dixit: *nigras ſuperuolat vrbes*. Et Zona, ſub qua habitant. Zonæ in figuris terræ, fuſcæ, aut rutilæ pingebantur, vt ex Leontio nouimus. Eratoſthenes ἐν τῷ Ἑρμῇ:

> πέντε δ' αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηντο,
> αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
> ἡ δὲ μία ψαφαρή τε, καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
> ἡ μὲν ἔην μεσάτη. ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρὸ
> τυπτομένη φλογμοῖσιν. ἐπεί ῥά ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτὴν
> κεκλιμέναι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
> αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοις περιπεπηγυῖαι
> αἰεὶ φρικαλέαι, αἰείθ' ὕδατι νοτέουσαι.
> οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
> κεῖ γαῖαν ἀμπέχει. περίψυκτος δὲ τέτυκτο.
> ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι.
> δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι
> μεσσηγὺς θέρεος τε, καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
> ἄμφω ἐΰκρητοί τε καὶ ὄμπνιον ἀλδίσκουσαι
> καρπὸν Ἐλευσίνης Δημήτερος. ἐν δέ μιν ἄνδρες
> ἀντίποδες ναίουσι ———

Atque hæc quidem Eratoſthenes de Zonarum coloribus: quarum Zonarum auctorem eſſe Parmeniden ſcripſit Poſidonius.

v.13. — *tenebriſque figurant Perſuſas hominum gentes.*—] Sic infra: *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*

v.15. *Perſuſas tenebris gentes.*] Nam inde dicuntur *αἰθίοπες*.

Ibid. *minus India toſtas.*] Gemblacenſis elegantiſſime: ——— *minus India toſtis Progenerat.*— India progenerat homines non toſtos, vt Æthiopas, ſed minus toſtis. Hunc colorem Galli & Itali Oliuaſtrum vocant, medium quidem inter fuſcum, qualis eſt Hiſpanorum & Afrorum, & toſtum, qualis Æthiopum. Ideo ſubiicit: ——— *mediumque facit moderata tenorem.*

v.18. *Pœnus.*] Pœnus *ζωγραφικῶς* pro Pœnorum regione, hoc eſt, Africa. Ouidius:

Cretes nutrito terra ſuperba Ioue. id eſt Creta.

Ibid. *Pœnus arenoſis Afrorum puluere terris.*] Eodem modo loquitur Val. Flaccus:

——— *Solymo nigrantem puluere fratrem.*

Non

Non puluis tamen regionis,ſed afflatus Solis inficit corpora. Eſt autem metaphora a puluere palæſtrico.

v.19. *& Mauritania nomen*] Nam μαυροὺς Græci ab eo dixerunt. Itaque μαυρίτης, Maurità Græca inflexione. Latina Mauritanus: Mauricatum extulit Laberius: μαυρισί. Sed potius μαυρύσιοι dicuntur, vt ἀμαθύσιοι ῥαμνύσιοι. Videtur igitur nomen loci μαυρόεις ſeu μαυροῦς, vt ἀμαθόεις, ἀμαθοῦς: ῥαμνόεις, ῥαμνοῦς: ὀπόεις, ὀποῦς: μαλόεις, μαλοῦς.

v.22. *Et mores pro ſorte pares.*] τὰ ἔθνη καὶ τὰ νόμιμα φυσικά Ptolemæus ſuper eadem re. Dicitur & ἰδιοτροπία. Demophilus: ἡ σωματικὴ ἰδιοτροπία ἡ καθ' ὅλα τὰ ἔθνη, ἔστιν ἰδέα τὶς ἡ ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχουσα, καθ' ἣν τῶν μὲν ζωδίων τὰ μὲν χρωματικά, τὰ δ' ἄνυδρα, &c.

v.30. *Et duplici clauſos elephantas carcere terræ.*] In Aſia ſcilicet & Africa: nam in Europa nulli.

v.32. *Et certis deſcripta nitent rationibus aſtra.*] Scribe *regionibus*. Error a veteri ſcriptura *recionibus*. Nam τὴν χωρογραφικὴν hic innui fidem fecerit τὸ καθόλου τῆς κοσμογραφικῆς, quod præmiſit: cuius pars χωρογραφία.

v.33. *Perfunduntque ſuo ſubiectas æquore gentes.*] Sic ſupra dixit: *tenebris perfuſas gentes*.

Pag.103. v.1. *Laniger in medio.*] Conſtat ſignis alias tutelas regionum a Manilio, alias a Ptolemæo, alias ab Hipparcho aſſignari. Arieti Ægyptij Babyloniam, Arabiam Ægypto conterminam: Ptolemæus Britanniam, Galliam, Germaniam, Baſterniam, Palæſtinam ſubiicit. Hipparchus τῷ κριῷ τοῦ δεξιοῦ ὤμου Thraciam, τοῦ εὐωνύμου Babyloniam, τοῦ ςήθει Armeniam, τῆς κεφαλῆς Arabiam Ægypto confinem, τῇ ῥάχει καὶ τοῦ νώτου Perſida, Cappadociam, Meſopotamiam, Syriam, rubrum mare, &c. Manilij abſurda & ſuperſtitioſa plane αἰτιολογία. Arietem Propontidi & Helleſponto præficit, quia a Poetis Helleſpontum tranaſſe fingitur: Phrygiæ Leonem, propter magnam matrem Deum, cui ſacer ſit: Babyloniæ Piſces, propter Typhonem & Venerem. Nam illius fabulæ ſcena in ea regione ponitur. Item alia propter alias cauſſas, quæ quamuis omnino fabuloſæ non ſunt, tamen rationes, quæ poſſunt aſſignari, plus quam fabuloſæ: quales illæ, Arietem rurſus Perſidi præeſſe, quia ea gens lanitij, & veſtificij ſtudioſa: Libram Italiæ, quia Romani vnicuique genti æquum tribuunt: item Scorpion Libyæ, propter animalia venenata, quorum Africa feraciſſima: Sagittarium Cretæ, quia

Cretes poriti iaculatores: Capricornum toti Occidenti, & Oceano, quia oræ Oceani occidui nunc accedente æſtu cooperiuntur; nunc recedente denudantur. Ita eas regiones ambiguas inter mare, & terram eſſe, quemadmodum Capricornus ſignum eſt ambiguum maris & terræ. Par ſuperſtitio, quum Aquarium oris maritimis præficit, propter aquam, quam ex vrna dicitur proiicere. Quæ omnia manifeſto magnum otium illis ad nugandum ſuperfuiſſe teſtantur. Ita Manilius. Ptolemæi ingenioſius commentum, & tamen commentum, nihil aliud, vt alia omnia huius *ματαιοτεχνίας*. Sed quemadmodum Ptolemæus *τῶν οἰκουμένων* diuidit in quatuor tetrantes, ita etiam Manilius, ſed diuerſo inſtituto. Ptolemæus per trigona ſigna diſtribuit regiones: Manilius per conſequentiam Signorum. Primus igitur tetrans Manilio comprehendit Helleſpontum, Propontida, Euxinum, Scythiam, Aſiam, Perſida, Arabiam, Ægyptum: quarum Arieti attribuitur Helleſpontus, Propontis, Syria, Perſis, Ægyptus: Tauro Scythia, Aſia, Arabia: Geminis, Euxinus Pontus. Secundus tetrans continet Macedoniam, Bithyniam, Phrygiam, Cappadociam, Armeniam, Rhodon, Ioniam, Dorida, Cariam, Indiam, Æthiopiam: Cancro dantur India, Æthiopia: Leoni Phrygia, Cappadocia, Armenia, Bithynia, Macedonia: Virgini Rhodos, Ionia, Doris, Caria. Tertius tetrans continet Italiam, Sardiniam, magnam Græciam, Inſulas, Cretam, Siciliam, Africam prouinciam, vbi Carthago, Libyam, Cyrenaicam: Libræ Italia attribuitur: Scorpio Africa prouincia, Libya, Cyrenaica, Sardinia, Inſulæ, magna Græcia: Sagittario Creta, Sicilia, atque iterum Italia inepte. Quartus & vltimus tetrans complectitur totum Occidentem, Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Leptitanam, Africam prouinciam, iterum inepte, Ciciliam, Babyloniam, Bactrianam, Perſicum ſinum. Quæ ſunt ſcopæ diſſolutæ. Seruat tamen ordinem quendam horum tetrantum, ſiue Tetartemoriorum. Melius feciſſet, ſi *μελοθεσίαν* Mundi prius conſtituiſſet, & ſingulis membris ſingula Zodia & tutelas Deorum aſſignaſſet, vt ſupra notauimus.

v. 2. *Cancrum inter.*] Non leue mendum, neque cuiuis manifeſtum, nedum emendandum. Vera lectio:

Laniger in medio ſortitus ſidera mundo
Caurum inter gelidum. —

Adſerit

Adſerit in vires pontum.] intellige Helleſpontum. Hic non excuſamus audaciam Bonincontrij, qui textum hunc ita deprauauit:

Cancrum inter gelidum per tempora vertitur axis.

v.10. *Taurus habet Schyticos.*] Vides hunc conflatum ex ſequentibus. Gemblacenſis hunc retinet, ſequentem non habet, præpoſtere.

v.12. *Euxinus Scythicos.*] Strabo de duobus promontoriis Euxini maris: εἰκάζουσι δέ τινες τὸ σχῆμα τῆς περιμέτρου ἐντεταμένῳ Σκυθικῷ τόξῳ, τὴν μὲν νευρὰν ἐξομοιοῦντες τοῖς δεξιοῖς καλουμένοις μέρεσι τοῦ Πόντου. Val. Flaccus IV.

Atque hac Europam curuis anfractibus vrget,
Hac Aſiam, Scythicum ſpecie ſinuatus in arcum.

Phœbum autem facit vnum ex Geminis, vt & Varro in libris rerum ruſticarum, & Ptolemæus.

v.13. *poſt brachia fratris Vltimus.*] Alter ex Geminis eſt Hercules. Mythologi & Varro. Brachia dixit ob χειροδεξίαν, quod connexis brachiolis pingerentur. Manilius:

His coniuncta manent alterno brachia nexu.

Euxinus igitur ſubiicitur alteri Geminorum Apollini, ἑκατηβελέτῃ καὶ τοξότῃ, quia ſcilicet ora Euxini maris in arcum Scythico ſimilem curuatur, auctore, quem modo produximus, Srabone. Et hæc quidem αἰπολογία πεῖργος. Similiter Perſidem vindicat, ob lanificium, quia illi genti longæ veſtes. Et reliquæ nugæ, quarum piget.

v.14. *Vltimus & ſolitus Ganges. colit India Cancrum.*] Vbi eſt Ganges, ibi proculdubio & India. Quomodo igitur Ganges & India diuerſis ſignis attribuuntur? Sane τὸ Ganges eſt infarctum, & in Gemblacenſi verſus eſt ὑπέρμετρος vno pede integro:

Vltimus & ſolidos Ganges & tranſcolit India Cancer.

Tolle *Ganges*, importune huc infultum. In reliquis videbis veram lectionem minima immutatione:

Vltimus ex ſolido tetrans. Colit India Cancrum.

Euxinus igitur alteri Geminorum: vltima pars reliqui tetrantis ex ſolido datur alteri. Vltimum tetrantem dixit, quomodo Iuriſconſultus primum, ſecundum Edictum, hoc eſt primam, ſecundam partem edicti. Quod igitur in ſubſiciuis illius quadrantis eſt nulli alij ſigno vindicatum, id totum aſſignatur alteri Geminorum. Omnino prima pars τοῦ τεταρτημορίου Arieti, ſecunda

Tauro, tertia Geminis, cuius pars alteri Geminorum, pars reliqua ex ſolido alteri datur. Et ſane Euxinus & Clima ſextum Geminis ſubiicit Firmicus libro primo.

Ibid. *vltimus ex ſolido tetrans.*] τὸ λοιπὸν τοῦ τεταρτημορίου ὁλόκληρον. Nam Tetrans τεταρτημόριον. Vitruuio vox Secula, vt in libello de re nummaria oſtendimus. In hac felici reſtitutione Gemblacenſis fuit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Ab Hipparcho autem, vt puto, habet illos tetrantes, qui & cælum, & terram in quatuor tetrantes diuiſit, vt oſtenderet cui tetranti terræ quis cæli tetrans imperaret. Strabo de Hipparcho: ἀνέγραψε γοῦν, ὥς αὐτός φησι, τὰς γινομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίῳ τεταγμένων.

v.18. *Cappadocum Armeniaque.*] Interpunge.— *regnique ferocis*
Cappadocum, Armeniaque. Iugis Bithynia diues
Te colit. ———

v.19. *& Macedum tellus.*] Placet lectio textus Bonincontrij *Macetum.* Non enim eſt commentum Bonincontrij. Vide Lectiones Auſonianas. Certe quotieſcunque in poetis legitur *Macedum*, ego non dubitem *Macetum* reponere. Nam veteres libri habent Macetum.

v. 21. *Et Rhodos.*] Scribe: *Es Rhodos.*

Ibid. *hoſpitium recturi principis orbem.*] Tiberij. Adulatorium. Iam enim conſtabat ſucceſſurum Auguſto. Nam quarto anno ante deceſſum Auguſti hæc ſcribebat noſter. Notus vero Tiberij ſeceſſus vel potius voluntarium exilium Rhodi:

Non es eques. quare? non ſunt tibi millia centum.
Omnia ſi quæras, & Rhodos exilium eſt.

Apollonidæ Poetæ:

ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν ἀνέμβατος ἱερὸς ὄρνις,
ὁ πρὶν Κηκροπίδαις αἰετὸς ἱστορέειν,
ὑψιπετῆ τότε ταρσὸν ἀνὰ πλατὺν ἠέρ' ἀερθεὶς
ἤλυθον, ἠελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.
κείνου δ' αὐλίσθην ἐνὶ δώμασι χειρὶ συνήθης
κρέσσονος, οὐ φεύγων Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον.

De Aquila, cuius hoc luculentum & acutiſſimum poematium meminit, habes apud Suetonium.

Ibid. *recturi principis.*] Ζῆνα τὸν ἐσσόμενον modo dicebat Apollonides Poeta. Ouidius de Auguſto.

—*prolem*

——— prolem ſanctam de coniuge natam
Ferre ſimul nomenque ſuum curaſque iubebit.

v.26. *Quod potius regat Italiam.*] Gemblacenſis habebat *colat Italiam.* & ita videtur. Nam *τὸ regit* eſt in ſequenti verſiculo. Nihil tamen muto. Nam eleganter dictum, Quod aſtrum reget Italiam, niſi id quod regit omnia.

v.28. *Deſignat ſummas.*] Sic ſupra:
——— & nomina ſummis Impoſuit.

v.29. *cedunt quo noxque dieſque.*] Optime Gemblacenſis: *coeunt quo noxque dieſque.* id eſt, quo fit æquinoctium.

Pag. 104. v.1. *Qua genitus cum fratre.*] L. Tarrutius Firmanus Mathematicus conſultus a Varrone, conceptum pronunciauit anno primo Olympiadis ſecundæ, hora tertia, XXIII die menſis Choiac, id eſt XIX Decembris. Intellige Choiac Actiacum, ſiquidem fingas ſemper Thoth fixum fuiſſe in XXIX Auguſti. Præterea idem L. Tarrutius dixit fuiſſe ἡλίου παντελῆ ἔκλειψιν, quod tam falſum, quam verum eſt fuiſſe proxime coniunctionem luminarium. Denique τὴν ἐμφανῆ γένεσιν, quam Ptolemæus vocat πρόοδον, καὶ ἐκτροπὴν, XXI die Thoth, Sole oriente ſiue XVIII Septembris. Conceptus igitur anno mundi 3179. Cuius Zygonos character 1.21.49, Kal. Octobris, cyclo Solis 22. Lunæ 9, anno periodi Iulianæ 3942. Proinde Toxonis neomenia fuit feria quinta, Nouembris triceſima. Ergo Romulus cum fratre cōceptus Toxonos viceſima, penultima Caſleu anni Iudaici 2990, quum ſequentis Tebeth neomenia, cuius character 3.8.240, inciderit in noctem quæ ſequuta eſt XX Decembris. Rurſus neomenia Parthenonos eiuſdem anni fuit feria ſexta, Auguſti vltima. Ergo editus in lucem XXI Parthenonos. In Virgine igitur, non Libra in lucem editi Remus & Romulus. Recte vero diſtantia ſeruata eſt τῆς σπορᾶς καὶ τῆς ἐκτροπῆς, dies 273. Tot enim ſunt, a XXIII Choiac, ad XXI Thoth.

Ibid. *Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit Vrbem*] δεικτικῶς dictum. Scribebat enim hæc Romæ. Romam vero ante Romulum conditam volunt multi. Vide Solinum. Iunius Philargyrus: *Roma & ante Romulum fuit, & ab ea ſibi Romulum nomen adquiſiuiſſe Marianus Lupercaliorum poeta ſic oſtendit:*

*Sed de Flauo & Cano * ita*
Roma Æſculapi filia
Nouum nomen Latio facit:

Quod

Quod conditricis nomine Ab ipſo omnes Romam vocant.

v.* *Et propriis frenat.*] Iſte verſiculus debet ſubiici ei, qui ſupra illum quartus eſt: ——— *qua condita Roma*

Et propriis frenat pendentem nutibus orbem,
Orbis & imperium retinet.———

v. 2. *Inferius victæ.*] Scorpios.

v. 3. *Ægyptique latus.*] Cyrenaicam, & Catabathmon.

v.3. *donataque regna.*] Gemb. *donataque rura.* Sequemur vulgarem lectionem. Ipſammet Ægyptũ, agros donatos vocat erudiſſime, memor nimirum Herodoti, qui Ægyptum vocauit δῶρον ποταμοῦ, donũ fluminis Nili. Vera eſt interpretatio. Nam quod Bonincõtrius de Numidia Maſiniſſæ a Romanis donata dicit, quam multis caſtigãdum eſt? quaſi propinqua ſint Numidia & Ægyptus. Solennes eius ſunt nugæ. Huius quoq. aliam rationem adferre poſſumus. Nam Lucanus Ægyptum vocat regnũ donatum, quod Ptolemæus Auletes penultimus Ptolemæorum in regnũ a Senatu, Pompeio auctore reſtitutus ſit in regnum, tanquam non regno reſtitutus eſſet ſed regnum illi a Senatu donatũ videretur.

Rege ſub impuro Nilotica rura tenente,
Hoſpitij fretus ſuperis, & munere tanto
In proauos, cecidit donati victima regni.

Hæc interpretatio melior altera.

v.4. *Tyrrhenas lacrimis radiatus Scorpius arces.*] Precioſum hoc emblema huc inſertum ab illepido homine, qui putauit deeſſe nomen Scorpij, atqui appoſuit, quum dixit: *Inferius victæ ſidus,* &c; Scorpius ſcilicet, qui eſt Libra inferior. Deinde quod hoc monſtrum loquutionis, *radiis lacrimatus?* Denique quam bene cohærent antecedentia cum conſequentibus, ſi hunc ſpurium verſum admittamus. Poſtremo quid hoc eſt? eligit Tyrenas arces, & tamen ſpectat ad vndas Italiæ? Perinde ac ſi dicas: Eligit Libyam, & tamen ſpectat ad Africam. Et erunt, qui eiuſmodi quiſquilias legant? ὄρ᾽ αὐτὸ τῆς κεστικῆς.

v.8. *& ingenuum Minois.*] Deſperandus locus erat ſine ope codicis. Gemblacenſis recte:

Cnoſia Centauro tellus circundata ponto
Paret, & in geminum Minois filius aſtrum
Ipſe venit geminus. ———

Centaurus eſt geminus διφυής, qui & Minotaurus.

v. 11. *fluitantem adiuta ſororem.*] *fluitantem ad iura ſororem.* Gemblacenſis,& nos olim:

Inſula Trinacriæ fluitantem ad iura ſororem
Subſequitur Creten. ———

v. 14. *Ora patris ſequitur.*] Contaminatiſſima ſunt. Lege:

——— *ſub eodem condita ſigno*
Ora pares ſequitur leges, nec ſidere ruptas.

v. 14. *Subſequitur Creten.*] In Gemblac. *Subſequitur Cremen.* Cretem eidem Signo nempe Sagittario ſubiicit, cui & Siciliam. Nam Sagittarius eſt Minotaurus, vt habes apud Hyginum, & Minos tam Cretæ, quam Siciliæ imperauit. Nota Dædali in Siciliam fuga, & Minois in eam Dædalum perſequentis aduentus. Quin & numiſmata oræ Tarentinæ & Siculæ hodieque inueniuntur Minotauri imagine ſignata.

v. 15. *Tu Capricorne, regis.*] Capricornus occaſum regit. Ab eo Propertius:

Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.

Seruius in illud: *Frigida Saturni quo ſeſe ſtella receptet: Hic autem,* inquit, *in Capricorno facit grauiſſimas pluuias & præcipue in Italia. vnde & Horatius ait:* ——— *& tyrannus Heſperiæ Capricornus oræ.* Nam delirat Beccеſelenus, qui ad Auguſti natalem refert, & de commento ſerio triumphat. An Capricornus apud illum Teutonice aut Brabantice loquatur, equidem neſcio. hoc vnum ſcio in Perſica lingua *muder, brader, tochther, band, fader,* eſſe quod Brabantis matrẽ, fratrẽ, filiã, vinculũ, patrẽ, & multa alia, quæ nos in lingua Perſica paſſim notauimus. Quod ſi ille ſciſſet, dubito, an Cimbros a Perſis, an Perſas ab illis deducturus fuiſſet.

v. 17. *ſeu quod fert Gallia diues.*] Gemblac. *& quod fert.* melius.

v. 20. *Æſtibus aſſiduis terram pontumque tenentem.*] Intelligit τῆς γερμανίας παρωκεανίτιδος, quæ tunc tantum nota erat auſpiciis Druſi & in qua Quintilius Varus cum Legionibus cæſus. Animoſe enim dixit *feris dignam*, propter recentem cladis memoriam. quod autem dixit æſtibus aſſiduis ambiguam eſſe terræ mariſque, idem & voluit Lucanus ad verbum:

Quaque iacet litus dubium, quod terra fretumque
Vindicat, alternis vicibus quum funditur ingens
Oceanus, vel quum refugis ſe fluctibus aufert.

v. 21. *Sed Iuuenis nudo formatus mollior arcu.*] Lege:

Sed iuuenis nudos formatus mollior artus. At Gembl.

Sed iuuenis nudo formatus moll or actu.

Neſcio an actum vocet filum corporis, vt Lucillius & Arnobius loquuntur.

v. 22. *Ægypto ad Leptimque.*] *Ægyptum ad* Gemblacenſis, & nos olim.

v. 24. *vbi Piſcis amator.*] Interpolatum eſt, vt & in textu Bonincontrij *arator.* Gemblacenſis habet *vruptor.* Quærant ſtudioſi.

v. 27. *Parthi ſed Parthus*] Lege:

Parthis & a Parthus domitæ per ſæcula gentes.

ἢ Παρθὶς καὶ τὰ τοῖς Πάρθοις ὑπήκοα ἔθνη.

v. 28. *Bactraque.*] Neſcio, an ſcribendum:

Bactraque & Arÿ Babylon & Suſa Hypaniſque.

Sed ſuſpecta omnia. Gemblacenſis magis turbat:

Bactraque atherios Babylonem & Siſpimoſque.

Verſus eſt ſpurius, ni fallor.

v. 31. *Sic diuiſa manet Tellus per ſæcula cuncta.*] Melius Gembl.

——— *per ſidera cuncta.*

Pag. 105. v. 2. *Nunc aduerſa polo.*] Sic infra:

Bina per aduerſum cælum fulgentia ſigna. id eſt, διαμετροῦντα.

v. 4. *Sic terræ terris.*] Et de his omnibus, hoc eſt τῶν ἀεὶ καθ' ὅλα ἔθνη ἰδιωμάτων, habes apud principem artis in primo apoteleſmatico, qui eſt ſecundus τῆς τετραβίβλου.

v. 9. *Percipe nunc etiam.*] Pendent hæc a ſuperioribus. Nam quum ex generalibus conſtitutionibus fata dignoſcantur: nunc hic non docet, in quibus vniuerſalia particularibus nocere poſſunt. quod accidit, quando in genituris præcipua loca, nempe luminarium, aut cardinum, quos φωσφοροῦντας τόπους vocat Ptolemæus, eadem fuerint cum illis, a quibus vniuerſalium caſuum cauſſæ veniunt, id eſt Eclipticis ipſis, aut oppoſitis. Ptolemæus: ὡς ἐπίπαν μέντοι συμπίπτουσι τοῖς καθολικοῖς πάθεσιν ἐκεῖνοι τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι κατὰ τὰς ἰδίας γενέσεις τοὺς ἀναγκαιοτάτους τόπους, λέγω δὴ τοὺς φωσφοροῦντας, ἢ τοὺς τῶν κέντρων, αὐτοὺς τυγχάνουσιν ἔχοντες τοῖς τὸ αἴτιον ἐμποιήσασι τῶν καθολικῶν συμπτωμάτων, τουτέστι τοῖς ἐκλειπτικοῖς, ἢ καὶ τοῖς τούτων διαμέτρις. Duo igitur cauenda: prius, locus, in quo eclipſis contigit: alterum, ſignum oppoſitum, vt aperte clamat Ptolemæus. Quare φωσφορίαν Lunæ quærat Manilius, ſupra in annis ſignorum

ſignorum diximus : nimirum quia *κυρείαν τῆς ζωῆς* illi attribuit. Ergo ſi affecta fuerit *ἡ φωσφορία*, quæ *κυρείαν τῆς ζωῆς* habet, hoc eſt locus Lunæ, genituram, quæ ſub illa contigerit, *τὸ καθολικῶ πάθει ζυμπτῶθεν* neceſſe. Itidem ab oppoſito ſigno periculum denunciat Ptolemæus. Quare hæc duo ſigna, in quo ſcilicet eclipſis contigit, item ei oppoſitum, Ecliptica vocat Manilius. Nam ſemper, vt ait ille, ſubbina laborant. Itaque quanquam nomen binorum ſignorum eclipticorum non extat apud Ptolemæum, res tamen ipſa conceptis verbis expreſſa eſt in illo teſtimonio, quod iam produximus.

Ibid. *quæ ſint Ecliptica Graio.*] Manilius Ecliptica ſigna vocat bina illa, quorum in altero deliquium contigerit, alterum autem ei oppoſitum.

v.10. *Nomine, quæ certos*] Gemblacenſ. *quod certos.* nimirum quare Ecliptica dicta.

v.14. *Mutantur.*] Melius Gemblacenſis:

Mutantur ſed cuncta diu variantque per annos.

v.19. *Concutitur tellus variis.*] Melius Gemblacenſis:

Concutitur Tellus validis. ———

v.21. *Et venit Oceanus Pontum, ſitienſque reſoluit.* Turpiter hæc fœdata ſunt. Legendum:

Et vomit Oceanus pontum, ſitienſque reſorbet.

Aſinum eſſe oportet, qui contradixerit. Intelligit lābes, quas aut ſubitis inundationibns, aut receſſibus Oceanus facit.

v.22. *ſic quondam merſerat vrbes.*] *merſerat orbem* Gemblacen. & propius hiſtoriæ poeticæ de diluuio. Nos nihil mutamus. Per hæc & ſequentia ſatis fidem facit, ſe credere ſæpe *τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὅλων δι' ἐκπυρώσεως καὶ κατακλυσμοῦ* accidere.

v.32. *Cauſſa patet, quod Luna ſuis.*] *quod Luna quibus*, ſententia poſtulante, & Gemblacenſi approbante.

v.33. *Orba ſui fratris.*] *ἀρχαϊσμός.* Orba ſuo fratre.

Pag.106.v.4. *Incuruata ſimul.*] Eadem tralatione, qua dixit lugere. Nam atratorum, & lugentium eſt *ἐγκεκυφέναι.*

v.6. *Ipſa docet titulus.*] Legendum:

Ipſa, docet titulos cauſſæ, quæ Ecliptica ſigna
Dixere antiqui. ——— Et ita etiam Gemblac.

Ibid. *docet titulus cauſſæ.*] Sic alibi: —*in titulo ſignantia cauſſas.*

v.7. *Pariter ſubbina laborant.*] Subbina mihi eleganter dictum

 videtur,

videtur, quod bina alternis laborent. Sed Gemblac. legit *ſed bina.* Sunt autem bina ſigna Ecliptica: nempe ἡ φωσφορία, in qua contigit deliquium, & ei oppoſitum partiliter Dodecatemorion. Igitur ſubbina vocat, vt diximus, id eſt alterna bina. Nam exacto tempore laborant, & languent etiam ipſa, quæ Eclipticis proxima ſunt. Deliquium contigit in Ariete. Oppoſitum, hoc eſt Libra, & Aries ſunt Ecliptica ſigna. quæ quum luctus ſui ſpatium exegerint, aut, vt Iuriſconſultus loquitur, poſtquam eluxerint, proxima Ecliptica erunt Taurus, & Scorpius. Hoc eſt, quod dicit:

Atque vbi perfectum eſt ſpatium, quod cuique dicatur,
Impleruntque ſuos certa ſtatione labores
Bina per aduerſum cælum fulgentia ſigna:
Tum vicina labant ipſis hærentia ſignis,
Quæ prius in terras veniunt, terraſque relinquunt.

v. 12. *Nanque modo infectus.*] Sic alibi dixerat:
Aeraque inficiunt. ——— Gemblacenſis tamen variat:
Sed modo in affectus totus producitur annus.

Ego vulgatam lectionem præfero.

v. 13. *nec longius aſtra,*] ——— *nunc longius aſtra.* Et ita quoque Gemblacenſis.

v. 15. *Atque vbi perfectum eſt ſpatium.*] Alia dicit intra, alia vltra annum lugere. Sed quænam tandem illa ſint, non deſignat.

v. 20. *Contrarius orbi.*] *Orbis.* Non quidem vt terra aduerſetur cælo. Nam cælo nihil contrarium.

v. 21. *Sed quia mundus agit.*] *Sed qua mundus agit.* ——— *ipſe,* Orbis terrarum.

v. 24. *Sed quid tam tenui.*] Epilogus, vbi multa luculenta ac diuinitus dicta. Prænotatum erat lemma in Gemblac. FATORVM RATIONEM PERSPICI POSSE.

v. 28. *Mortaleſque hebetat viſus.*] Gemblacenſis:
Mortaleſque fugit viſus & pectora noſtra.

Quicquid natura abdidit, id fugit & viſus noſtros & pectora noſtra. Veriſſima lectio. Nam τὸ *hebetat* repoſitum ex Virgilio: & quidem nihil ad rem.

Pag. 107. v. 1. *Perſpicimus cælū.*] Poſt hunc verſum repone illum:
Quanta at pars ſupereſt rationem diſcere noctis?

v. 2. *Quanta &.*] Lege: *Quanta at.* At quid difficultatis ſupereſt ad diſcen-

ad diſcendum cauſſas latentes? quaſi dicat, nihil. Sic Lucanus, vt Suetonius ſcripſit in eius vita, dicebat: *Et quantum mihi ſupereſt ad Maronis culicem?*

v.4. *Seminibuſque ſuis.*] Mallem *ſegminibus.*

v.5. *Et precium cæli.*] Legendum: *cælo.* ϰ̀ τὸ τιτηλαφγεῖν τὸν οὐρανόν. Cognoſcere cælum hoc vocat θρεπτήρια τοῦ οὐρανοῦ ἀποτῖσαι. Nutritia, θρέπτα. Gemblacenſis: *Et partem cæli.* male.

v.10. *Pars ſua conſpicimus.*] Gemblacenſis: *perſpicimus.*

v.14. *Ætheris atque ignis.*] Æther & ignis idem. Legendum Aeris. niſi dicamus Æthera quoque pro aere vſurpatum, quod neſcio, an concedere debeam.

v.15. *Spiritum & in toto.*] Gemblacenſis:

Spiritum & toto rapido quæ iuſſa gubernant.

Manu ducit ad veram lectionem:

Spiritus & toto rapido quæ iuſſa gubernans.

Veriſſime. Spiritus eſt gubernans, quæ iuſſa ſunt in toto hoc rapido, in tota hac mole rapida. Statius VI Thebaidos.

——— *quis fulmen agat, quis ſidera ducat Spiritus.* —

Codici reſtitutionem hanc accepto referimus. *gubernant, mouent* pro *gubernans, mouens* ſæpiſſime in Gemblacenſi annotauimus.

v.17. *Sanguineaſque animas.*] Gemblacenſis:

Sanguineaſque animas animo, qui cuncta gubernat.

Haud dubie τὸ *animas* conformatum ex ſequenti. Sed quid reponendum ſit, lubricum eſt ſtatuere. Nam multa poſſumus comminiſci. Vult enim dicere, vt ſit Spiritus quidam in tota hac rapida mole, qui iuſſa gubernet, ſic eſſe Sanguineam vim animo noſtro, qui cuncta gubernet. Scio *minas* eſſe, quas poetæ dicunt ὁμοκλάς, quibus inſtigantur beſtiæ ad inceſſum tardiores. quod valde conueniret huic loco, vbi iuſſa facienda præſcribuntur. Sed non ita temerarij ſumus, vt ſine codicis auctoritate admittamus. Valde tamen arridet coniectura. Feſtus Auienus:

—*inſtanti ſimilis ſimiliſque minanti.* Ex illo Arati ἐλάοντι ἐοικώς. Sed de hoc alibi diximus. Porro hoc argumentum tractat Firmicus libro VIII.

v.22. *proiecta iacent animalia cuncta.*] Manifeſto expreſſit illa Orphei.

θῆράς τ' οἰωνούς τε βροτῶν τ' ἀλιτήρια φῦλα
ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα * *

εἰδότες οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι
φράδμονες, οὔτε πολὺ μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος
οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαί τε καὶ ἔρξαι,
ἀλλὰ μάτην οὕτως ἀδαήμονες ——

In ſecundo verſu tale quid deeſt.

ἄχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα, θῆρες ἄναυδοι.

Ibid. *Proiecta iacet*] ἄχθεα γῆς. —*vel merſa vadis, vel in aere pendent.* θηρές τ' οἰωνοί τε. *Omnibus vna quies venter.* quod proiecta, & quod ἄχθεα γῆς. *& quia conſilium non eſt.* Plane illud : εἰδότες οὔτε κακοῖο, &c. item, οὐδ' ἀγαθοῦ παρεόντος, &c.

v.25. *Et quia conſilium non eſt.*] Ariſtoteli in Nichomacheis λογισμὸς dicitur, quod hic *conſilium*. Eo dicit carere bruta, quia neque προαίρεσιν habent.

v. 28. *Hic partus, qui cuncta regit.*] *Hic partus*, homo ſcilicet. Ita intelligemus, ſi hanc lectionem retinemus. Sed reclamat Gemblacenſis. *Hic partus quicunque regit.* Nos non dubitamus Manilium ſcripſiſſe :

Hic artus quicunque regit, ſeceſſit in orbem.

Spiritus ſcilicet, de quo eſt ſermo, quo homo præditus, beſtiæ autem, vt inquit, carent. Neque dubitandum. Virgilius :

—— *dum ſpiritus hos reget artus.* Infra :
Sic animi ſedes tenui ſub corde locata
Per totum anguſto regnat de limite corpus.

Eandem rem mutatis verbis dixit. Sequentia magis probant. Nam dicit eum eſſe erectum in arce capitis. Deinde quam leue eſſet partum accipere pro homine?

Pag.108. v. 1. *cælum ſcrutatur in aluo.*] Malim *in alto.* Nam dicit : —— *ad ſidera mittit Sidereos oculos.* quod vetus poeta dixit : αὐγάζω πρὸς ὄλυμπον ἀπαρθένητοι προσώποις.

v.2. *Cognatumque ſequens corpus ſic quærit in aſtris.*] *ſe quærit in aſtris.*

v. 5. *An minus eſt.*] An difficile eſt huic arti credere: aruſpicinæ autem & Etruſcæ diſciplinæ credetur?

v.7. *Atque adeo.*] *Atqui adeo.*

v.16. *Quod valet, immenſum eſt.*] *Quo valet.* Sic Plinius: *valet aureo nummo.*

v.20. *Quodque vident oculi.*] *Quoque vident.* ——

v.26. *Iam facit ipſe Deos.*] ἀποθέωσις Cai Cæſaris. Aug. Cæſar:

Iis ipſis

Iis ipſis ludorum meorum diebus ſidus crinitum per ſeptem dies in regione cœli, quæ ſub Septentrionibus eſt, conſpectum. Id oriebatur circa vndecimam horam diei, clarumque & omnibus terris conſpicuum fuit. Eo ſidere ſignificari volgus credidit Cæſaris animam inter Deorum immortalium numina receptam. quo nomine id inſigne capiti ſimulacri eius, quod mox in foro conſecrauimus, adiectum eſt.

Ibid. *mittitque ad ſidera numen.*] Statius: *— & ſidera dones.*

v. 27. *Maius & Auguſto creſcit.*] In Gemblacenſi, *creſcet.* Ita intelligendum fuerit de futura apotheoſi Auguſti. Sed nihil mutandum.

IOSEPHI

IOSEPHI SCALIGERI IVL. CÆS. F. IN APOTELESMATA Sphæræ Barbaricæ M. MANILI CASTIGATIONES ET NOTÆ.

Hic liber continet alteram partem Apoteleſmatum, quæ a ſtellis claris cum aliquo Zodiaci ſigno ſurgentibus ducuntur: & vocantur prima apoteleſmata Sphæræ barbaricæ. Nam duæ ſunt partes Sphæræ barbaricæ. Prior hæc ipſa, quæ verſatur circa clara ſidera, quæ cum aliquo ſigno aut oriuntur aut occidunt. Ea eſt, quam nunc tractat noſter. Græcis dicitur *ἀστέρων συνθέσεις ἐκ τῆς συνανατολῆς καὶ τῆς συγκαταδύσεως.* quanquam hic nulla ratio *συνθέσεως*, hoc eſt *σχηματισμοῦ*, ſed potius *συνανατολῆς.* Alterius partis rurſus duæ partes ſunt: quarum altera ſingulas Signorum partes, quas *μονομοιρίας* vocabant, & minutias partium ſcrutatur, quam curioſitatem Ægyptij eorum deliriorum magiſtri Myriogeneſin nominarũt, quanquam ſi Græce loqui volebant, non *μυριογένεσιν*, ſed *μυριογενεσίαν* dicendum erat: altera tractat eas ſtellas, quæ claræ ſunt in corporibus eorum ſignorum. Inuentores harum ſubtilium atq. argutarum nugarum Petoſiris ac Necepſo, item Æſculapius ille priſcus Ægyptius. Sphæra Barbarica vocatur, hoc eſt Ægyptiaca. Nam apud Firmicum

micum barbarica ratio eſt Ægyptiaca ratio. Rurſus apud eundem Firmicum barbarica ratio dicitur, quæ alibi vocatur Myriogeneſis Æſculapij. Dicta vero Barbarica Sphæra ad diſtinctionem Græcanicæ. P. Nigidius φαινόμενα ad inclinationem vtriuſque cæli Ægyptiaci, & Græcanici ſcripſit. Alterum librum vocauit Sphæram barbaricam, alterum Sphæram Græcanicam. Apud vetuſtiſſimum Virgilianum interpretem Danielis noſtri ita memini legere: Nigidius Sphæræ Barbaricæ: *Sub Virginis ſigno Arator, quem Oron Ægyptij vocant: quod Oron Oſiridis filium ab hoc educatum dicunt.* Vides Nigidium in Sphæra barbarica tractaſſe, quæ ad φαινόμενα Ægypti pertinet. Probus in primum Georgicon ait, ambas Vrſas, Elicen & Cynoſuram in Sphæra Barbarica plauſtrum vocari. Idem Virgilianus interpres P. Danielis: *Nigidius in Sphæra Græcanica nouum annum æquinoctium vernale memorat.* Item alibi: *Nigidius Sphæra Græcanica: Oritur enim Canicula cum Cancro: in columen venit cum Geminis: occidit cum Tauro.* Igitur barbarica, id eſt, Ægyptiaca ad differentiam Græcanici climatis. Firmicus, quum hæc apoteleſmata ſcriberet, imo ex Manilio ad verbum deſcriberet, ait cognitionem Sphæræ barbaricæ Græcis multis, & omnibus ferme Romanis incognitam, & ab AEgyptiis ſolis obſeruatam. Et ſane ortus & obitus quarundam ſtellarum fixarum, qui in illis apoteleſmatis a Firmico tractantur, cælo AEgyptio tantum conueniunt. Nam Cepheus in Græcia & Helleſponto capite tantum occidit, vt auctor etiam eſt Hipparchus. Radit enim, &, vt Aratus ait, ἐπιξύει punctum Finitoris Græcanici. At in Sphæra barbarica ex eius ortu & occaſu apoteleſmata pronunciantur. Idem dicas de Caſſiepea & aliis, quæ intra circulum ἀειφανῆ Græciæ continentur. Illa enim oriuntur & occidunt ἐν τῇ κάτω χώρᾳ, & in partibus Memphidis, & ſupra: propterea quod ad auſtrum pergentibus polus deprimitur. Nam omnia ſigna, quæ ſunt intra XXXVII gradum a polo, ea in Græcia nunquam occidunt. Ipſis contra. Hoc eſt, quod Lucanus declamauit:

Te, ſegnis Cynoſura ſubit. tu ſicca profundo
Mergi plauſtra putas: nullumque in vertice ſummo
Sidus habes immune maris. procul axis vterque eſt:
Et fuga ſignorum medio rapit omnia cælo.

Loquitur de Ioue Ammone, qui propemodum eſt ſub eadem in-

 clinatione,

clinatione,qua media Ægyptus. Sed de errore Lucani alibi. Quare non eſt audiendus delitiæ humani generis Picus Mirandula, qui τὰ φαινόμενα putat ſimpliciter dici Sphæram barbaricam. Eius hæc verba ſunt ex VIII in Aſtrologos: *Si ſphæram Arati cum barbarica ſphæra contuleris, diſſentire plerunque, & diſſonare eas videbis.* Atqui Sphæra barbarica eſt quidem ſtellarum fixarum theoria, ſed non omnis climatis, quum ſit AEgyptiaci tantum: neque adeo ſimplex θεωρία, ſed tantum τῶν συγκαταδύντων καὶ συμπαρατελλόντων. Itaque ſphæra barbarica non magis poteſt conuenire Arateis Phænomenis, quam inclinatio cæli AEgyptiaci inclinationi Græcanici. Minus vero prudenter Manilius & Firmicus eam nobis proponunt, quæ citra cælum AEgyptiacum variat. Nam Manilius Romæ, ille in Calabria, aut Sicilia ſcribens quo ore iubent obſeruare Cepheum alter orientem alio tẽpore in AEgypto ac in Italia, alter occidentem nunquam in Italia? Nam quæ nobis oriuntur & occidunt, illa tamen diuerſo tempore illis, ac nobis occidunt. AEgyptiis igitur tantum ea obſeruatio competit. Denique falſa tempora ortuum nobis tradunt, vt non pueriliter ſed ſtolide errauerint. Statim in principio Manilius ait Nauem oriri in quarta parte Arietis. Nam ſtella clara, quæ in clauo eſt, quam Canopum appellant, & prima eſt totius nauis, quam πολεμαῖον vocat etiam Germanici interpres, temporibus Metonis, hoc eſt, ante bis mille & triginta annos oriebâtur in finitore barbarico cum XXIII Cancri. Nos locis ſuis craſſos illos errores caſtigabimus. Fuit Manilius imperitiſſimus earum rerum, quas tractabat, & quæ ab aliis ſcripta legit, ea ſatis habuit ſiné delectu verſibus concipere. Nam de Firmico tam nobis conſtat omnis matheſeos imperitum fuiſſe, quam ipſemet omnibus locis ſe talem prodit. Quia vero nos primi quid eſſet ſphæra barbarica indicauimus, primi etiam hunc quintum librum Manilij ſphæræ barbaricæ apoteleſmata eſſe aperuimus: ſi apud ingenuos animos id alicuius gratiæ eſt, cumulabimus illud duarum ſphærarum acceſſione, Perſicæ & Indicæ, quibus etiam adiiciemus barbaricam ex Ptolemæo, auctore doctiſſimo Aben-Ezra, ex quo & reliquas duas hauſimus, vt in eius luculentiſſimo libro extant, cui ipſe titulum fecit *Initium Sapientiæ*, quem manu ſcriptum penes nos habemus cum aliis operibus eiuſdem Magiſtri. Ex eo igitur eximio libro ortus ſphæræ

Perſicæ

Perſicæ primo apponemus, ſecundo ſphæræ Indicæ, tertio ſphæræ barbaricæ Ptolemaicæ, vt extat apud illum Magiſtrum Iudæum hominem ſupra captum Iudæorum. Diuidit autem ſingula ſigna in ternos Decanos, quos ipſe vocat פָּנִים, vt ſupra in Apoteleſmatis tetigimus. Quæ oriantur in quoque Decano ſecundum clima ſuum, apponit, vt habes in exemplo. Egregia eſt cognitio tantæ diuerſitatis *μορφώσεων*, vt ſi Taurus natos ſub ſe agricolas facit apud Græcos & AEgyptios, apud Perſas eodem tempore alia *μόρφωσις* reges faciet, apud Indos alia alios. Futilia commenta *τῆς ματαιοτεχνίας* nihil magis confutat, quam *τῆς ματαιοτεχνίας* perfecta cognitio.

SPHÆRARVM PERSICÆ INDICÆ ET BARBARICÆ ortus ex libro Aben Ezræ Iudæorum doctiſſimi.

ARIES.

DECANVS PRIMVS ARIETIS.

SPHÆRA PERSICA.

Aſcendit Figura mulieris. Ipſa eſt סְאִירָה. Cauda Piſcis ex mari inſtar viperæ in felle. Trigonum. Figura Tauri.

SPHÆRA INDICA.

Figura Canis, in cuius ſiniſtro pede anteriore lucerna, dextro clauis. CANDE Philoſophus Indorum dicit aſcendere AEthiopem oculis nigris, ſuperciliis extenſis. Eſt autem de Gigantibus, iactabundus, obuolutus pallio albo magno, fune præcincto.

SPHÆRA BARBARICA.

Caſſiepea, genua eius; manus ſiniſtra, & dimidiatum tergum Andromedæ, vna cum pudendis eius, & fimbriis, & piſce poſteriore, & particula fili linei.

DECANVS SECVNDVS ARIETIS.

SPHÆRA PERSICA.

Ambo Piſces. Medietas trigoni. Dimidium beſtiæ Mulier,

lier, in cuius capite eſt pecten. Lorica ænea. Caput Dæmonis.

SPHÆRA INDICA.

Figura mulieris veſtimentis obuolutæ & pallio, vnipede figura equina.

SPHÆRA BARBARICA.

Caſſiepea, caput Perſei cum vola manus dextræ eius. Fimbriæ Andromedæ, & pedes eius. Triangulum. Caput Arietis, cornua eius. Reliquum de filo lineo.

DECANVS TERTIVS ARIETIS.

SPHÆRA PERSICA.

Iuuenis in ſolio ſedens cooperto, in cuius manu ſunt חְרָפִים Idola. Homo demiſſo deorſum capite, vociferans ad Deum. Pectus Piſcis cum capite eius. Reſiduum Trigoni. Alterum dimidium Hydræ.

SPHÆRA INDICA.

Homo flauus, capillitio rufo, iracundus, componens ſeſe ad ſtatum pugnæ: in cuius manibus ſunt inaures ligneæ, & virga: veſtes vero eius ſunt rubræ. Eſt autem ipſe faber ferrarius, qui quum paratus ſit bene facere, non poſſit tamen.

SPHÆRA BARBARICA.

Perſeus. Corpus Arietis.

TAVRVS.

DECANVS PRIMVS TAVRI.

SPHÆRA PERSICA.

Strenuus manu ſiniſtra enſem geſtans, manu dextra virgam. Super eius humeris ſunt duæ lucernæ. Nauis magna. Supra eam Leo, cui inſidet homo nudus. Subter naui dimidium cadaueris mulieris mortuæ. Figura hominis.

SPHÆRA INDICA.

Mulier capillata, quæ filium habet, induta veſtimentis ſemiuſtulatis.

SPHÆRA BARBARICA.

Dimidium Perſei cum cauda Arietis. Fuſio aquæ, quæ eſt in extremitate fluuij.

DECANVS SECVNDVS TAVRI.

SPHÆRA PERSICA.

Nauis, in qua eſt homo iniiciens manum in clauem. Dimidium cadaueris mulieris mortuæ.

SPHÆRA INDICA.

Homo vultu & corpore ſimilis arieti, digitis inſtar vngularum caprinarum, cuius vxor ſimilis Tauro, calidus, vehemens nunquam ſibi requiem dans, cultor aruorum, educens boues ad arandum & ſerendum. Item alia figura ſpecioſa, in cuius manu dextra virga, eleuans manum ſiniſtram.

SPHÆRA BARBARICA.

Genua Perſei, crura, pedes. Taurus, cornua eius, pedes anteriores, venter, pes dexter. Caput fluminis, & medietas eius.

DECANVS TERTIVS TAVRI.

SPHÆRA PERSICA.

Finis corporis eius, cui caput ſimile canino. Homo ſtans in manu tenens beſtiam, habens duo plauſtra, quibus (ſingulis) inſidet iuuenis agnum tenens, binis equis plauſtra trahentibus.

SPHÆRA INDICA.

Homo albis pedibus & dentibus, adeoque longis, vt extent extra labra, colore oculorum & capillorum rubro, corpore elephanti ſimili, & Leonis, impos mentis, animo ad malefaciendum deſtinato, ſedens in accubitali. Equus, currus, canis, vitulus paruus.

SPHÆRA BARBARICA.

Pes Perſei dexter. Humerus Heniochi, caput eius, genua, manus ſiniſtra. Cornu & finis Tauri. Initium fluminis.

GEMINI.

DECANVS PRIMVS GEMINORVM.

SPHÆRA PERSICA.

Cauda figuræ, cuius caput ſimile canino. Homo manu tenens virgam. A partibus Auſtrinis duo plauſtra, binis equis trahentibus. Singuli homines plauſtrorum rectores. Caput beſtiæ cornutæ.

SPHÆRA INDICA.

Mulier famoſa in aere ſtans, perita ſuendi (Sarcinatrix.)

SPHÆRA BARBARICA.

Caput Heniochi, pes eius dexter. Cornu Tauri, humerus canis, pes eius ſiniſter. Caput leporis, pedes eius anteriores.

DECANVS SECVNDVS GEMINORVM.

SPHÆRA PERSICA.

Homo tenens inſtrumentum muſicum aureum, quo canit. Beſtia arbori inſiſtens. Lupus, in cuius anteriore pede eſt ſignum.

SPHÆRA INDICA.

Æthiops vinctus caput plumbo, manu ſcutũ tenens, in capite galeam ferream geſtans, ſuper qua eſt corona ſerica, in manu habens arcum & ſagittas, amans riſum & ioca, deambulans in horto floribus & arboribus conſito, tenens pondera ſtateræ, quæ manibus inter ſe percutit, inter modulandum flores horti carpens.

SPHÆRA BARBARICA.

Vola pedis Heniochi dextera. Alter pes Tauri poſterior. Manus Orionis, humerus eius, caput, pectus, cingulum, pes. Pectus Leporis, & cauda eius.

DECANVS TERTIVS GEMINORVM.

SPHÆRA PERSICA.

Figura hominis trepidabundi, capite tiaram, manu inſtrumentum muſicum geſtantis cum neruiis aureis. Canis latrans. Delfinus. Inſtar Simiæ. Subula ſarcinatoria. Dimidium prius Vrſæ minoris. Cauda beſtiæ cornutæ.

SPHÆRA INDICA.

Homo quærens ſcutum, & tamen habens ſcutum & Pharetram, manu geſtans ſagittam, & veſtes & monile gemmeum: cui cordi eſt modulari, ridere, iocari omni genere iocorum.

SPHÆRA BARBARICA.

Poſterior Geminorũ, manus eius, cauda, pes dexter, pudenda. Cauda Leporis. Os canis, pes anterior & poſterior dextri. Clauus nauis anterior. Dimidium claui poſterioris.

CANCER

CANCER.

DECANVS PRIMVS CANCRI.

Sphæra perſica.

Vrſa maior poſterior. Tota figura inuoluta veſtibus innixa figuræ pſalléti. Porcus ferreus, capite æneo, Puella quædam virgo.

Sphæra indica.

Iuuenis pulchra ſpecie indutus veſtibus, cum monili, in cuius vultu & digitis eſt quædam diſtortio, corpore ſimili equino & elephantino, pedibus albis, delicatis fructibus e corpore eius pendentibus, inſtar arborum, habitans in viridario caſiam aromaticam producente.

Sphæra barbarica.

Facies vrſæ maioris. Caput Geminorum prioris & poſterioris, manus eius. Canis minuſculus. Reſiduum de cane maiuſculo. Venter nauis.

DECANVS SECVNDVS CANCRI.

Sphæra perſica.

Adoleſcentula virgo ſimilis nubi. Dimidium canis. Dimidium auricularum aſini Septentrionalis.

Sphæra indica.

Puella pulchro eloquio, in capite habens coronam murteam, in manu virgam ligneam, libenter affectans vinum & muſicam.

Sphæra barbarica.

Caput Vrſæ maioris. Chela Cancri poſterior. Venter nauis.

DECANVS TERTIVS CANCRI.

Sphæra perſica.

Adoleſcentula virgo incedens nunc orientē nunc occidentem verſus. Canis poſterior. Alterum dimidium auricularum Aſini Septemtrionalis. Alter Aſinus auſtrinus.

Sphæra indica.

Homo pede ſimili pedi beſtiæ in corpore habens beſtiam, cogitans nauem inſcendere nauigandi cauſſa, ad importandum aurum, & argentum, anulis vxorum eius fabricandis.

Sphæra barbarica.

Ceruis

Ceruix Vrſæ maioris,pes anterior dexter eius. Cornua Cancri. Caput Orionis. Finis nauiculæ.

LEO.

DECANVS PRIMVS LEONIS.

SPHÆRA PERSICA.

Vrſus. Canis,in cuius dorſo arcus.Dimidium nauiculæ, in qua ſunt eius nautæ. Caput beſtiæ nigræ. Caput Equi. Caput Aſini.

SPHÆRA INDICA.

Arbor magna, in cuius ramis eſt canis, & auis Ciconia (הָרְחָמָה)Homo indutus veſtimẽtis delicatis,inquinatis tamen, habens in animo patrem ſuum verberare. Eques reſpiciens ad partes Septentrionis.

SPHÆRA BARBARICA.

Forma Vrſæ maioris,anterior pes eius ſiniſter. Vertex Leonis. Ceruix Orionis. Dimidium nauis.

DECANVS SECVNDVS LEONIS.

SPHÆRA PERSICA.

Idolum manus ſurſum eleuans, magna voce vociferans, modulabundus ſaltans. Par telorum. Calix vitreus. Inſtrumentum muſicum ex cornibus capreolorum. Alterum dimidium nauis. Oculus beſtiæ. Medietas Equi. Medietas Aſini.

SPHÆRA INDICA.

Homo naribus tenuiſſimis, in capite inſtar coronæ habens de myrto alba,in manu autem arcus,iracundus, furore Leonino, opertus pallio coloris Leonini.

SPHÆRA BARBARICA.

Labrum Vrſæ maioris,pes eius dexter. Ceruix Leonis. Medietas Orionis. Prora nauis.

DECANVS TERTIVS LEONIS.

SPHÆRA PERSICA.

Figura iuuenis,cuius magiſterium eſt beſtias ducere,geſtantis manu flagrum,plauſtrum trahentis, in cuius medio ſedet homo, & puer paruus vna cum eo, manu ſiniſtra veſtem tenentis. Coruus. Medietas beſtiæ nigræ. Finis Equi. Finis Aſini.

SPHÆRA

SPHÆRA INDICA.

Æthiops inquinatus, fatigatus, qui tamen ipſe eſt commodus, & delitiæ in ore eius & caro in manu eius.

SPHÆRA BARBARICA.

Figura Vrſæ maioris, medietas eius. Pars Orionis,

VIRGO.

DECANVS PRIMVS VIRGINIS.

SPHÆRA PERSICA.

Virgo pulchra, capillitio prolixo, duas ſpicas manu geſtans, ſedens in ſiliquaſtro, educans puerulum, lactans, & cibans eum. Homo in eodem ſiliquaſtro ſedens. Stella nomine SPICA poſterior, quam beſtia. Caput corui. Caput beſtiæ.

SPHÆRA INDICA.

Virgo inuoluta pallio, veſtimentis obſoletis induta, manu vectem (בך) tenens, ſtans in medio ſanguinis, habens in animo ire domum patris.

SPHÆRA BARBARICA.

Pars caudæ Draconis. Poſteriora Vrſæ, cauda eius. Crater, qui eſt ſuper capite Orionis. Pars de corpore Orionis.

DECANVS SECVNDVS VIRGINIS.

SPHÆRA PERSICA.

Figura complodens manus ſuas, plagata (מוגפת) Homo dimidiatæ figuræ capite inſtar Taurini, in manu ſua habens dimidium viri nudi. Dimidium trabis, in cuius extremo vomer terram proſcindens. Cauda beſtiæ nigræ cum dimidio Leonis.

SPHÆRA INDICA.

Æthiops totus pilis obſitus, cui tres veſtes ſuperiectæ ſunt, prima ſcortea, ſecunda ſerica, tertia eſt pallium rubrum, in manu tenens attramentarium ad rationem putandam.

SPHÆRA BARBARICA.

Pars caudæ Draconis. Cauda Vrſæ maioris. Capus Virginis, humerus eius. Caput corui, alæ & os eius.

DECANVS TERTIVS VIRGINIS.

SPHÆRA PERSICA.

Reſiduum de dimidio figuræ. Alterum dimidium hominis nudi. Alterum dimidium caudæ Leonis. Perdix. Duæ ſpicæ. Dimidium hominis paſtoris.

SPHÆRA INDICA.

Mulier candida iactabunda, induta palla tincta, manibus leuatis protenſis, Deum implorans ſupplex.

SPHÆRA BARBARICA.

Pars caudæ Draconis. Finis caudæ Draconis. Vrſæ maioris. Humerus Simiæ auſtralis, pars pectoris eius. Coruus. Pes beſtiæ.

LIBRA.

DECANVS PRIMVS LIBRÆ.

SPHÆRA PERSICA.

Figura hominis iracundi manu ſiniſtra libram tenentis, dextra libros ſcriptos. Pone eum ſequitur homo equo vehens, & pſallens. Caput Draconis. Principium fluuij aurei. Philoſophi Perſarum vocant eum Vrſam maiorem. Pars nauiculæ.

SPHÆRA INDICA.

Homo in taberna inſtitoria in foro manu tenens ſtateram ad emendum & vendendum.

SPHÆRA BARBARICA.

Medietas caudæ Vrſæ maioris. Medietas corporis Virginis, vola eius ſiniſtra, in qua Spica. Cauda corui. Pars de cauda Orionis. Pars caudæ Equi, & tergi eius.

DECANVS SECVNDVS LIBRÆ.

SPHÆRA PERSICA.

Homo ducens plauſtrum, in cuius medio homo geſtans manu flagrum, & cum eo homo indutus veſtimentis ſericis; ipſe vero ſedet ſuper lecto. Iuuenis paruus. Medietas nauis. Medietas Draconis. Medietas Vrſæ maioris. Fons aquæ.

SPHÆRA INDICA.

Homo figura Aquilæ, nudus, ſitibundus, cogitans in aerem auolare.

SPHÆRA BARBARICA.

Cauda Draconis. Pars caudæ Vrſæ maioris. Pars fimbriatum Virginis.

DECANVS TERTIVS LIBRÆ.

SPHÆRA PERSICA.

Finis nauis ad finem maris aurei. Vertex hominis nudi, manum ſuam capiti imponentis. Corona ſuper capitibus duorum virorum binis cornibus præditorum.

SPHÆRA INDICA.

Homo vultu inſtar equini, manu tenens arcum & ſagittas.

SPHÆRA BARBARICA.

Pars caudæ Draconis, pedes anteriores eius, brachia, genua dextra. Pars fimbriatum Virginis; pedes eius.

SCORPIVS.

DECANVS PRIMVS SCORPII.

SPHÆRA PERSICA.

Poſteriora Equi. Poſteriora Tauri. Niger manu tenẽs virgam.

SPHÆRA INDICA.

Figura mulieris ſpecioſæ, corpore rufo, cõmedens.

SPHÆRA BARBARICA.

Pes anterior Vrſæ minoris. Caput canis, brachium eius dextrum. Medietas Libræ.

DECANVS SECVNDVS SCORPII.

SPHÆRA PERSICA.

Homo nudus. Dimidium Equi. Dimidium Tauri.

SPHÆRA INDICA.

Mulier egreſſa ex ædibus ſuis, nuda, nihil prorſus habens, recipiens ſe in mare.

SPHÆRA BARBARICA.

Finis pedis anterioris Vrſæ minoris. Pars caudæ Draconis. Corona Septentrionis. Pudenda (Signi) Libræ; pedes eius. Corona Scorpii.

DECANVS TERTIVS SCORPII.

SPHÆRA PERSICA.

Initium Equi. Caput eius, qui fert Leporem. Initium Tauri.

SPHÆRA INDICA.

Canis. Duo porci. Pardus magnus pilo albo. Quædam ſpecies venationis.

SPHÆRA BARBARICA.

Figura Vrſæ minoris. Pes τοῦ ἐν γόνασιν, humerus eius, brachium dextrum. Venter Scorpij. Caput Thuribuli.

SAGITTARIVS.

DECANVS PRIMVS SAGITTARII.

SPHÆRA PERSICA.

Figura hominis nudi. Eſt autem inuerſus, & ſuper capite eius coruus. Corpus canis feminæ. Caput capræ.

SPHÆRA INDICA.

Nudus a capite, ad vmbilicum inſtar hominis: ab vmbilico deorſum inſtar equi, in manu geſtans arcum & ſagittas, & vociferans.

SPHÆRA BARBARICA.

Ceruix Vrſæ minoris. Pars caudæ Draconis. Caudæ Ingeniculi: vertebræ colli, & caput eius. Finis Scorpij, ſpondili, qui ſunt in cauda eius. Dorſum Thuribuli.

DECANVS SECVNDVS SAGITTARII.

SPHÆRA PERSICA.

Figura tenens dextra ſua cornua capri. Caput feræ. Dimidium Leporis. Dimidium nauis. Prius dimidium Delphini. Prius dimipium חמרות.

SPHÆRA INDICA.

Figura mulieris formoſæ, capillatæ, indutæ veſtibus, & funiculis, cum circulis in auriculis eius. Coram ea eſt arcula aperta, in qua eſt monile gemmeum.

SPHÆRA BARBARICA.

Pectus Vrſæ minoris. Dimidium dorſi Draconis, pars de capite eius. Genua Ingeniculati, brachium eius ſiniſtrum. Pars corporis Hydræ. Sagitta & Pharetra eius. Pars Coronæ auſtralis.

DECANVS TERTIVS SAGITTARII.

SPHÆRA PERSICA.

Figura Canis & Equi. Dorſum feræ. Dorſum Leporis. Reſiduum corporis Leonis. Dimidium alterum nauis. Reſiduum Delphini. Cauda Sciſlionis (סְסְמִירה)Dimidium Vrſæ maioris.

SPHÆRA INDICA.

Homo ſplendore vultus inſtar auri, in manu habens inſtar circuli lignei, tectus oſtio fabricato de cortice lignorum.

SPHÆRA BARBARICA.

Medietas corporis Vrſæ minoris. Medietas corporis Draconis, vertex eius. Pars corporis Aquilæ cadentis. Caput Sagittarij, humerus, pes eius. Corona auſtralis.

CAPRICORNVS.

DECANVS PRIMVS CAPRICORNI.

SPHÆRA PERSICA.

Dimidium alterum Vrſæ maioris. Figura mulieris modulantis. Caput Piſcis magni. Fons aquæ malæ. Corpus Simiæ, caput eius. Caput Canis.

SPHÆRA INDICA.

Æthiops iracundus corpore inſtar corporis porci obeſi, hirſutus multo pilo, dentibus acutis & longis longitudine trabali, habens ſtimulum boum. Piſcabundus piſces.

SPHÆRA BARBARICA.

Medietas corporis Vrſæ minoris, ceruix eius. Finis Aquilæ cadentis.

DECANVS SECVNDVS CAPRICORNI.

SPHÆRA PERSICA.

Mulier ſuper lecto ſedens, cum qua eſt vitis. Piſcis magnus. Dimidium plauſtri.

SPHÆRA INDICA.

Mulier nigra cooperta pallio, equitans.

SPHÆRA BARBARICA.

Finis Vrſæ minoris. Pars Draconis. Ala Gallinæ dextera, ceruix & caput eius. Corpus Aquilæ volantis. Media Capri. Vertex eius.

DECANVS TERTIVS CAPRICORNI.

SPHÆRA PERSICA.

Cauda Piſcis. Finis oculi malefici. Finis Simiæ. Alterum dimidium plauſtri. Dimidium figuræ ſine capite, quia caput eius eſt in manu eius.

SPHÆRA INDICA.

Mulier nigra, cuius manus idoneæ ad omne opus faciendum, & opificium ſericum.

SPHÆRA BARBARICA.

Pars Draconis. Finis corporis Gallinæ, pes eius dexter, & ala eius ſiniſtra. Delphinus. Medietas corporis capri. Cauda Piſcis.

AQVARIVS.

DECANVS PRIMVS AQVARII.

SPHÆRA PERSICA.

Caput enſem manu geſtantis (*τοῦ ξιφήρους.*) Caput eius, qui eſt capite nigro (*τοῦ μελαγκορύφου.*) & piſcatur piſces.

SPHÆRA INDICA.

Æthiops faber ærarius.

SPHÆRA BARBARICA.

Finis caudæ Vrſæ minoris. Pes Gallinæ. Caput Equi prioris. Tergus & cauda Capricorni.

DECANVS SECVNDVS AQVARII.

SPHÆRA PERSICA.

Corpus Equi. Ala Auis, quæ piſcatur piſces.

SPHÆRA INDICA.

Homo Æthiops niger, longa barba, manu arcum geſtans, & ſagittas, & ſacculos, in quibus ſunt lapides precioſi, aut aurum.

SPHÆRA BARBARICA.

Cauda Vrſæ minoris. Corpus Equi poſterioris, caput eius. Initium Aquarij. Medietas ventris piſcis auſtralis.

DECANVS TERTIVS AQVARII.

SPHÆRA PERSICA.

Gallina. Poſteriora eius, qui in manu habet Equum. Finis auis, quæ piſcatur piſces.

SPHÆRA INDICA.

Homo iracundus, fraudulentus (רַמַּאי) piloſis auribs, cui impoſita eſt corona de circulis ligneis.

SPHÆRA BARBARICA.

Cauda Vrſæ minoris. Corpus Equi. Finis Aquarij. Caput piſcis auſtrini.

PISCES.

DECANVS PRIMVS PISCIVM.

SPHÆRA PERSICA.

Caput dimidiati equi habentis alas duas, Initium fluminis. Cauda Piſcis, qui vocatur Crocodilus (תִּמְסָח)

SPHÆRA INDICA.

Homo indutus veſtibus precioſis in manu habens vas ferreum, pergens domum ſuam.

SPHÆRA BARBARICA.

Cauda Vrſæ prioris. Manus Caſſiepeæ. Venter equi alterius. Initium piſcis prioris.

DECANVS SECVNDVS PISCIVM.

SPHÆRA PERSICA.

Dimidium fluminis. Alterum dimidium Ingeniculi.

SPHÆRA INDICA.

Mulier formoſa alba ſedens in naui in mari, & cupiens exire in ſiccum.

SPHÆRA BARBARICA.

Caudæ Vrſæ minoris. Manus Caſſiepeæ. Humerus Andromedæ. Caput mulieris ſociatæ cum equo.. Poſteriora Piſcis prioris.

DECANVS TERTIVS PISCIVM.

SPHÆRA PERSICA.

Finis fluminis. Finis piſcis, qui vocatur Crocodilus. Reſiſiduum Ingeniculi.

SPHÆRA INDICA.

Homo nudus, cuius pes eſt in ventre eius, in manu habens lanceam, vociferans & terrens latrones.

Finis caudæ Vrſæ minoris. Medietas Caſſiepeæ. Pectus Andromedæ. Pars vinculi linei. Poſteriora viperæ.

Atque hæc Aben-Ezra ex priſcorum Arabum monumentis, qui illa ex Indorum & Perſarũ parapegmatis in ſua trãſtulerunt. Sphæra Barbarica hic ſatis ad veram rationem & finitorem Ægypti relata eſt, præter quam in Ariete. Nam in tribus decanis mala fide redditum eſt de Andromeda & Caſſiepea. Hebræi ex Arabibus μορφώσεις cæleſtes in ſuam linguam vertentes Perſeum, exemplo Arabum, hominem portantem caput diaboli, Caſſiepeam, mulierem ſedentem in ſolio, Andromedam, mulierem quæ non habet virum, Orionem gigantem belligerantem vertunt, & alia, quæ nos ſuis nominibus Græcis reddimus, ne κακοζηλίαν eſſemus. quod tamen quidam ſcioli ambitioſi tantum abeſt, vt deuitaſſent, vt parati ſint nobis vitio vertere, quod non omnia ad verbum reddidimus, ſi quando ille liber nunquam hactenus Hebraice editus in eorum manus incidat. Vides quantum apoteleſmata Perſica ab Indicis, & vtraque a Barbaricis, & Græcis diſcrepare neceſſe ſit, ſi tales homines euadunt, qualia ſunt τὰ ζώδια, ſub quibus naſcuntur. Non ingrata hæc fore ſperamus non ſolum Manilij ſed antiquitatis & humaniorum literarum ſtudioſis.

Pag. 109. v. 10. *Sic alius.*] Gemblacen. *Hic alius*, vt etiam nos olim. Multi, inquit, contenti illis, quæ expoſuimus, Zodiaci ſola apoteleſmata ſufficere dixiſſent, non admixtis inerrantium auxiliis. Nam Zodiaco tenus Agyrtæ Aſtrologi apoteleſmata promittebant. Propertius:

Aſpicienda via eſt cæli, verſuſque per aſtra
Limes, & a ſtellis quinque petenda fides.

Ibid. *Sic alius fuiſſet opus, ſigniſque relatis.*] Gemblac. melius:
Hic alius finiſſet iter, ſigniſque relictis, &c. Nam *iter* melius hic conuenire, ſequentia probant. *Signis relictis*, deſiſtens in ipſis ſignis.

v. 11. *ſtellarum numina quinque.*] *lumina.*

v. 19. *Me properare viam Mundus iubet.*] Gemblacenſis lectio multum diſcrepat, & quidem non deterior vulgari:
Me properare viam Mundi lubet.———

Ibid.

Ibid. *Me properare viam.*] Differentia Matheſeos vulgatis & Sphæræ barbaricæ.

v.29. *Cui vota ſoluit Olympus.*] *votum* Gemblac. & nos olim.

Pag.110. v.1. *Andromedamque necat genitor.*] Optime Gemb. *Andromedamque negans genitor. negans* abdicans eam, vtpote quam Ceto tanquam alienam expoſuerit. Hinc Cicero in Arateis:

Andromeda aufugiens aſpectum mœſta parentis.

v.6. *Quid valeant ortu, quid quum merguntur in vndas.*] Duos libros Sphæræ barbaricæ ſcripſit: in priore, qui eſt hic, quem nunc in manibus habemus, quintus ſcilicet operis Maniliani, tractat, *quid valeant ortu*: in poſteriore tractabat, quid valeant, *quum merguntur in vndas.* Tempore Firmici vterque liber extabat: & ex vtroque apoteleſmata Sphæræ barbaricæ deſumpſit, ita κατ' πόδα in omnibus ſequens Manilium, vt commentarij vicem eſſe poſſit. Sed hominem ingratum piguit profiteri per quem profeciſſet, vt ne nomen quidem eius memorauerit. Vbi errauit Manilius, & ipſe quoque cum duce ſuo errauit. Vbi partem ſigni non appoſuit, ne ipſe quoque. Aliquando etiam perperam auctorem ſuum interpretatur, vt ſuo loco videbitur. Quare iſte liber quintus operis Maniliani tractans de ortibus eſt primus apoteleſmaticus Sphæræ barbaricæ: alter, qui periit, erat ſecundus apoteleſmaticus Sphæræ barbaricæ. Sequebantur ſuffragia Planetarum, de quo libro non ſemel meminit. Ex duobus igitur iſtis libris Manilij, qui perierunt, ſua apoteleſmata Sphæræ barbaricæ concinnauit Firmicus, in quibus & occaſus & decreta planetarum ſimul coniecta ſunt. Neque alia decreta planetarum ſcripſiſſe Manilium credimus.

v.7. *Et quod de bis ſex aſtris par quodque reducat.*] Contaminatiſſima. Gembl. habet: *par quemque reducat.* Lego:

Et quo de bis ſex aſtris pars quemque reducat.

Pars de bis ſex aſtris: ἐπιμολογεῖ τῆ μονομοιρείαν. *Quo reducant quemque.* qualem quemque efficiant αἱ μονομοιρεῖαι. Nam hæc tractatio nihil aliud quam Monomœriæ ſphæræ barbaricæ.

v.8. *Ac ſtellis proprias.*] Lego, *Has ſtellis.* Gemblacenſis vitioſe: *Ab ſtellis.*

v.12. *Colchidis & magicas artes.*] Mendoſa ſunt. Legimus:

Colchidis & magicas artes qui vertere Iolcho
Medeam iuſſit.——— Medea mutauit Colchon Iolcho.

Vtraque vrbs clara veneficiis. Sic dicitur vertere ſolum, vt ſupra: ——— *& vertere Troiam.* & mutare terram terra. Infra: *Mutabit pelago terras.* — Vera eſt lectio, quam edidimus.

v, 14. *Nunc quoque vicinam puppim.*] vicinam Argo Arieti dicens oſtendit ſe τῆς ἀστροθεσίας imperitum eſſe. Similes hallucinationes reperias apud Vitruuium.

Ibid. *Colchidis & magicas.*] Huc faciunt illa ex VI Lucani:

——— & terris hoſpita Colchis
Legit in Æmoniis, quas non aduexerat, herbas.

v. 15. *Ac dextri lateris.*] Lege:

Nunc quoque vicinam puppim, ſeu nauiget, Argo
A dextri lateris ducit regione per aſtra.

Coniungenda vero ſunt illa: ——— *nec pelle immunis ab ipſa*
Nunc quoque vicinam puppim, &c. Vult enim adhuc cum ipſa pelle aurata in cælo Arietem collocatum eſſe. Supra:

Et ſua reſpiciens aurato vellere terga. Verſus ille,
Colchidis & magicas, cum ſequente, vt ingenue dicam quod ſentio, ſuſpecti ſunt ὡς νενοθευμένοι.

v. 16. *Sed quum prima ſuos puppis conſurgit in vndis.*] repone ex Gemblacenſi: ——— *conſurgit in ignes.* Primos ignes puppis vocat, non Canopum, quæ ſtringit orizontem Rhodi, ſed emergit ſupra orizontem Ægyptiacum, & eſt in gubernaculo auſtrali: ſed capiendum de ſtellis, quæ ſunt in gubernaculo aquilonari. Duo enim gubernacula habet Argo, vt & omnis nauis antiquitus. Ælianus lib. IX. cap. XL, & nummi veteres. Textus Bonincontrij agnoſcit *ignes.* Quod autem Argo a puppi oritur, & prora eius latet, ſciunt & mediocriter docti: quod Græcis eſt πρύμναν κρούσασθαι, Latinis vero remos inhibere: quod fit quando Nautæ mutato ſitu in puppim nauim auerſam impellunt, non, vt antea, in proram. Ideo auerſa Argo in cælo fingitur ſita. Aratus:

ἡ δὲ κυνὸς μεγάλοιο κατ' οὐρὴν ἕλκεται Ἀργὼ
Πρυμνόθεν. οὐ γὰρ τῇ γε κατὰ χρέος εἰσὶ κέλευθοι,
Ἀλλ' ὄπιθεν φέρεται τετραμμένη, οἷαι καὶ αὐταὶ
Νῆες. ——— Vide reliqua: quæ quidem non ſatis concepiſſe videtur Auienus. Melius Cicero & Germanicus. Silius libro II. *Conuerſo Tyrios petierunt remige patres.* id eſt πρύμναν κρουσάμενοι. Oritur igitur Argo a puppi, atque adeo Apluſtri ipſo,

cuius ſummitas χηνίσκος dicta a roſtro anſeris, vt etiam viſitur in numiſmatis Romæ Aratus vocat πρύμνης ἀφλαγλώ. Germanicus in ἀνεκδότοις:

——— *Argoæque ratis qua flexile ſignum*
In puppim formatur. ——— vt Aratus:
——— πρύμνης δ' ὅσον εἰς ἀφλαγλώ· Feſtus: ἀφρογησικῶς.
Argo quod curui puppim ſuper attrahit oris
Tingitur, & duro tingit vada cærula roſtro.

curuum os τὸν χηνίσκον vocat, quod poſtea roſtrum: ne intelligas τὸ ἔμβολον τ̃ πρώρας. Hæc deprauata in vulgaribus exemplaribus.

v. 17. *Quatuor in partes quum corniger extulit horas.*] Lege *extulit ora* ex Gemblacenſi. & nos ita olim. Virgilius:

Extulit os ſacrum cælo. ———

Ibid. *Quatuor in partes.*] Mendum ergo eſt in Firmico: *In Arietis parte decima oritur Nauis.* Nam quum Manilium verbatim ſequatur, videtur legendum *quarta*, non *decima.* Sed quæ hæc ſphæra barbarica, nauem oriri in Ægypto in quarta parte Arietis? Monſtrum Aſtrologiæ. Tempore Manilij in finitore barbarico oriebatur ab XI Cancri, ad XXII Virginis, hor. 4. 30″. Vides abſurditatem. Manilius neſciebat quid ſcribebat.

v. 18. *Illo quiſquis erit.*] Qui naſcentur, naucleri erunt, nauicularij, rectores puppis, ſiue gubernatores.

v. 23. *Tiphyn ſuperare trementem.*] Gemblacenſis: ——— *ſuperare triremem.* Latet aliquod mendum. Si Latinum eſſet ſuperare nauem pro adigere, non dubitarem legere:

——— *& in cautes Tiphys ſuperare triremem* tamquam Tiphys alter adigere nauem, per medias cautes Symplegadas. Sed hæc incerta & vulgata lectio proba. Nam tremens in cautes bono gubernatori accommodum.

v. 24. *Tolle iſtos partus.*] Gemblacenſis: *Tolle iſtos ortus.*

v. 25. *Claſſemque ſolutam Sanguine & appulſam terris.*] Nam vt ſoluta eſt ſanguine Iphigeniæ, ita appulſa Proteſilai cæde. Auſonius:

Proteſilae, tibi nomen ſic fata dederunt,
Victima quod Troiæ prima futurus eras.

v. 26. *non inuehet vndis Sidera.*] Quid eſt inuehere vndis Sidera? Bonincontrius: *Non quærent nauta in mari Helicen aut Cynoſuram.* Acute. Inuehere ſidera eſt quærere ſidera? Et tamen ea

 inter-

interpretatio poteſt ſimilibus Bonincontrij placere. Sed omiſſis nugis Lege : ——— *non inuehet vndis*

Sipara, nec pelagus Xerxes faciet tegetque. Suſtuleris iſtos partes : ſuſtuleris omnem nauigationem : neque Xerxes vela inuehet vndis, neque faciet pelagus, neque teget. Quis tam imperitus, vt tam felicem emendationem improbare audeat?

v. 27. *Sipara.*] Rectiſſima lectio. Lucanus :

——— *imaque pandens.*

Sipara velorum, perituras accipit auras. Feſtus Auienus :

———*volitantia raptim* *Sipara conuertunt.* ———

Epictetus: βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου σύ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους.

Ibid. *nec pelagus Xerxes facietque tegetque.*] Fecit pelagus in Atho. Catullus: *Quum Medi irrupere nouum mare.* — *Teget,* claſſibus ſcilicet. Tamen valde placet quod docti viri emendarunt, *ferietque tegetque.* μαστίξει. Vide Herodotum. Hic Gemblacenſis male, meo iudicio, *Xerxen facietque tegetque.*

v. 28. *Roma Syracuſas.*] Interpolatum. Gemblacenſis :

Vera Syracoſis Salamis non merget Athenas.

Quæ mihi ſunt tenebræ Cimmeriæ. Tantum abeſt, vt Salamis merſerit Athenas, vt contra Athenienſes Salamina vaſtarint. Sed male apud Syracuſas rem geſſiſſe Athenienſes ducibus Nicia & Demoſthene ſcimus, item Athenienſes ἐν Σικελίᾳ νῆας τεσσαράκοντα καὶ διακοσίας ἀπολέσαι, teſtis Ælian. ποικίλ. ε. ι. An huc referenda, quæ Silius libro XIV, canit, neſcio, vbi de Syracuſis agit.

Et Salaminiacis quantam Eoiſque trophæis
Ingenio portus vrbs inuia fecerit vmbram.
Spectatum proauis ter centum ante ora triremes
Vnum naufragium, merſaſque impune profundo
Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas.

Sane mirum, ni eadem ſit hiſtoria. Et de hac clade Athenienſium rurſus infra repetit.

Armaque fixa Deis, aut quæ Marathonius hoſtis
Perdidit.— quæ eſt hiſtoria, quam tangit Ælianus loco ſupra a nobis producto. Quicquid latet ſub inuolucro huius verſus, ad illud alluſerit Lucanus libro tertio :

Treſque petunt veram credi Salamina carinæ.

Nam tam hic, quam apud Lucanum, Salamis dicitur vera.

v. 30. *ſuſpenſus vterque Orbis.*] oriens, & occidens : vel potius

Terra

Terra, & cælum. quod magis placet. Sequitur enim :

——— *& in ponto cæli fortuna natabit.* Sed Gemblacen. *vtrunque.* Lego *vtrinque.* Manifeſta ſententia.

v.31. *& in ponto cæli fortuna natabit.*] Adulatorium : vt in Sphæra mundi : ——— *& in ponto quæſitus rector Olympi.*

v. 33. *Et coit ipſa ſibi tellus.*] Supra :

Fecit & ignotis itiner commercia terris.

v.34. *Sed ſumma lateris.*] Non appoſuit τὴν μονομοιρίαν, quia e regione nauis vult oriri Orionem, illam quidem a dextra, hunc ſiniſtra in eadem μονομοιρίᾳ, hoc eſt, quarta parte. Firmicus deſignauit : *In Arietis ſiniſtro latere, in parte ſcilicet decima oritur Orion.* Ex quibus apparet eum ſenſiſſe nauim non in quarta parte oriri, ſed in decima. Repetit enim, ne poſſimus erratum putare.

Ibid. *Sed ſumma lateris.*] A ſiniſtra parte Arietis in quarto gradu oriente Orione, naſcentur homines ſolertes, διανάστροφοι, ταχυκίνητοι, ſoliciti, vrbanis togæ officiis & ſalutationibus matutinis occupati.

v.35. *de parte ſiniſtri.*] quarta ſcilicet parte Arietis, ſed a læua, vt in eadem quarta nauis, ſed a dextra. En iterum aſtrologiam Manilianam. Sæculo Manilij in finitore barbarico oriebatur a XXIII Tauri, ad XIX Cancri, horis duabus. Prima oriebatur, quæ occidentaliſſima ἐν τῇ δορᾷ, quam ſiniſtra geſtat: vltima quæ in coxendice.

Pag. 111. v.3. *magnum complexus Olympum.*] Gemblacenſis :

——— *magnumque amplexus.*

v.4. *cælumque trahente.*] Hoc dicit propter magnum cæli ſpatium, quod obtinet, de quo in ſphæra ſatis.

v. 5. *Et mentita.*] Gemblacenſis : *Ementita*, vt nos in priore editione. De inſigni Orionis claritate, quam hic tangit Manilius, ita canit Aratus :

——— μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐπὶ νυκτὶ
ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται, ἄλλα πεποίθοι
οὐρανὸν εἰσανιδὼν προφερέστερα θηήσασθαι.

v. 8. *Inde relaxato properantia corde videre.*] Scribendum, vt olim edidimus :

Indelaſſato properantia corda vigore.

Etiam Gemblac. & textus Bonincontrij habet *Indelaſſato.*

v.9. *totoque habitabit in orbe*] Profecto ſequentia legendum

præcipiunt: ——— *totaque habitabit in vrbe.* Simile de mercatore proximo libro: ——— *totius & eſſe Orbis in hoſpitio.* ———

v. 10. *vnumque per omnia verbum*] Hoc eſt, HAVE.

v. 12. *Sed quum ſe terris Aries ter quinque peractu*] Ait in xv. gradu Arietis Aurigam ſupra finitorem barbaricum tolli. Sæculo Manilij oriebatur a prima Arietis, ad xx Tauri, hor. 2. 45. Prima ſtella, borealiſſima in capite: vltima, quæ in dextro pede.

Ibid. *Sed quum ſe terris*] Auriga oriente, aurigæ naſcuntur, equorum domitores, curulium Circenſium agitatores, deſultores, armaturis militaribus ſeſe exercentes, curſores. Bellerophontis genitura. Salmonei genitura.

v. 14. *cliuoque rotas conuellit ab imo.*] Quia oriens aſcendit, non ſolum dixit eum aſcendere, ſed, quia auriga, conuellere rotas ex cliuo. Nam aurigæ ploſtra aut carros per cliuum inigentes ſolent poſteriores rotas nixu adiuuare. Quod Manilius dixit ab imo cliuo rotas vellere, tanquam hæreant rotæ, ni adiutentur. Alfenus Iuriſconſultus dixit ſubleuare ploſtrum in cliuo Capitolino, ad legem Aquiliam l. 52 §. In cliuo.

v. 15. *Qua gelidus Boreas Aquilonibus inſtat acutis.*] Firmicus *Aquilonem verſus.* Sed quid eſt Borean inſtare Aquilonibus? Idem profecto, quod Iſtrum inſtare Danubio, Eridanum Pado. Nam βορέας eſt Aquilo. Effundebat verſus hic noſter, neque ad incudem reuocabat. Excuſari non poteſt, vt illud apud Lucretium: *Matuta Auroram portat.* Nam eſt, vt illud;

leni fluit amne Garumna.

v. 16. *Cæloque retentans.*] *retentas.*

v. 20. *ac torto ſtringere gyro.*] Gemblac. *toto ſtringere.*

v. 21. *At quum laxato fugerunt cardine clauſtra.*] Laxatis carceribus. Melius, *Aut quum.*

v. 24. *Vincentem pedibus ventos.*] Quis vſus pedum ſtanti in curru? Vincit ſane ventos pedibus equorum, non ſuis. At Latinitas poſtulat intelligi de ipſius aurigæ pedibus. Suſpecta lectio. Fortaſſe: *Vincentem penitus ventos.* quod verum videtur.

v. 26. *totum præcludere Circum.*] Gemblacenſis: *percludere.* Lego *perludere.* ludere per totum Circum.

v. 28. *nunc dextros ire per orbes.*] Dextratio in Circenſibus curriculis, nimirum exterior flexus.

v. 28. *nunc meta currere acuta.*] Siniſtratio, interior flexus. ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

v. 30. *Nec non alterno deſultor.*] Deſultor a veteri magiſtro redditur ζεύξιππος, μεταβάτης, hoc eſt Combinator. Deſultores in Circo præmittebantur miſſuum nunciandorum. Caſſiodorus: *Equi deſultatorij, per quos Circenſium miniſtri miſſus denunciant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur.* Hygenus in Mythologico: *vnde etiam Romani ſumunt inſtitutum, quum deſultorem mittunt. Vnus duos equos habet, pileum in capite: equo in equum tranſilit.* Recte ergo Combinatores ſunt deſultores. Gloſſæ: *Combinare*, ζευγνύειν. Iuncti enim erant equi: ab equorum alterutro in alterum corpus tranſmittebant. Præmiſſio illa Combinatorum, ſiue Deſultorum dicebatur προϊππεία τῶν ζευξίππων vel τὰ προϊππικά. Sed an ἀμφίπποι iunctis equis vterentur, dubito. Ælianus quidem ſcribit τοὺς περὶ Ἰσθμὸν βαρβάρους μεταβαίνειν ἀπὸ ἵππων εἰς ἄλλους ἵππους. Sed illi equi poſſunt etiam non eſſe iuncti. Firmicus hunc locum transferens in ſuum librum, vt ſolet, *quadrupedum* interpretatur quadrigarum. *Aut*, inquit, *qui ſaltu quadrigas tranſeat.* Quod ſi verum erat, accipiendum fuerit de genere aurigarum, qui dicebantur Vertumni. Propertius:

Eſt etiam aurigæ ſpecies vertumnus, & eius,
Traiicit alterno qui leue pondus equo.

Atqui Vertumnum non intelligit Manilius, ſed potius ſimplicem deſultorem equorum, cui opponit equitem Singulatorem, quum ait: *Aut ſolo vectatus equo.*—— cuiuſmodi equitum meminit Iſidorus lib. XVIII, cap. XXXV. Sed Iulius Firmicus, qui totam ſuam ſphæram barbaricam ſine vlla immutatione a Manilio mutuatur, in Manilij mente reddenda non ſemel lapſus eſt.

v. 31. — *& ſtabiles poterit defigere plantas Per quos vadit equos.*—] Talem deſcribit Cloelium Silius lib. X.

Milite non illo quiſquam felicius atri
Inſultarat equo, vel ſi reſupina citato
Proiectus dorſo ferret quum membra, vel idem
Si nudo ſtaret tergo, quum rapta volucris
Transfigeret curſu ſonipes certamina campi.

Stantes in equo in curſum effuſis habenis admiſſo & nos vidimus aliquando. Sed & Silius ſingulari equo modo inſidentem modo per eius terga incedentem inducit. At noſter Manilius

per equos combinatos, Homerus quoque per conquaternatos deſultaſſe veteres canit ἰλιαδ. ō.

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς,
ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πλέων πίσυρας ζυνάειρεται ἵππους,
ζεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ διώκῃ,
λαοφόρον κάθ' ὁδὸν, πολέες τέ ἑ θηήσαντο
ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες. ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται· οἱ δὲ πέτονται.

In quibus vides expreſſam Manilianorum verſuum mentem. Vetus Scholiaſtes ita habebat: Δημάτειος φησί τι τεθεωρηκέναι τινα μεταβαίνοντα, ὡς ὁ Ποιητὴς λέγει, κατέχοντα τοὺς χαλινοὺς, καὶ ἀνεμποδίστως τηροῦντα τὸν δρόμον τῶν ἵππων, καὶ ὅτι νῦν ἐν Ῥώμῃ τοῦτο γίνεται. deſultorem intelligit Val. Flaccus VI.

——— comitumque celer mutator equorum.
Mæſus, & ingentis frenator Sarmata conti.

Comites equos vocat iunctos. ἀμίππους quidam deſultores interpretantur. Nos rem ſimilem, non eandem ſcimus fuiſſe: ſimilem quidem, quatenus ἅμιπποι erant equi iuncti: diſſimilem, quod in altero auriga inſidebat, ex altero autem miles armatus pugnabat. Sed & ἅμιππον in aliam mentem a veteribus vſurpatum meminimus, quod quidem ad inſtitutum hoc nihil facit.

V. 33. *nunc arma mouebit.*] Firmicus: *Atque apprime vectus equo militares armaturas exerceat.* Et male mentem Manilij aſſecutus eſt, qui nihil tale ſentit, & armatura quid eſſet, ignorauit, quum ait ex equo armaturas militares exerceri. Decepit hominem vitioſa interpunctio, quam etiam vulgatæ editiones retinuerunt:

Aut ſolo vectatus equo nunc arma mouebit. Atqui Manilius ſcripſerat. *——— ludet per terga volantum,*

Aut ſolo vectatus equo. ——— Aut, inquit, deſultor erit, aut ſingulator: hoc eſt, ſidet alternis dorſis duorum equorum: & ludet aut duorum, aut vnius dorſo. Eſt autem ludicrum illud, quo ſe exercet nobilitas hodierna, cuius tirocinia, & rudimenta prius periclitatur in equuleo ligneo. Armatura eſt ὁπλοδιδαξία, & a campidoctore in caſtris docebatur diebus feſtis. Vegetius libro primo, cap. XIII. Eius numeros omnes & geſtus ſtudioſe ediſcebant milites, ſi quando vacabat illis a muneribus caſtrenſibus. Suetonius Auguſto: *Exercitationes campeſtres equorum & armorum ſtatim poſt bella ciuilia omiſit.* Vides diſtingui armaturas ab eque-

ab equeſtribus exercitationibus contra Firmici ſententiam. Armaturæ etiam dicebantur, quum armati currebant. Græci: ὁπλορχήσας, ὡς χαλκῶσι ἁρματέργας, οἷοί περ εἰσὶν οἱ μεθ' ὅπλων ὀρχούμενοι. Eſt πυῤῥίχης εἶδος. Artemidorus libro primo: τὸ λεγόμενον ὅπλον πελάταιον τῶν ἀγωνισμάτων. Videtur non diſſimile armaturæ militari.

v. 39. *& ſtabiles poterit defigere plantas.*] vidimus Turcas, qui non ſolum equitantes ſubito ſurgentes equo plantis inſiſterent, ſed etiam ita ſtantes iacularentur. Vide itinerarium Martini nobilis a Baumgarten, lib. primo, cap. xx.

Pag. 112. v. 1. *Nunc licet in longo percuſſu.*] Puerilis error veterum *percuſſus*, pro *per curſus.* Ita olim emendauimus. Ita etiam Gemblac. Sic apud Petronium:—*quatere ad excuſſum iubas*, pro, *ad excurſum.* Adeo vetus eſt hæc ſcripturæ indoles, vt Græculos inepte pronunciare adegerit, κῦσσος, ἱππόδρομος. Scribendum erat, κῦρσος. Sed ea erat illorum ſæculorum ſcriptura.

v. 3. *Hinc mihi Salmoneus.*] Contaminatiſſimum locum hunc egregie reſtituit Gemblacenſis:

Hinc mihi Salmoneus, qui cælum imitatur in orbe
Pontibus impoſitis, miſſiſque per æra quadrigis
Expreßiſſe ſonum Mundi ſibi viſus, & ipſum
Admouiſſe Iouem terris de fulmine fingit,
Senſit & immenſos ignes, ſuper ipſe ſecutus
Morte Iouem didicit, generatus poßit haberi.

Hyperbaton, ſententia tamen aperta. Hinc Salmoneus poſſit videri generatus, qui cælum in terra imitatur, & miſſis curribus per pontes æneos putabat ſe admouiſſe Iouem fulminantem terris, ſed malo ſuo, quippe veros ignes Iouis ſenſit, & ſequutus ipſum verum fulmen didicit & expertus eſt Iouem.

v. 4. *Motibus impoſitus.*] Gemblacenſis. *Pontibus impoſitis.* impoſitis & miſſis quadrigis per pontes & æra. ἓν διὰ δυοῖν. pontes æneos.

v. 5. *Amouiſſe Iouem.*] *Admouiſſe* Gembl. vt nos olim.

v. 6. *non vlla tulit veſtigia campus.*] Gemblacenſis:

——— *non vlla tulit veſtigia curſu.*

v. 13. *Hic erit.*] *Hac erit.* Sed Gemblac. habet *His erit*, Fortaſſe bene. τὸ *canere* hic eſt ex iure.

v. 14. *Quumque decem partes.*] In Arietis parte viceſima oriuntur Hœdi. Oriuntur cum Capra, & humero Aurigæ. Vide ſupra.

pra. Laſciuos creabunt, petulcos, illecebroſos, amoribus, ac luxui deditos, ſola libidine fortes. Caprarios etiam efficient, ac fiſtulatores.

v.17. *Qua dexter Boreas ſpirat.*] Firmicus: *Aquilonem verſus oritur Hœdus.* Ita ad verbum Manilium ſuum interpretatur.

v.17. *nec crede ſeueræ Frontis opus.*] Locus fœdiſſime interpolatus. Lege:

—— nec crede ſeueræ
Frontis opus ſigno. ſtrictos nec crede Catones.

Hoc eſt: neque adeo putes ſeueros ac graues mores ſub hoc ſidere promitti. Hoc Hœdorum petulantiæ non conuenit. Maior & grauior res eſt, quam vt ei ſigno attribuatur. Itaque quod dicit: —— *nec crede ſeueræ Frontis opus ſigno* —— eſt, ne attribue, neue aſſigna ſeueritatem illi ſideri. Sic in fine Apoteleſmatum:

Ne dubites homini diuinos credere viſus:

hoc eſt attribuere. Infra in apoteleſmatis Libræ:

Teue Philoctete, cui nalim credere parti?

Ibi quoque eſt attribuere. At Firmicus vulgarem huius verbi notionem ſequutus ioculari errore egregiam ſententiam deprauauit. Scribit enim: *Hoc ſidere quicunque nati fuerint, aliud ex fronte pollicentur, aliud latenter in moribus celant. Sunt enim auſtera facie, prolixa barba, obſtinata fronte, ita vt Catonis prorſus inſtitutum imitari videantur. ſed totum hoc fucato mentiuntur affectu.* In quibus paraphraſtæ Maniliani verbis vides τὸ *credere* vulgari notione acceptum. Imperite τὸ *nec crede ſeueræ Frontis opus ſigno* putauit idem eſſe, ac ſi dixiſſet: noli credere ſeueræ fronti; vel:

Fonti nulla fides. ——

v.18. *ſtructos nec crede Catones.*] Inepte. Lege;

—— *ſtrictos nec crede Catones.* Alibi: *& ſtrictas pondere mentes.* Firmicus libro v. cap. 11 *facit ſtrictos, auaros, ſordidos.* Sane ſtrictos intelligit στενούς.

v.19. *Atque parem Tarquinium.*] Manifeſto legendũ *Torquatum,* vt etiam Gemblac. & nos in priore editione. Nota ſunt Manliana imperia.

v.20 *Maius onus ſigni eſt.*] Gemblac. *ſigno.* Ita etiam nos olim. Illud onus, inquit, eſt impar molli & laſciuo ſigno.

v.22. *& in luxus agiles.*] Magis probo Gemblac. lectionem, *& in luſus.*

v.24.

v.24. *In vulnus nunquam virtus.*] Plane eſt, quod ille ait: ——— *ſolaque libidine fortis* Quo acroteleutio hæc & ſequentia explicantur. Nam ne hæc quidem aſſequitur Firmicus, quum ita interpretatur: *qui omne pugnarum periculum perhorreſcant.* Atqui Manilius vult contra eos ῥιψοκινδύνους non vtique vlla virtutis προαιρέσει, ſed libidinis impetu. Quos virtus non poteſt, eos fortes fecerit libido.

v.28. *Paſtoremque ſuum generant.*] Hœdi non poſſunt dicere paſtorem ſuum, niſi Caprarium. Inepte igitur Firmicus ouium paſtores intellexit. Neque enim magis paſtorem hic pro opilione potes accipere, quam hœdos pro ouibus.

v.30. *Sed quum bis denus.*] In viceſima ſeptima parte Arietis oriuntur Suculæ: quod eſt falſum. Tempore Manilij oriebantur ſupra finitorem barbaricum cum XVII Tauri. Ergo orientes Suculæ inquietos, impigros, populariter ſeditioſos, turbulentos, pacis, ac quietis inimicos efficient. Naſcuntur etiam ſubulci. Eumæi Vlyſſis ſubulci genitura. ὑάδες παρὰ τὸ ὕειν putant dictas Græci: quo alluſit ſatis obſcure Val. Flac. v. *Pliades, & madidis rorantes crinibus ignes.* Latini Suculas non a ſucco, vt inepte Nigidius. ſed tanquam ὑάδες ſint ὕες ὑποκοριστικῶς

Pag. 113. v. 1. *Seditio clamorque iuuat.*] Erunt ὀχλοκόποι, φιλοθόρυβοι, κινηταί. Ptolemæus.

v.2. *Roſtra volunt monteſque Sacros.*] Gembl. *montemque ſacrum.* Prius magis poeticum. hoc magis ad hiſtoriam. Vnus enim eſt mons Sacer.

v.3. *Pacis bella probant.*] Male diſtinguitur vulgo. Ita interpunge: ——— *raroſque Quirites, Pacis. bella probant.* — Quirites raros pacis vocat ſeditioſos, vt quum in montem Sacrum ſeceſſerunt.

v.4. *Immundoſque greges agitant.*] Immundos greges ſuum. Nam quia ὑάδες dicuntur, hinc Suculæ etiam Latinis ab eadem origine. Vnde vanitatis damnes metaphraſten Firmicum, qui ſcribit: *Facit enim hoc ſidus bubulcos, opiliones, armentarios, aliuſque paſtores.* Sub vno nomine immundorum gregum hæc omnia pecudum genera comprehendit. mendoſe.

v.5. *Et fidi interdum non alium genuere Booten.*] Booten ſub hoc ſigno natum innui olim putabamus non futili argumento, quod Hyades ſint in Tauro. Sed & hoc modo ſub Pliadibus

nati fuerint etiam bubulci. Monſtrum lectionis præfert Gemblacenſis: *Et fidunt nerciadu genuere ſyboeten.* non magni molimi-nis eſt veram lectionem eruere:

Et fidum Laertiadæ genuere ſyboten.

Hinc, inquit, ſubulcus, qui Græce συβώτης, Eumæus natus eſt Vlyſſi. Dubitas eſſe veram lectionem? Dubitabunt ſane quidam, quibus omnes noſtræ felices coniecturæ ſunt ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν, neque eos dormire ſinunt, non magis quam illum Miltiadis trophæa. Nouimus aliquot horum & ridemus, quos Miltiadis trophæa excitent, quos prius oportebat eſſe Themiſtocles.

Ibid. *Et fidum Laertiadæ genuere ſyboten.*] Εὐμαῖε συβῶτα quoties legitur in Odyſſea? Viſe locos. Suculæ igitur, quas Græci ὑάδας vocant, ſubulcos faciunt ortu ſuo, qui naſcuntur. Immerito Ciceronis libertus Tiro Latinos veteres reprehendit, qui ὑάδας Suculas verterunt.

v.6. *Hos generant Hyades.*] Interpunge:

Hos generant Hyades mores. Surgentibus aſtris.

v.7. *Vltima Lanigeri quum pars excluditur orbi.*] Fortaſſe *orti*, non *orbi*. Vtrunque probum.

v.8. *Quæ totum oſtendit terris atque eruit vndis.*] Firmicus: *In Arietis parte triceſima, quæ pars totum ſignum ſupra terram ſemper oſtendit.* Plane fucum Manilij ſe prodit, quem ne ſemel nominare penſum habuerit. Capram ait cum XXX parte Arietis emergere. Sed eo ſæculo potius cum XXIII Arietis ſupra finitorem barbaricum exiſtebat.

v.10. *Et gelido ſtellata.*] Scribo: *E gelido*, aut, *Ex gelido.*

v.12. *Fundamenta dedit.*] Nihil muto. Videndum tamen, an in archetypo fuerit, *Fidalimenta.* vnde *Fundamenta* factum. Hæc dubitatio ratione non caret. imo vera eſt. Nam ita legit Firmicus: *Exoritur Capra, quam fabuloſi Poetæ alimenta volunt Ioui infantulo præbuiſſe.* Hæc adſcribunt ſuſpitioni noſtræ.

v.14. *Hinc timidæ mentes.*] Gemblacen. *Hinc fidæ mentes.* Non probo.

Ibid. *Hinc timidæ mentes.*] ψοφοδεεῖς.

v.15. *Suſpenſa in trepidis.*] Dele τὸ *in.* In triceſima igitur parte Arietis oriente Capella, timidi, ſuſpenſi, trepidi, ſoliciti, nouarum rerum cupidi naſcuntur.

v.16. *His etiam ingenium viſendi ignota cupido.*] Ingenium cupido eſt his viſendi ignota. An qui ſciunt Latine hoc probabunt? Recte olim emendauimus:

His etiam ingenitur viſendi ignota cupido.

Naſcentibus ingenitur quoque cupido ignota viſendi.

v.17. *Vt noua per monteſque.*] Gembl. & textus Bonincontrij.

Vt noua per noctiſque ruunt arbuſta capellæ. Malim,

Vt noua per montes quærunt arbuſta capellæ.

Sed nihil mutandum. His ſignificat, eos, qui ſub Capra naſcentur, fore eiuſcemodi, vt quos ῥέμβους Græci vocant.

v.19. *Taurus in aduerſos præceps attollitur ortus.*] Legimus.

Taurus in auerſos præceps vt tollitur ortus.

Taurus oritur poſteriore ſui parte, hoc eſt τῇ ἀποτομῇ. Ita Pleiades oriebantur tunc. Nam Virgiliarũ ſidus conſtituit ἀποτομὴν ταύρου, ſecundum veteres, quamuis poſteriores hoc correxerint. Propterea dicitur auerſus oriri, quod non τοῖς βουκεράοις, ſed poſteriore parte oriatur. Deinde præceps oritur, vt dicitur hic: quia nimirum προνεύοντως ſitus eſt in Zodiaco. quo nomine πτῶσσοντα dicit Aratus, vt & alibi monemus. Minus prudenter Vitruuius caudam illi attribuit. Vnde enim cauda interciſo? Sed habet auctores ſuos. Nam Calippus καὶ Ζυγῶν ſcribit, τοῦ ταύρου κέρκος δύνει. Item ϛ Ταυρῶνος: τοῦ ταύρου ἡ κέρκος ἐπιτέλλει. & Nicander in cauda Tauri Pleiadas collocat.

——— αἵθ' ὑπὸ ταύρου ὁλκαίην ψαίρουσι.

v. 20. *Sexta parte ſui certantes lucis ad oras Pleiades ducit.*—] *certantes*, lumine ſcilicet. In Sphæra:

Septem illam ſtellæ certantes lumine ſignant. Gemblacenſis habebat *lucis odores.* male. Firmicus: *In Tauri ſexta parte oriuntur Pleiades.* Aliud eſt, Taurus ducit Pleiades ſexta parte ſui, aliud Pleiades oriuntur ſexta parte vel gradu Tauri. Nam ſexta parte ſui, intelligit ſextam partem ſigni, hoc eſt quinque partes de triginta. Sexta parte Tauri, hoc eſt ſextum gradum. De Pleiadibus ſuperiori libro adduximus verſus ex Phænomenis Ouidij, qui melius mentem Arati aſſequutus eſt, quam Germanicus. Nam σκαιὴν ἐπιγουνίδα intelligendam τοῦ Περσέως non τοῦ ταύρου. Germanicus ſub genu Tauri collocat:

Poplite ſub læuo Tauri, certiſsima ſigna
Pleiades ſubeunt. breuis & locus occupat omnes

 Nec

Nec faciles cerni, niſi quod coeuntia plura
Sidera communem oſtendunt ex omnibus ignem.

Manifeſtus eſt error.

v. 22. *In lucem educunt.*] Lego: *In lucem eduntur.* — Tauro ſexta parte ſui oriente exiſtunt & Vergiliæ. Sed temporibus Manilianis oriebantur ſupra finitorem barbaricum cum XXIII parte Arietis. Earum ortu generantur vinoſi, mulieroſi, petulantes, mendaces, expoliti, effeminati, pumicati, cirrati, cinædi.

v. 23. *Perque dapes, menſaſque ſuper.*] Malo, *menſaque ſuper.*

v. 24. *Et ſale mordaci.*] Sunt apinarij, quos *Plaiſantins* vocant Galli mei. Volcatius in Vero ſcurras mimarios vocat, qui dicteria funditabant, qualia ſcurræ, hoc eſt actores, & Vrbicarij in mimis. Proprie Dicterium verbum ſcenicum, vt alibi oſtendimus ex Varrone:

Quibus ſonant in Gracia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia.

εἰσόδια in fabulis eum locum obtinebant, quem in arte fidicina προκιθαρίσματα. Aliter dicuntur ἀναβολαὶ, καὶ ἐνδόσιμα, καὶ πρόχορδα ἄσματα. Experimenti enim gratia tantum fiebant. Propterea δεικτήρια dicebantur, tanquam δείγματα quædam. quod eſſent ſpecimen futuri cantus, aut modorum fidicinorum. Nam experimentum in anteceſſum dabant mimarij ſcurræ, & pantomimi, & citharistæ. Quum autem ſcurra vrbicarius prodiret in ſcenam, is citharam, aut pſalterium adferebat, aliquid proludij loco præcenturus ad colligendum ſtudia & fauorem ſpectatorum. Varro ex illis, quæ iam citauimus:

Et orthophallica attulit pſalteria,
Quibus ſonant in Gracia dicteria,
Qui fabularum collocant exordia.

Multa autem ridicularia in eo ſpecimine funditabant, adeo vt dicteria in maledicæ procacitatis infamiam abierint. Quin & pſalterij, de quo iam diximus, nomine probra intelligebantur. Paulus Sententiarum libro V. De iniuriis: *Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compoſitum, & publice cantatum.* Canticum, dicterium, pſalterium, tria hæc idem ſignificant, & ab eadem hiſtoria prodierunt. Nam ſæpe ab auctoribus cantica mimorum, & dicteria mimorum citantur: qua ratione & mimus quoque ipſe Cantor dicebatur. Horatius:

— *donec*

——*donec Cantor, Vos plaudite, dicat.* Quod Turnebus primus indicauit. Cantator etiam. Gloſſæ: *Cantatores* τραγῳδηταί. Illa dicteria ſi ante fabulam erant, dicebantur εἰσόδια, ſi in media fabula interponerentur, ἔμβολα. Vnde mulier embolaria Plinio, ἡ θυμελική. Si in fine fabulæ, ἐξόδια. Vnde apud auctores paſſim mentio Atellanorum exodiorum. Iuuenalis:

Vrbicus exodio riſum mouet Atellanæ.

Firmicus libro VI, exitus fabularum vocat: *Cum effeminati corporis mollitie cinædos efficient, & qui veterum fabularum exitus in ſcenis ſæpe ſaltantes imitentur.* In Græco, vnde accepit, ſine dubio ſcriptum fuerat, τοὺς τὰ μύθων ἐξόδια ὑποκρινομένους ἀπεργάζονται. Porro dicterium perperam a dicendo Varro. Nam ne Latinum crederet, potuit eum monere character, & flexus, item natio, vnde, etiam teſte ipſo, in Latium venit. Nam ipſemet in Græcia hoc fieri dicit. quod quidem verum eſt. Primus enim Auguſtus Pantomimos e Græcia in ſcenam Romanam euocauit. At dicteria ex eadem Græcia petita iamdudum in ea ſcena produci ſolebant. Claudianus ſcurram mimarium, ſiue actorem vrbicum, item & pantomimum pulchre hiſce verſibus deſignauit:

Nec molles egeant nota dulcedine ludi,
Qui lætis riſum ſalibus mouiſſe facetus,
Qui nutu, manibuſque loquax.——

Nam prior eſt ſcurra mimarius: alter pantomimus. Hic vero Manilius non quidem mimarios intelligit, ſed vrbanos tantum; quos Scurras vocant, vt ait Plautus.

Ibid. *Et ſale mordaci.*] φιλομώμους, καὶ διασύρτας. Ptolem.

v.25. *Illis cura ſui vultus.*] Magis placet lectio Gemblac. *ſui cultus.* nimirum φιλοκάλους, καὶ κομμωτὰς intelligit, tam illa, quam hac lectione.

v.26. *tortoſque in flexum ponere crines.*] Rectiſſime Gemblac. ——*tortos in fluctum ponere crines.* Vndantes crines calamiſtratos intelligit. recte, inquam. *In fluctum* κυματολογία vocabatur enim ἀπόχυμα. Canones nomine Clementis: οὐκ ἐξεστί σοι τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ πλεῖν εἰς ἕν, ὅ ἐστι σουστάλιον, ἢ ἀπόχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν.

Ibid. *inflexum ponere crines.*] Hanc lectionem videtur agnoſcere Firmicus: *quorum inflexi crines torqueantur.* Nobis magis placuit Gemblacenſis lectio.

v.27.

v.27. *Aut vndis reuocare.*] Ineptiſſime. Demiſſi crines ſunt vndantes, & in fluctum poſiti. quomodo contrario modo, hoc eſt reuocati, poſſunt eſſe vndantes? Non ſatis abſurditas manifeſta? Non ſolum in hoc auctore, ſed in omnibus manuſcriptis non raro hæc commutant, & alternant *vincla, vnda.* vt iam vidimus ſupra. Sic infra *Sanguineis vinclis* pro *vndis* editum fuerat. Profecto & hic quoque legendum *vinclis.* Tænijs aut vittis crines reuocare tam effeminatorum, quam in fluctum ponere. Vtrunque enim feminæ faciunt. Totus vero locus reliquus ex Gemblacenſi ita concipiendus:

——— tortos in fluctum ponere crines,
Aut vinclis reuocare comas, & vertice denſo Fingere.

Firmicus: *quorum inflexi crines torqueantur ſemper in oſtro.* id eſt purpureis vinclis, aut vittis.

Ibid. *Aut vndis reuocare.*] Quiſpiam etiam ſuſpicari poſſet legendum, *Aut vinnis reuocare.* Nam *vinnus* cincinnus dicebatur auctore Iſidoro. Prior tamen lectio vera eſt.

v.27. *& vertice denſo Fingere.*] κρωβύλον & σκορπίον paruo diſcrimine inter ſe diſcrepantes eiuſmodi crinium ſuggeſtus vocabant Attici, quod Canones nomine Clementis vocant ποιεῖν εἰς ἕν. Seruius in illud, *—crines nodantur in aurum: veluti ratiolum, quod colligit comas, κρωβύλη.*

v.28. *& appoſitis caput.*] Appoſiti capilli, ὁ πρόσθετος, ἡ φενάκη. Varie autem hoc genus homines á Ptolemæo vocantur: φιλοκάθαροι, φιλόκοσμοι, καλλωπισταὶ, κομμωταὶ, φιλόκαλοι. Firmicus: *nec non appoſitis alienis crinibus fictam & compoſitam pulchritudinem mentiantur.*

v.30. *ſterileſque optare lacertos.*] Volſos intelligit, καὶ δρωπακισάς, vel potius δεδρωπακισμένους, καὶ πεπιττωμένους, reſinatos. Martialis:

Nulluſque viuat in tuo pilus crure.

Intelligit ergo læuigatos, pice ac pſilothro curatos. Capitolinus in Pertinace: *Vaſa Samia calfactandæ reſinæ, ac pici, deuellendis hominibus, ac leuigandis.* δρωπακισταὶ Glabratores & Glabrarios vocabant, qui etiam, ſi Diis placet, in officio domus Auguſtæ. Vetus inſcriptio: DIOPHANTVS. TI. CAESARIS. ORNATOR. GLABR. id eſt ornator glabrarius. Adde ex Gloſſis, σμήκτης, *Pumicator.* Miratus ſum apud Martialē non ſolum corpus πιτῶδες, ſed etiam caput ipſum, libro III. *Pſilothro: faciemq; leuas & dropace caluum.*

Nunquid

Nunquid tonſorem, Gargiliane, times?

Atqui decaluari in probris erat. Sequitur: *Quid faciem tingis?*— Ridicule. veteres libri: *Quid facient vngues?* Nam ſequitur. ——— *nam certe non potes illos Reſina, Veneto nec reſecare luto.* Si, inquit, tonſorem metuis, vt capiti tondendo operam ei dare nolis: ſaltem vngues dabis reſecandos, quos non potes vllo dropace aut καταπλάσει tollere, vt pilos.

v. 31. *Feminea veſtes nec inſunt tegmina plantis.*] Locus deprauatus. vide, an legendum præſtet:

Feminea veſtes nec non ſunt tegmina plantis: ἀπὸ κοινοῦ, *feminea.* Conſtat hanc poetæ mentem fuiſſe, & ita Statius VII Theb. *Brachiaque in manicis & picta vincula plantæ.* Totum hunc locum adumbrant ea Senecæ lib. VII Quæſt. Nat. *Quicquid eſt boni moris, extinguimus leuitate, & politura corporum. Muliebres munditias anteceſſimus, colores meretricios matronis quidem non induendos viri ſumimus. Tenero & molli ingreſſu ſuſpendimus gradum: non ambulamus, ſed incedimus.* Diceres a noſtro mutuatum. Sed & Petronius idem:

Scorta placent, fractique eneruі corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis.

v. 33. *Natura pudet.*] Recte. Firmicus: *Eos pœnitebit, quod viri nati ſunt.*

Pag. 114. v. 1. *& morbum virtutis nomine vitant.*] Imo contrarium. Gemblacenſis prodidit vitium:

——— *Et morbum virtutis nomine iactant.*

Accedit metaphraſtes Firmicus: *Hos tamen ſic ambitio ſolicitat: quem morbum ſic appetunt, vt hinc putent virtutem ſibi, & maximum gaudium felicitatis accedere.* Satis his caſtigatur vitium vulgatæ lectionis. Quod morbus in malam partem accipiatur, nemo neſcit. Claudianus:

Quod turpem pateris iam cano podice morbum.

Firmicus refert ad ambititionem: neque illud male.

v. 2. *Semper amare parum eſt, cupient & amare videri.*] Non ſolum amatores erunt, ſed & tales credi volent. Nam Firmicus male: *Hi præterea ſemper amabunt, aut ſe amare ſimulabunt.* Non enim ad ſenſum Manilij.

V. 3. *Iam vero Geminis.*] A 14 ♊, ad 27 ♋, in finitore barbarico oriebatur Lepus temporibus Manilianis, quem tamen

ipſe Manilius ait oriri cum ſeptima parte Geminorum. Oriente Lepore naſcuntur velociſſimæ pernicitatis homines, ſtadiodromi, pyctomachi, pililudij, & quibus pedes vicem manuum ſint. Efficiet & vigilaces, ac diligentes, otio deditos, voluptarios.

v.5. *Septima pars Leporemque tulit.*] Emenda ex Gemblacenſi:

Septima pars Leporem tollit.— Ita etiam noſtra editio prior.

v.9. *Ille cito monitus.*] Scribe *monitu*, id eſt animaduerſione: quod cito animaduertit imminentes ictus ceſtuum & declinat. Sed valde placebat prior coniectura *cito motu*, vt agilitas deſignetur.

Ibid. *eludere ceſtus.*] Non ſine cruore ceſtibus dimicabatur. Qui incruento pugilatu magis delectabantur, ſacculis tomento farctis manus muniebant, ceſtuum vicem. In vita Imp. Galieni: *ſaculis non veritate pugilantes.*

v.10. *Nunc exire leuis miſſos nunc mittere palmis.*] Recte Gemblacenſis:

Nunc exire leuis miſſas, nunc mittere palmas.

Leuis exire, leuis mittere, vt *indocilis pauperiem pati.* Exire palmas aduerſarij dicitur, qui declinatione corporis euitat. Contra mittere palmas, infligere palmas in pugilatu. Exire ictum Latinum eſt. Exire ſanguinem dixit Lucretius. Exire hominem Solinus.

Ibid. *Nunc exire leuis.*] Pyctomachos creat. Firmicus vocat pyctomacharios. Pyctale certamen *ἀντὶ τῆς πυκτομαχίας* bis dixit Seruius enarrator Virgilij.

v.11. *Ille pilam celeri fugientem reddere planta.*] Habes apud Homerum pila ludentes ſaltare, & pedibus pilam reddere: quod hic dicitur ludere ſaltu. Nam inepte in textu Bonincontrij legitur, *ludere fulcro.* quod ipſe commentus eſt.

v.14. *Ille potens turbam perfundere certa pilarum.*] Repone ex Gemblac. *membra pilarum.* Ille potens fundere per membra turbam pilarum. Correptas vtraque manu pilas, quot poterat, a tergo altera manu capiebat, quas abante altera proiecerat: contra ab ante accipiebat, quas a tergo proiecerat. & ita per totum corpus pilis ludebat, tanquam duo eſſent, qui datatim pila luderent. Hoc eſt, quod dicit, per membra fundere turbam pilarum: & quia per totum corpus ludebat, propterea dicit:

Per

Per totumque vagas corpus diſponere palmas.

& ſe ſibi ludere, & ſibi reludere. Hoc audio hodie Turcarum pililudios dexteritate mira facere, quod hic innuit Manilius. Hi ſunt, quos vocabant pililudios.

v.15. *Per totumque vagas corpus diſponere plantas.*] Gemblacenſis *palmas*, non *plantas*, & recte. Valde differunt qui pila ludunt, & qui pililudij Firmico dicuntur. Pililudios iam deſcripſit. Pila ludentes, ſunt *σφαιρισταὶ*, qui pila datatim ludunt, quos pilicrepos vocat Seneca.

v.16. *Vt teneat tantos orbes.*] *tantos orbes*, tot orbes, tot pilas. Tertullian. Apologet. *& ſunt tanti, quanti denotamur.* id eſt, tot, quot denotamur. Terentianus:

Maurus item quantos potui cognoſcere Graios?

id eſt, quot Graios.

Ibid. *Sibi ipſe recludat.*] Repone *reludat*, ex Gemblac. Nam pilas per totum corpus iacit & recipit, tanquam ſibi ludat datatim, & reludat. Ego antea hunc locum non capiebam. Non erat ſpes intelligendi ſine ope codicis. Nunc luce clarior.

v.20. *Nunc Cancro vicina canam.*] Aſellis orientibus nati venatui dediti erunt, retibus feras capient, aut foueis decipient, aut ferro ſectabuntur. Alatores, preſſores, veſtigatores erunt. Genituræ Meleagri, & Atalantæ. Piſcationibus etiam operam dabunt.

v.21. *Conſurgunt Iugulæ.*] Iugulas vocat, quos alij ὄνους, aſellos in μορφώσει Cancri. Nam ita etiam Firmicus paraphraſtes interpretatur. Nuſquam memini me legere Iugulas pro Aſellis Cancri. Sed Orion vocatur Iugula auctore Varrone, Gloſſario, & Scholiaſte Germanici, apud quem male *Incola* pro Iugola. Itaque Bonincontrium decepit Papias ſuus, vel potius ipſemet ſeipſum, qui apud Papiam Orionem iugulam vocatum putat eſſe ſidus, de quo hic agitur. Aſellos ait oriri in prima parte Cancri in finitore barbarico. Verius dixiſſet in XIII. Cancri.

v.25. *Cuius & ante rogum paulatim vita ſepulta eſt.*] Phrynichus Pleurone de Meleagro:

Ἐς χρυσεὸν δ' ἀκ ἤλυθε μόρον,
Ὠκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο
Δαλοῦ περθομένου
Ματρὸς ὑπ' Ἀλθαίας κακομηχάνου.

Si non piget verba hæc rimari, omnia in Manilio inuenies.

v.26. *Et Calydoniaca.*] Gemblacenſis. *Et Calydonea.* recte. Repete ἀπὸ κοινοῦ *canunt.* Nam Atalantam hoc ſidere natam vult Firmicus: *Sed & femina, ſi ſic nata fuerit, viraginis animo hac eadem ſimilibus rationibus perſequetur.*

v.27. *Virgine maius erat.*] Quam videri ſternentem viros erat maius virgine. Mirum genus loquendi. Cuius ſpecies vincentis viros erat ſupra ſexum muliebrem, etiam ſupra Actæonem ipſum, vel tunc, quum ſiluis formidandus erat antequam a canibus deuoraretur. Gemblacenſis vitioſe habet: *Virgine natus erat.*

v.28. *Sternentem vulnere primo.*] Malim *primos.* Neque veriſimile eſt aliter ſcripſiſſe Manilium.

v.29. *Quamque erat Actaon ſiluis imitandus.*] τὸ *imitandus* eſt nulli rei. Scribo *mirandus.* id eſt tunc quum formidoloſus eſſet ſiluis.

Pag. 115. v.6. *Et celare vagos.*] Eleganter Gemblacenſis: *Et colare vagos.* Etiam cola Auſonio inter ſupellectilem piſcatoriam:

Colaque & inſutos terrenis vermibus hamos.

v.10. *quum iam viceſima Cancro eſt.*] Scribe:

——— *quum iam viceſima Cancri Septimaque ex vndis.* ———

Caſtiganda etiam paraphraſis Firmici: *In Cancri parte viceſima oritur Argion.* Lege: *In Cancri parte viceſima ſeptima oritur Procyon.* Dictus autem Procyon, quod ante Canem maiorem oriatur, conſtitutus iuxta lacteum circulum. vnde Plinio Antecanis dicitur. Ciceroni Antecanes ἀρχαϊκῶς.

Antecanes, Graio Procyon qui nomine fertur.

Oriebatur ſæculo Manilij a xxx parte Geminorum, ad quintam Cancri. Quare errat Manilius. Nam id potius ſæculo noſtro conuenerit, quam illi priſco. Oriente Antecane qui naſcentur, erunt non quidem venatores, ſed arma venatoribus parabunt, catulos nutrient, prolem & genus catuli petitiſſime referent: cuiuſmodi fuiſſe dicitur P. Virgilius Maro.

v.12. *Venatus non ille quidem.*] Firmicus hic vno quidem verbo plus aut minus: *Erunt quidem ab omni ſtudio ſeparati: verum arma veneratoribus aut facient aut parabunt, vt retia, venabula.*

v.16. *Lentaque connexis formant.*] Concinnius Gemblacenſis: *formare.*

v.19.

v.19. *Quum vero in vaſtos ſurgit Nemeeus hiatus.*] Primam partem Leonis intelligit. Nam *τὸ χάσμα* in eius aſteriſmo prima pars eius eſt. Firmicus quoque in paraphraſi horum primam partem Leonis interpretatur. Melius dixiſſet Canem principio Cancri oriri in finitore barbarico. Sæculo Manilij oriebatur in VII Cancri. Intelligo autem cum Firmico ſtellam *σείριον* nomine in maxilla Canis, quæ eſt, quam proprie Caniculam Romani vocabant. Plinius dubitat, an ea, quæ Procyon dicitur, Canicula ſit. Sed alia eſt. Et Columella diſtinguit recte *τὸν προκύνα* a Canicula. Nam Procyon eſt, quem Vitruuius minuſculum canem vocat. Quis ignorat quantum interſit inter Caniculam & Antecanem? tota *μόρφωσις* dicitur Canis: *σείριος* autem in maxilla, aut ore Canis, dicitur Canicula. Itaque non immerito dubitat Plinius, an Antecanem vocare debeat Caniculam, cum conſtaret Canem alium eſſe ab Antecane.

v.20. *Latratque Canicula, flammas Et rapit igne ſuo.*] Interpolata ſunt hæc vel a Bonincontrio, vel a ſimilibus homuncionibus Legendum.

——— latratque Canicula flammans,
Et rabit igne ſuo, geminatque incendia Solis.

Et Latinitatis & poetices imperitum eſſe oportet, qui ita legendum eſſe non videat, malignum, qui neget. Qui igitur oriente Canicula naſcuntur, erunt furioſi, violenti, iracundi, omniumque in odio & metu erunt: præfeſtinato loquentes, faciles moueri, rixoſi, rabidi, temulenti. Feris ſubſiſtent, & eas venabulo collocabunt.

v.21. *Et rapit igne ſuo.*] *Et rabit*, vt iam monuimus. Idem error infra: *Lingua rapit*: pro, *Lingua rabit.*——— Canicula rabit, vt *inſana Canicula* Satirico.

v.23. —*fatumque ſupremum Sortitur.* —] Nam ardores Caniculares iram Deorum, ſiue *θεομηνίαν*, quaſi quandam vim maiorem vocat Valerius Flaccus: eoque nomine ait illud aſtrum a Calabris propitiari. Ita enim libro primo:

——— ſic quum ſtabulis & meſſibus ingens
Ira Deum, & Calabri populator Sirius arui
Incubuit, coit agreſtum manus inſcia priſcum
In nemus, & miſeris dictat pia vota Sacerdos.

Sed & Ariſtæus Apollinis & Cyrenes filius aram *ἰκμαίου Διὸς* in

 inſula

inſula Ceo ſtatuit, & ipſi quoque Sirio aſtro, vt Apollonius ait libro 11, hoſtias immolauit. Vnde factum, vt in Ceo inſula per XL dies, quot ſcilicet aſtri illius incendia vigent, Eteſiæ flare ſoleant. Sed Sirium a Ceis obſeruari ſolitum ex Ciceronis primo de diuinatione alibi notamus. quæ eſt lex Ariſtæi. idem Apollonius: ——— Κέῳ δ' ἔτι νῦν ἱερῆες

Ἀντολέων προπάροιθε Κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.

Scholiaſtes: ἐνομοθέτησε γὰρ (Ariſtæus) τοῖς Κείοις κατ' ἐνιαυτὸν μεθ' ὅπλων ἐπιτηρεῖν τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Κυνὸς, καὶ θύειν αὐτῷ. Quæ plane interpretantur locum Ciceronis. . Idem igitur apud Calabros fiebat, quod in Ceo inſula.

v. 25. *Et viridis nemori ſanguis decedit.*] *Sanguis* ſuccus. Proprie, quod Græcis poetis εἶαρ. Nicander in Theriacis:

——— ἢ ὀρχάδος εἴαρ ἐλαίης.

Scholion. εἶαρ ὑπὸ τῶν νεωτέρων τὸ αἷμα, τὸ λίπος. καὶ Καλλίμαχος ἐλαίας τὸ αἷμα, τὸ ἔλαιον εἶπε:

Πολλάκι δ' ἐκλύχνου πῖον ἔληξεν ἔαρ.

Fere idem Callimachus, quod noſter. Arborum ſuccus ille vulgo dicitur ſapa, & ſane ita vocatur a Palladio. De intenſionibus æſtuum in diebus, qui dicuntur Caniculares, vide Gemini erudiτiſſimam diſputationem, qui æſtuum illorum cauſſam non Caniculæ tribuit, ſed aliis rationibus nititur.

v. 30. *ceu ſint in flumine cuncta.*] *in lumine.*

v. 32. *Naſcentem ſiquem pelagi conſtrinxerit.*] Gemblacenſis *reſtrinxerit.* Eſt veſtigium veræ lectionis *perſtrinxerit. Pelagi vnda* orizon. *Perſtrinxerit* Arateum verbum, ἐπιξύειν τὸν ὁρίζοντα, de Cepheo: ——— ὁ μὲν ζώνῃ ποτὲ Κηφεὺς

γαῖαν ἐπιξύει, τὰ μὲν ἐν κεφαλῇ μάλα πάντα

βάπτει ὠκεανοῖο, τὰ δ' οὐ θέμις. ———

Pag. 116. v. 1. *odiumque metumque.*] Notum: *oderint dum metuant.* Paraphraſis Firmici: *Furioſi, iracundi, terribiles, minaces, & quos omnes homines & oderint pariter & metuant.*

v. 3. *Ante os eſt animus.*] Legimus apud veterem poetam neſcio quem: ——— ἡ γὰρ γλῶσσα τοῦ νοῦ προτρέχει. quod eſt plane horum omnium interpretamentum. An dixit ante os eſſe animum, hoc eſt, ex garrulitate eius aperiri, qualis eius ſit animus?

Ibid. *nec magnis condita cauſſis.*] *concita.* Cane capias condita pro latentibus, non magis quam micare pro ſplendere. Hoc

enim

enim eſt neſcire Latine. Pueri ſciunt, quid ſit *corde micante* toties apud Poetas. Sed audi paraphraſten Firmicum nobiſcum facientem: *Hi etiam noua cauſſarum iurgia conſtitantes cor habent crebris agitationibus palpitans.* Sane nemo ſanus dixerit *cor micare* eſſe cor lucere, ſed quod Firmicus dixit *palpitare.*

v.4. *& lingua rapit.*] Et hic quoque inepte pro *rabit.*

v. 5. *Morſibus in crebris.*] Non male olim legebamus: *Morſibus increpitis.* Nam non ſolum ita Poetæ loquuntur, quum dicunt βρυχᾶν τοῖς ὀδοῦσι, ſed etiam omnino ita legit Firmicus paraphraſtes: *ita ſæpius impetu & furore commoti, aut dentes quatiant, aut attritos ſemper exacuant.* Sed poteſt ferri lectio Gemblacenſis: *Morſibus & crebris.*

v.6. *Ardeſcit vitio vitium vireſque miniſtrat Bacchus.*] Firmici paraphraſis: *Sed ſi hunc locum Mars viderit, fortius hæc, quæ diximus, conualeſcunt.* Vt ponamus verum dicere, non tamen mentem auctoris ſui aſſequitur. Nam recte quidem vitium vitio ardeſcere interpretatur fortius vitium conualeſcere: ſed non aduertit naturam iracundam, ſi accedat temulentia, perinde eſſe, ac ſi oleum camino addatur: & ita accipiendum apud Manilium.

v.9. *atque arma ferarum.*] κυριολογία. *Arma ferarum* dentes & vngues. vnde Exarmare leones.

v. 10. *Effunditque ſuas conceſſo in robore flammas.*] Effundit furores ſuos in quouis obuio hoſte: componit ſe parem cum quauis fera in ſiluis, quamcunque illi fors conceſſerit. Paraphraſis Firmici: *ita vt frequenter illis pericula & a feris & ab incendiis inferantur.* Et *flammas* pro incendio accipit non pro furore, & ab illis illi exitium imminere ſomniat contra mentem auctoris ſui, quem non aſſequitur. Nam Manilius ἀλληγορικῶς, paraphraſtes vero κατὰ τὸ σημαινόμενον, dignus caſtigatione.

v.12. *Cernis vt ipſum etiam.*] Ab Arato:

> ποσσὶ δ᾽ Ὠρίωνος ὑπ᾽ ἀμφοτέροισι λαγωὸς
> ἐμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται· αὐτὰρ ὅγ᾽ αἰεὶ
> Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς,
> καί οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα διώκει.

Ibid. *ſurgit ſtellatus ab aſtris.*] Gemblac. *cælatus.* Cælatum dicit, quod toties Aratus βεβλημένον, & βεβολημένον. βέβληται. Quæ omnia cælandi notione accipienda contra Grammaticos. In Leonis parte triceſima oritur Crater. Hoc ſidere oriente qui naſcetur,

ſcetur, irriguos campos, fluuios, & lacus amabit: vlmos vitibus adſitis maritabit: vites iugamentis. palis, ridicis eriget, aut arbuſtis diſponet. Vino etiam liberalius ſeſe inuitabit. annonæ vectigalia redimet. merces humidas tractabit. Crater ſæculo Manilij oriebatur hor. o. 40′, a XXIX Leonis, ad IX Virginis. Quare hic Manilio conſtat ratio.

v.14. *quum tollitur ore Leonis.* Lege *orbe.* Supra:

Vltima Lanigeri quum pars excluditur orbe.

v.15. *Crater & auratis.*] τὸ *&* abundat.

v.16. *Inde trahit quicunque genus.*] Totum locum ita comprehende:

Inde trahit quicunque genus moreſque, ſequetur
Irriguos ruris campos, amneſque lacuſque,
Et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad vlmos.

Ibid. *ſequetur Irriguos ruris campos.*] Paraphraſis Firmici: *Irriguos amabit campos: & fontes aut riuos ſeu fluuios ab alueo ſuo ad alia loca deducet.* Male concipit τὸ *ſequetur.* Ipſe putat dictum in deducendis riuis eum ſequuturum quos ducet riuos. At nulla apud Manilium riuorum deductio.

v.19. *Diſponetque iugis imitatus.*] Lege *imitatas.* Diſpoſitos vitium verſus choreas vocat. Firmici Paraphraſis: *vel qui buxeas arbores tondens in belluas fingat.* Falſo. Nam quid Crater ad buxeta, & opera ex buxo topiaria? Sed corrigit ſe mox: *Aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat.* Intelligit haud dubie vites compluuiatas: in quo mentem quidem Manilij non adipiſcitur, ſed tamen propius ab ea abeſt. Nam choreas Manilius dixit τὰς ςίχας ἀμπέλων inſtar eorum, qui manibus conſertis choreas ducunt, &, vt Terentius loquitur, reſtem ducunt.

v.20. *Robore vel proprio fundentem in brachia ducit.*] Inepte. Gemblacenſis: *findentem.* ne id quoque bene. ſed tamen propius veritati. quin etiam vetuſtiſſima eſt menda. Agnoſcitur enim a Firmico: cuius paraphraſis hæc: *& qui in fecundis arboribus fecundos inſerat ſurculos.* Nam *infindere* eſt inſerere apud Ciceronem in Bruto. Vide notas noſtras in Computum Iudaicum libro VII de Emend. temp. Sed hæc nugatoria ſunt. Notum enim, vetuſtiores libros habere *findere, relinquiſti, inſtinguo,* pro *fidere, reliquiſti, inſtigo.* Et hic quoque haud dubie *fidentem* ſcripſit Manilius, librarius *findentem,* non quidem habens in animo ſententiam

tiam mutare, ſed vtens vitio ſæculi ita ſcribentis. Vites aut iunguntur, aut ſolutæ in ſuo ſibi ſtipite ſingulari relinquuntur. Iunguntur multifariam: nam aut maritantur, aut iugantur, aut impluuiatæ flectuntur. Singulari ſtipite relinquuntur aut adminiculatæ, aut ſolitariæ. & quidem ſolitariæ, hoc eſt ſine ridicis minus quidem vini, ſed præſtantius edunt, vt in multis locis Galliæ noſtræ. Eæ igitur, quæ ita ſingulari ſtipite ſine adminiculo nituntur, manifeſto fidunt robore ſuo, vtpote quibus ridicis opus non ſit, neque adminiculis. Vel igitur, inquit, vites iugat, vel fidentes ſuo ſtipite in brachia ducit. Iſta brachia habent nomina ſua apud auctores rei ruſticæ, & in Gallia noſtra, aliis nominibus in Tectoſagibus, & Aquitania, aliis in Celtis, aliis in Belgio. Vides quam vetuſtæ ſint librorum mendæ, quæ etiam a veteribus auctoribus agnoſcantur. Itaque qui dicunt non temere recedendum a veteribus codicibus, opponi illis poteſt, ne temere quoque illis fidendum. Habes hic exemplum illuſtre.

Ibid. *in brachia ducit.*] Brachia vitis ſcilicet. Cicero:

Quos tenet Ægeo defixa in gurgite Chios,
Brachia cui viridi conneſtit tegmine vitis.

id eſt, cui Inſulæ frondeſcit vitis in ſua brachia. Nam in Chio tunc erat Orion. Deprauatiſſimus eſt locus ille in Ciceronis vulgatis, vt & in Arateis, quæ huc pertinent.

——— κείνῳ χάζεν Οἰνοπίωνι.

Legendum enim:

... Θήρης ἀγρύτατος χειῷ χάζεν Οἰνοπίωνι.

Sed Cicero legit θοίνης non θήρης:

Oenopionis auens epulas cœnare nitentes. Sed errat,

v.21. *Teque ſibi credit.*] Scribe audacter *Teque tibi credit.* Elegantiſſime. Nam fidentem proprio robore dixit eadem mente, qua nunc dicit ipſum ſibi ipſi credi. Te tibi credit, non ridicis, aut palis, aut vlmis.

Ibid. *qui matre reſectus.*] Bonincontrius interpolauit *qui matre relictum.* Gemblacenſis, *reſectum.* Plana ſententia. Sarmentum e matrice reſectum pangit in ſegete. quod in multis locis Campaniæ in Italia, & in agro opimo ad Tarnim Aquitaniæ meæ. Lege igitur. ——— *quin matre reſectum Adiungit calamis.* Recentes enim ſurculi pacti adiunguntur calamis in nouelletis.

v.24. *Pro regione colet.*] In agro Neapolitano in Italia, Biger-

 ritano

ritano in Nouempopulania, maritabit arbores: in agro Vicentino & Vibiſcorum iugabit. in Nitiobrigibus ſingulari ſtipite & ſidentem ſuo robore educet.

Ibid. *Hauriet e miſeris.*] Vbi *miſcere* ſcriptum erat, Gemblacenſis habet *miſerere.* quod mendum in aliis quoque manuſcriptis non raro occurrit. Ita hic ſine vllo dubio *emiſcens* legendum pro *e miſeris.* Emiſcere ex cratere haurire. Miſcere Falernum Martiali, haurire. Homerus *κεραίρειν. ζωρότερον δὲ κέραιρε.* & *κρᾶμα* vinum. in idiotiſmo Græco *κρασί.* Scio principem & ornamentum harum literarum Adrianum Turnebum *myſtris* legere. Sed cur Latini voce peregrina vtantur, relicta propria cochlear, ſiue ligula? Sane illud ioculare, ligulis aut cochlearibus in conuiuiis vinum haurire. Crater erat ingens vas vinarium, quod in media menſa ſupra machinulam incitegam deſtituebatur. Ex eo cyathis vinum emiſcebant, id eſt hauriebant.

Ibid. *Hauriet emiſcens.*] Vera coniectura. Firmicus agnoſcit, Sed *emiſcere* paulo ſequius, quanquam non male, interpretatur. *quod hic vinum ſine aqua admixtione libenter bibet. Emiſcere,* interpretatur contrarium *τῷ miſcere.* At non eſt. Eſt enim e cratere in ſcyphum miſcere. Miſcere vinum, vt diximus, eſt haurire, in pocula defundere. Conſtat a Paraphraſte Firmico correctionem noſtram agnoſci. Quod autem dicit,

——— nec parce vina recepta Hauriet emiſcens.

proculdubio eſt, quod Græci dicunt *ζωρότερον κεράσαι.* ex Homerico *ζωρότερον δὲ κέραιρε.* Quod Martialis vertit *viuidius,* lib. VII.

Hic ſcyphus eſt, in quo miſceri iuſſit amicis
Largius Æacides viuidiuſque merum.

Vulgata lectio valde diſcrepat. Nos ex ſcriptis ita legimus, vbi exaratum eſt corrupte *inuidiuſque.*

Ibid. *& frugibus ipſe fouetur.*] Gemblacenſis *fructibus* Optime. Nam cui bono hic fruges? Lego igitur *—& fructibus ipſe fruetur.* Ipſe, inquit, ipſos fructus abſumet, neque ex illis negotiabitur, aut compendium faciet, ebibet enim omnes.

v. 26. *Spem credit inania vota.*] Nihil potuit ineptius concipi. Gemblacenſis perſpicue: *——— in annua vota,* vt etiam nos olim. Supra:

Annua ſolliciti conſumunt vota coloni.

v. 27. *Annonæ quoque vectigal.*] Annonæ quoque publicum redimet.

dimet. Firmicus libro tertio: *Exactorem retiarum annonarum, vel fiſcalium pecuniarum.* Ita reponimus ex veteri codice. Retiæ ſeu reticæ annonæ meminit Auguſtinus de Ciuitate libro. XVIII cap. XVIII.

v. 28. *Præcipue quas humor alit.*] Hoc eſt, τὰ ἐξ ὕδατος ἐμπορεύματα. Firmicus alicubi aquaticas negotiationes, item aquarum opera vocat. Quia vero Crater non ſolum vini, ſed & omnium liquorum capax eſt, ideo & aquam quoq. capit. niſi ideo dixerit, quia quidam veterum non Craterem, ſed vrnam, hoc eſt κάλπην vocarunt, vt Scholiaſtes Germanici. Cicero feminino genere Crateram. κάλπην etiam Fontem vocabant veteres, Plautus, & Varro. Cicero quoque κάλπην Aquarij ab eadem mente vocat Fontem. ——— *gelido delapſum lumine Fontis.* id eſt τῆς κάλπης.

Ibid. *nec deſerit vndam.*] vnda.

v. 29. *Tales craterum mores effinget amator.*] Gemblacenſis

Tales effinget craterum mortis amator.

Minima mutatione lego:

Tales effinget Crater vmoris amator.

vmoris pro *humoris* etiam libro ſecundo poſitum erat.

v. 30. *Iam ſubit Erigone.*] In decima quinta parte Virginis oritur Corona. Sub hac natus ἀρωματοπώλης erit, ac mollibus ſtudiis deditus. hortos colet: corollas plectet. Seplaſiarius, pigmentarius, turarius erit.

Ibid. *ter quinque feretur Partibus.*] In XV. parte Virginis ait oriri Coronam. At Firmicus quinta parte. Et ſane corruptus eſt locus. Nam infra Spica oritur decima parte. Non ergo ſcripſit Manilius *quæ quum ter quinque:* ſed *quæ quando quinque*, aut ſimile quid. Sed nugatur. Nam illius ſæculo Corona oriebatur ſupra finitorem barbaricum a XXX Virginis, ad IX Libræ hora vna fere. Sed mirum Coronæ auſtrinæ nullam fieri mentionem ab Arato in Phænomenis, neque a Manilio libro primo. κηρύκειον Hipparchus, alij οὐρανίσκον vocant. An dicemus ante Hipparchum in aſteriſmos non relatam? Non ita videtur. Hyginus enim, qui ex Eratoſthene, & antiquioribus Aſtronomicon ſuum deſcribit, vocat eam Sagittarij Coronam, quam vt ludentis ab eo abiectam dicit: id eſt ὡσεὶ παίζοντος. Ego vero aio & Arato cognitam fuiſſe, quamuis eam in Phænomenis non retulerit. Nam vbi περὶ ζωδιακοῦ κύκλου συγκαταδύνων ſcribit & ad centaurum peruenit, ita ſubiicit:

——— τὰ δὲ νειόθι μᾶλλον

οὐρανὸς αὐτὸς φέρει, στεφάνοιό τε δεύτερα κύκλα.

ὕδρης τ' ἐσχατιὴν, φορέει τ' ἐπὶ κενταύροιο

σώματέ τε καὶ κεφαλὴν, καὶ θηρίον, ὅῤῥά τ' ἐνὶ χειρὶ

δεξιτερῇ κένταυρος ἔχει ———

Manifeſto ait δεύτερα κύκλα στεφάνης oriri cum extremitate Hydræ, & Centauro. Quis ſanus hæc de Corona boreali intelliget, quæ illis orientibus tunc μεσουρανεῖ? Atqui & Theo & Feſtus Auienus ita ſentiunt. quo quid eſt abſurdius? Contra quid eſt verius, quam cum Hydræ extremitate, capite Centauri, & fera Centauri Coronam auſtrinam oriri ſub Sagittario, qui cum capite Centauri ſimul oritur in illo climate? Ergo ſine dubio στεφάνοιο δεύτερα κύκλα eſt δεύτερος στέφανος, vt ille alter Ariadnæ φαεινὸς στέφανος. Itaque non mirum ſi Theon in illum locum nugatur. Atqui eius indicio nouimus Arato non ignotum fuiſſe illum aſteriſmum. Verſus ſunt Arati:

Νειόθι τοξευτῆρος ὑπὸ προτέροισι πόδεσσι

Δινωτοὶ κύκλῳ περιηγέες εἱλεῦνται.

Vbi male κύκλοι vulgo editur. In illos verſus ita ſcribit Theo: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ὁμοίως ἀφανέστεροι ἐν κύκλῳ περιγραφῇ, ὡς τῶν νεωτέρων τινὲς οὐρανίσκον καλοῦσιν, οἱ δὲ νότιον στέφανον. εἴδεσθ' αὐτοὺς οἱ μὲν Προμηθέα, οἱ δὲ Ἰξίονος τροχόν. Appellationem στεφάνου νοτίου recentiorem ait. Nos contra videmus hic δεύτερον στέφανον ab Arato vocari. Ita cum delectu veteres interpretes legendi, neque ſemper illis aſſenſio accommodanda. Nam perſpicue Aratus νότιον στέφανον, δεύτερον στέφανον vocat, qui cum Sagittario & humeris Centauri oritur, Corona Ariadnes meridianum iam excedente. Quod ſi cum Theone & Feſto Auieno de Corona Ariadnes interpretemur, ergo vna opera τὸ μεσουρανεῖν erit ἀνατέλλειν. Et dubitabimus? Prima ſtella, in media lucet quæ fulgida fronte, vt inquit Manilius in Sphæra, oritur hodie cum XXVII parte Libræ.

v. 31. *Cara Ariadnea.*] Lege *Clara.* Item: — *hinc dona puellæ Nanque nitent.* ———

v. 32. *illinc oriens eſt ipſa puella.*] Sequitur eos, qui dicunt non ſolum τὸν στέφανον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀριάδνην αὐτὴν κατηστερίσθαι. Propertius:

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.

& ipſe

& ipſe Manilius Coronam in cælo capiti Ariadnæ impoſitam canit in Sphæra, Iuſtinus Martyr in Apologetico. τί γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῇ λεγομένους κατηστερίσθαι; At contra Aratus ait Coronam in cælo poſitam a Baccho μνῆμα ἀποιχομένης Ἀριάδνης. Quid ſi non de Ariadna, ſed de ipſa Erigone intelligas? Vtrum mauis, per me tibi licet.

Pag. 117. v. 3. *Ille colet.*] τὰ κηπευτικὰ ἐπιτηδεύσει. Ptolem.

v. 7. *Caruleum foliis.*] Lege;

Caruleum foliis viridi quin gramine collem Conſeret.——

Viridem & cæruleum confundunt Poetæ. Nam & Ouidius aerem viridem dixit pro cæruleo, & aquas virides pro eodem.

v. 8. *Conſerit & veris.*] Potes & legere *vernis*.

v. 9. *Aut varios nectet flores.*] στεφανοπλόκος erit.

v. 10. *Effingetque ſinu, ſimileſque.*] Quid eſt *effingere ſinu flores*? quid ſimiles excoquere? Nugas egerit tam qui interpretationem exiget, quam qui dabit. Gemblacenſis: *Effingetque ſuum ſimiles*. Quod eſt veriſſimum. Effinget ſuum ſimiles, ſuorum ſimiles flores. ſuorum florum coronæ eſt idiotiſmus Manilianus: *ab ipſo, ad ipſum*. hoc eſt a ſeipſo, ad ſe ipſum. Sic hic ſuorum florum, ipſius coronæ florum. Effinget flores ſertis, cuiuſmodi flores habet Corona ipſa Ariadnæ. omnino effinget ſimiles ſuorum coronæ florum, vt Maniliane loquar. Virgilius:

Nanque ſuam antiqua patria cinis ater habebat:

ſuam Didonis nutricem dixit, vt noſter ſuorum coronæ florum.

v. 11. *in mutua preſſos Incoquet.*—] Simul omnium ſuccos expreſſos excoquet. καὶ ἅπαντα ἅμα χυλισθέντα ἑψήσει; ad opus ſeplaſiarium ſcilicet. Hæc clauſula manifeſto a ſuperioribus tam ſenſu, quam argumento ſeparata eſt. Seplaſiarios intelligit. Ptolemæus vocat τοὺς πρατῆρας, ἀρωμάτων, καὶ μυρεψούς. Pigmentarios quoque intellige, hoc eſt μυροπώλας, φαρμακοπώλας, μυρεψούς. Gloſſæ. quanquam iiſdem Gloſſis Pigmentarius quoque eſt χρωματοποιός.

v. 14. *Munditiæ cultuſque.*] φιλοκάθαροι, φιλόκοσμοι erunt. Ptolem.

v. 15. *Et lenocinium vitæ.*] Paraphraſis Firmici: *corpuſque ſuum lenocinio pulchritudinis excolens*. Non prorſus hoc voluit, ſed plus Nam lenocinium vitæ plus eſt, quam lenocinium corporis. Intelliguntur enim ἁβροδίαιτοι, ἡδυπαθεῖς, quos non ſemper ſequitur eſſe mœchos, aut adulteros.

Ibid. *præſenſque voluptas. Virginis hoc anni poſcunt.*] Paraphra-

ſtes: *& qui ſtupra & adulteria latenter exerceat, ad virginum pulchrarum, puerorumque concubitus prona libidinis animoſitate feſtinans, & currens.* Stupor hominis. Nam τὸ *Virginis hoc anni* eſt epilogus, vt & cæco apparet. Itaque plane hic delirauit. Neque tam futilia confutabo.

v.16. *Floreſque corona.*] Potuit etiam ad mythologiam alludi. Nam Timachides poeta ſcripſit coronam Ariadnæ ex quodam flore plexam fuiſſe, qui dicebatur ἄνθος θήσειον.

> θήσειον δ' ἁπαλὸν μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος
> λαχνοφόης ἱερὸν περικαλλέος, ὅῤῥα μάλιστα
> φίλατο.——— ἀπὸ τούτου, inquit Athenæus, ἄνθους φησὶ καὶ

τὸν τῆς Ἀριάδνης καλούμενον στέφανον πλέκεσθαι. Sed & in Ariadnæ στεφάνῳ κατηστεισμένῳ eſſe herbam nomine ψαλάκανθον Crinagoras poeta dixit in epigrammate apud Ptolemæum τοῦ Ἡφαιστίωνος, vt ex Photij Bibliotheca conſtat.

v.17. *At quum per decimam.*] oriebatur Spica cum xxvi parte Virginis, quam cum decima parte Virginis oriri vult in finitore barbarico. Spica igitur oriente qui naſcentur, erunt attentiores ad agricolationem, & ad condita frugum. Piſtrinorum mancupes erunt, piſtores dulciarij. Erunt etiam publicorum horreorum curatores.

v.18. *Spica feret præ ſe.*] Locus contaminatiſſimus. Gembl.

> *Spica, feret præſens valentis corpus ariſtas.*

Lege confidenter:

> *At quum per decimam conſurgens horrida partem*
> *Spica, feret præ ſe ſqualentis corpus ariſtas.*

Corpus, appoſitiue *ſqualentis* ſiue *ſqualentes* ariſtas. Rectiſſima lectio. Magis placeret *ſqualentis corpus ariſtæ*. Quare ariſtæ dicantur ſqualidæ, non magis ratio exigi debet, quam quare dicantur horridæ. Alioqui ſqualere eſt contaminari, & ſqualor contaminatio. Firmicus in partium Scorpij Myriogeneſi: *turpes faciet homines, meretricio ſqualore ſæpe pollutos.* Tertullianus Exhortatione ad caſtitatem cap. x: *ingredi in diſciplina Domini non ſecundum carnis eſqualentiæ concupiſcentiam.* Nulla fere mutatione legendum, *& ſqualentiæ concupiſcentiam.* Vertit enim ad verbum, vt alias ſolet, locum ex ſecundo capite poſterioris Epiſtolæ Petri, ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους. Squallentia igitur Tertulliano, & Squallor Firmico eſt μιασμός. Locus ille ex epiſtola Petri nondum

nondum notatus eſt in locis ſcripturæ a Tertulliano citatis,

Ibid. *Spica*] Arabibus dicitur الغازل Elgazil, hoc eſt ἀτρακτυλὶς, fuſus, νῆθρον.

v. 20. *Seminaque in fœnus ſulcatis reddere terris.*] Melius Gemblacenſis : *ſulcatis credere terris.* Supra:

Tum Cererem plena reddentem credita meſſe.

v. 21. *Vſuramque ſequi maiori ſorte.*] Melius Gemblacenſis: *maiorem ſorte.* Et nos quoque ita olim edidimus. Imperite, vt alias, lectionem innouauit Bonincontrius: *Verſuramque ſequi* — Nam quæ verſura hic intelligenda eſt, quum loquatur de terræ fide, quæ maiore fœnore fruges reddit? Eſt enim metaphora. Neque Daniſtæ hic magis locum habent, quam agricolatio in foro Romano. Sine metaphora aut allegoria extulit paraphraſtes Firmicus: *qui nouis ſeminibus per annos ſingulos nouitatem etiam frugibus pariat.*

v. 23. *Quod ſolum docuit.*] *decuit.*

Ibid. *noſſe metallum.*] ἐλλυωισμὸς, metallum pro conditis. Condita ſunt ἀποτεθησαυρισμένα, ἀποτεταμιευμένα. In Hadriani vita: *Laborabat praterea, vt condita militaria inſpiceret:* id eſt annonam militarem in horreis. Sed de Conditis mentio eſt etiam in Cod. Theodoſ.

v. 25. *Diues erat.*] ἦν ἄν. Conditionale enim eſt.

v. 26. *tardauerat artes.*] Sententia poſtulat *tardauerit*. Ita etiam Gemblacenſis:

v. 28. *Subdere facturos ſulcis.*] Lege:

Subdere fracturos ſilicis frumentum. ———

vnde ἔργον μυλήφατον Apollonio, & aliis poetis.

v. 31. *in multas variaſque figuras.*] Lege: —*variare figuras.*

v. 33. *inſtructus ſimilis.*] Lege:

Et quia diſpoſitis aptatur ſpica per artem
Frugibus, inſtructu ſimili componitur ordo.

Quemadmodum in ſpica grana ſuis cellis & folliculis incluſa, ac diſpoſita ſunt, ita etiam qui ſub hoc ſidere naſcuntur, diſponent fruges per horrea & cellas. Intelligit vero publica horrea, cuiuſmodi horrea Sulpitia, & quæ præterea in ſingulis regionibus Vrbis ponit Sex. Aur. Victor: quibus etiam curatores præficiebantur, quorum crebra mentio in veteribus monimentis. Fruges vero accipit pro grano ipſo frumenti. Vnde prouerbiale dictum,

Frugem

Frugem non faciet. Nam proprie dicitur de culmo, qui granum non cœpit ſuo tempore. In Gemblacenſi erat: *extructos ſimilis componitur ordo.* fortaſſe *extructu* legendum. Nihil intereſt ad ſententiam. Firmicus recte concepit hæc: *qui ad vitæ ſubſidium multas fruges in horreis condat.*

v.*. *Sculpentem faciet.*] Quid bractearij & pictores ad horrea & fruges? Quo pertineant, infra dicetur. Nam, vt toties dixi, a Bonincontrio Criticen non exigimus, cui nihil horum mendorum oboluit. Quot ſunt hodie, qui harum literarum famelici ſint, & tamen in illis nihil vident?

Pag. 118. v. 2. *Sed parte octaua.*] Parte octaua Libræ ait Sagittam oriri. Quod falſum eſt. Sæculo Manilij Sagitta oriebatur a III Sagittarij, ad VII eiuſdem, hor. 0 15', in finitore barbarico. Non igitur oritur in octaua Libræ, neque in vltima facie Capricorni, quod nugatur Bonincontrius, rem mihi plane nouam, & obſcuram, & quam puderet aſtronomum etiam cogitaſſe. Igitur oriente Sagitta nati erunt iaculatores periti, & ſagittarij: thunnos etiam, & alios maiores piſces fuſcina traiicient. Philoctetæ & Teucri genitura.

v. 4. *glebas & mittere virgis.*] *Virgis*, ſagittis, quibus glebas plumbeas mittebant, quæ iactæ in aere ignem concipiebant, vt præter poetas, meminit etiam Ariſtoteles in libris de cælo. μολυβδίδες Græcis dicuntur. Statius x:

——— *Et arſuras cæli per inania glandes.*

v. 5. *Pendentemque ſuo.*] Silius lib. II.

Ille vagam cælo demiſit ſæpe columbam.

Ibid. *deprendere nube.*] Silius XVI.

——— *volucreſque vagas deprendere nube Aſſuetus iaculis.*

v. 7. *Quod totum dederim.*] Non dubium legendum: *Quod potius dederim.* Extant veſtigia in Gemblacenſi: *quod totius dederim.*

v. 9. *arcus & tela fugauit.*] Repone ex Gembl. *arcu teloq; fugauit.* Non multum aberamus olim a lectione, nam a ſententia non abfuimus. ——— *arcu teliſque fugauit.*

v. 10. *Mittebatque ſuos ignes.*] Ita intelligeretur de Philoctete, quod eſt Hectoris. Sane vetus poeta dixiſſet: *Mittebat qui ſuos ignes*, vt Ennius & Lucretius. Sed Manilius nunquam hoc dixerit. Puto legendum: *Mittemus ſuos ignes in mille carinas.* Non

eſt alius

eſt alius locus emendationi. Minimum receditur a lectione, ſi ita legeris: *Mittebat qui vos, ignes, in mille carinas*. quod valde placet.

v.11. *Hic autem pharetram.*] Gembl. *Hic ortam pharetram.* Legendũ proculdubio: *Hinc ortam pharetram, Troiæ bellumq. gerebat. Hinc*, ex hoc ſidere, quod genus loquendi in his Apoteleſmatis frequentiſſimum. Infra: *Hinc venient vocis dotes.* ———

v.12. *Maior & armatis hoſtis ſubſederat.*] Eleganter traduxit a gladiatoribus, aut a beſtiariis, qui victis ſufficiebantur. Græci hos ἐφέδρους, Latini ſubdititios vocant, Martialis etiam ſuppoſititios. Vnde verbum ἐφεδρεύειν, quod hic eſt ſubſidere. Proprie autem ἐφέδρους Latini in ludo gladiatorio ſecutores vocant. Nam, niſi fallor, non bene exponunt Grammatici. Admodum venuſte tranſtulit Apuleius Mileſia quarta: *Non diu cruciatus vitam euaſit, quem, prioris exemplo, ſepulturæ traditum bonum ſecutorem Lamacho dedimus.* Secutorem dicit τὸν ἔφεδρον. Veteres Gloſſæ τὸν ἔφεδρον etiam tertiarium vertunt: quod nimirum altero interfecto tertius ſufficeretur. Secutor igitur, ſuppoſititius, idem. Apoſtolus priore ad Corinthios, cap. IIII: δοκῶ γὰρ, ὅτι ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. Non dicit τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους. neque enim linguæ Græcæ Canon id patitur: ſed ἀπέδειξεν ἐσχάτους ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους. nos, qui apoſtoli ſumus, tanquam ſuppoſititios quoſdam beſtiarios poſuit. ἔσχατος enim hic ἔφεδρος. & locus eſt elegans.

v.13. *Quin etiam ille pater.*] Intelligitur Alcon Phaleri vnius ex Argonautis pater. Val. Flacc. lib. 1.

> *Inſequeris, caſuſque tuos expreſſa, Phalere,*
> *Arma geris. vacua nam lapſus ab arbore paruum*
> *Te quater ardenti tergo circumuenit anguis.*
> *Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.*

Sed & Sidonius Apollinarius eandem hiſtoriam his verſibus deſcripſit, qui cum Manilianis certant.

> ——— *non ſic librauit in hoſtem*
> *Spicula, qui nato ſerpentũ corpore cincto*
> *Plus timuit, dum ſuccurrit: dum iactibus iiſdem*
> *Interitum vitamque daret, ſtabilemque teneret*
> *Corde tremente manum; totamque exiret in artem*
> *Spe propiore metus, dans inter membra duorum*
> *Vnius mortem.* ——— Luculenti verſus. τὸ *Infelix* le-

 gendum

gendum διὰ μέσυ καὶ ϛιτλαςικῶς: vt apud Petronium:

Infelix, modo crinibus nitebas.

v.19. *Tunc iterum natum.*] Nam verbo παλιγγενεσίας ad eam rem vtebantur veteres.

v.20. *At quum ſecretis improuidus.*] Ait Hœdum oriri, & non ponit in quota parte Libræ. Firmicus ponit in xv. Mirum quod ſcribit Bonincontrius de Manilio loquens: *quum hunc ducat oriri in* xv *parte Libræ.* Vbi hoc dicit Manilius Bonincontri? Tam verum hoc, quam quod ſcribis de hoc Hœdo. Nam quis eſt iſte Hœdus? vbi eius grex, cuius meminit Manilius? Hœdos tantum & Capram nouimus, illos in ſiniſtra, hanc in humero ſiniſtro Heniochi. Quæ autem Capra hunc nobis pepererit, non magis ſcimus, quam quis ſit hœdus iſte. Igitur iſto Hœdo, in quacunque cæli parte balantem audiuit Manilius, oriente, ſolertes naſcuntur atque indefatigatæ diligentiæ. magiſtratibus apparebunt. ſectores, cognitores erunt. laſciuos etiam, ac temulentos producet. Pantomimi quoque naſcentur.

v.21. *fratrum veſtigia quærit.*] Nulli alij ſunt, niſi qui ab Heniocho ſuſtinentur. Tam procul ergo iſte erro ab illis deuius paſcitur, quod Græci vocant ἀτιμαγελεῖν. Non ſatis poſſum mirari quid Manilium de hoc hœdo adegerit pronunciare, qui non eſt in rerum natura.

v.23. *agitataque pectora fundit Et fingit.*] Hæc deprauata egregie reſtituit Gemblacenſis:

——agitataque pectora in vſus
Effingit variis nec deficientia curis,
Nec contenta domo.——

v.25. *Nec tentata domo.*] *Nec contenta domo.* — Gemblacen.

v.27. *Non vllos curant digitos.*] Egregius antiquitatis locus fœdis maculis ſcripturæ obſoleuit. Scripſit Manilius:

Non vllo careat digito, quaque iuerit haſta,
Defueritve bonis ſector.——

Sectores aut mancupes manu ſublata ſignificabant ſe auctores emptionis eſſe, vt ait Feſtus. Inde in Verrinis digitum tollere in auctionibus: item apud Martialem:

Nam mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus.

Hoc eſt, Mea ſuppellex in auctione mancupes inuenit, vt amplius hoſpitibus ſeruire non poſſit. Quandiu, inquit, qui ſub hoc ſigno

ſigno naſcentur, viuet, nunquam deerit, qui in ſectionibus tollat digitum. Haſtam autem in auctionibus poni ſolitam, puta quum bona damnati venderentur, vulgo palam eſt. Quaque pro quacunque, & quandoque pro quandocunque veteribus dictum notant & docti ætatis noſtræ viri.

v.28. *Defueritve bonis ſector.*] Nunquam illo viuente deerit ſector bonis damnatorum. *Sector, βιώνης. ὁ ἀπόδαμος, ὁ ἀγοράζων ὠνίαν.* Gloſſæ.

Ibid. *pœnamque lucretur.*] Nunquam peculatum quiſquam impune fecerit, aut repetendarum reus pœnam euaſerit. Talis ac tantus quadruplator ei naſcetur ſub hoc ſidere.

v. 30. *Cognitor eſt verbis.*] Lege: *Cognitor eſt vrbis.* Cognitor & ſector pene idem. Eſt autem is, qui ſectionibus præeſt, cuius munus cognitura dicitur. Suetonius in Vitellio: *Filius ſectionibus & cognituris vberius compendium nactus.* Ouidius:

Aptius hæ capiant vadimonia garrula ceræ,
Quas aliquis duro cognitor ore legat.

Gloſſæ: *Cognitor,* ἔκδικος. Eſt ergo proprie, qui compendij ſui cauſſa nullum non manubiarum genus experitur. Minus hæc intelligit paraphraſtes Firmicus, qui publicorum officia vectigalium tractaturos ſcribit.

v. 31. *ponetque forum.*] *ponitque forum.* Gemblac. Quadruplaturis, cognituris, ſectionibus voluptates etiam interiiciet: neque ſemper publicis illis muneribus diſtringetur. Nam fori appellatione quadruplaturam, ſecturam, & cognituram intelligit. Itaque τὸ *ponitque forum,* eſt abiicit curam fori, cognituræ, ſectionis, quadruplaturæ, &c. Hinc colligitur recte a nobis correctum, *cognitor eſt vrbis.* Eſt enim publica perſona. Ideo in foro venali, & haſta eius cura.

Ibid. *madetque Lyæo.*] Interpolatum, vt & illud apud Bonincontrium. Ibid. *mandetque Lyæo,*] Gemblacenſis:
——*ſuadetque Lyæo.* Profecto Manilius ſcripſit;
——*ſe datque Lyæo.* Adſtipulatur paraphraſtes Firmicus: *vinoque & epulis deditus.*

v.32. *Mobilis in ſaltus.*] Pantomimus.

v. 33. —*teſtudinis enatat vndis.*] Teſtudinem eandem cum Lyra facit. Sed Poetæ Lyram & Citharam non raro confundunt: vt Statius primo Achilleidos. item libro x Thebaidos

 citharam,

citharam, lyram, teſtudinem pro eodem organo vſurpauit. Apollonius libro primo κίθαριν & φόρμιγγα; & libro ſecundo λύρην Orpheo attribuit. Diuerſas tamen eſſe lyram & citharam argumento fuerit, quod Pauſanias, & alij Græci Mercurium lyræ, Apollinem citharæ inuentorem faciunt. Vtrunque eſſe cognatum inſtrumentum, patet ex illo abuſu & confuſione. Sunt enim ambo ἑπτάχορδα, καθαπτὰ, καὶ ἐντατὰ ὄργανα. hoc eſt, intenduntur neruis, ſiue fidibus. Sed paucis nota ſunt vtriuſque diſcrimina: quin ne de lyra quidem hac, qua de agimus nunc, ſatis conſtat vulgo. Multum enim differt ab ea, quæ Arioni, & Herculi μουσαγέτῃ in marmoribus, & gemmis, & numiſmatis attribuitur. Hæc enim, quæ relata eſt in aſteriſmos, immane quantum ab illa Arionis diſcrepat: quæ quum ſit Mercurij inuentum, cuiuſmodi fuerit, videamus. Vnde autem melius hauriri poſſit, quam ex ipſo hymno in Mercurium?

πῆξεν δ' ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο
πειρήνας δὴ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.
ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι,
καὶ πήχεις ἐνέθηκ' ἐπὶ δὲ ζυγὸν ἄραρεν ἀμφοῖν,
ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς.

Hæc ita interpretatur Lucianus: χελώνην πυ νεκρὰν εὑρὼν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. πήχεις γὰρ ἐναρμόσας καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρόν. omiſit τὸ κυριώτατον. Dicendum enim erat, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ ἔτι δέρμα βόειον περισαρμόσας καὶ μαγάδιον ὑποθείς. Nam teſtudinis munimentum, quod Græcis ὄστρακον & in hymno νῶτον dicitur, carne egeſta, remanſit cauum inſtar clipei. Mercurius igitur ſectos calamos per oras teſtæ ſupinæ traiecit, quibus terginum bubulum tanquam operculum adglutinauit, ita vt calami ipſi fulcrorum καὶ ὀχήματος vicem eſſent corio. Deinde brachiola duo in ſummo teſtæ panxit ea parte, vbi erant anteriores pedes beſtiæ: quæ quidem brachia ſiue manubria tranſtillo tranſuerſo cacuminibus coniunxit. Manubria πήχεις vocat Homerus, vt vidimus, Ptolemæus κέρατα, quod eſſent vara, aut camura inſtar cornuum. Tranſtillum autem tranſuerſum Latine iugum dicitur, Græce ζύγωμα, vt Ptolemæo, ζυγὸς Homero, in verſibus, quos adduximus. Paulo ſupra fundum teſtæ a parte prona, clauum, aut epitonium inſtar vmbilici panxit, e quo om-

nes

nes chordæ vinciebantur. quod epitonium χορδότονον Polluci & Iamblico dicitur; fundus vero, ſiue ima pars teſtæ, βατήρ. Igitur chordæ omnes in vno vmbilico reuinctæ per βατῆρα in partem ſupinam traductæ in ipſo iugo deſinebant, in quo ſuis ſummitatibus intenſæ erant. Subiectum præterea eſt illi ſupra βατῆρα in imo partis ſupinæ lignum, aut calamus, quo Chordæ veherentur. Alioqui Chordæ ſonum nullum ederent. μαγάδιον vocat Lucianus, noſtri fidicines *Cheualet*, id eſt equuleum, quod eo chordæ vectentur. Corneum erat, cum primum fuiſſet ex arundine, hoc eſt ſemitubulo arundinis. Vnde Ariſtophanes vocauit δόνακα ὑπολύριον, ὡς πάλαι αὐτὶ κέρατος ὑποτιθέμενον τῇ λύρᾳ. Ita legendum in Polluce, non autem κεράτων, vt vulgo excuditur abſurdiſſime: quum κέρατα ſint οἱ πήχεις, & manubria, ſiue brachia Lyræ. Euſtathius etiam id manifeſto confirmat. Αἴλιος, inquit, Διονύσιος εἰπών, ὡς δόναξ καὶ τὸ λύριον, ἐπάγει. τὸ γὰρ παλαιὸν αὐτὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον. Idem apud Etymologicum, modo pro θύραις legas λύραις in voce Δόναξ. quæ menda virum probiſſimum & doctiſſimum aliud agentem in errorem perpulit. E calamo igitur primum τὸ μαγάδιον ſiue (vt Ælius) τὸ λύριον fiebat, deinde ex cornu factum. Ligneum aſſerculum quadratú vocat Heſychius. μαγὰς, σανὶς τετράγωνος, ὑπόκυφος δεχομένη τῆς κιθάρας τὰς νευράς. Abſque illo magadio manifeſto muta erat Lyra. Vnde Sophocles in illum, qui ſtatim obmutuerat: ὑφηρέθη, inquit, σοῦ κάλαμος, ὥσπερεὶ λύρας. Apparet enim, non, vt nunc, parti ſupinæ agglutinatum fuiſſe, ſed ipſis fidibus pro tempore & vſu ſubiici, & propterea non raro excidere ſolitum; ideo quod, non glutine, ſed intenſione ipſa fidium retineretur. Hæc eſt forma veteris Lyræ, quam poetæ a Mercurio inuentam produnt: quæ plane illud ſcarabæorum genus referebat, quos Galli Ceruos volantes dicunt, Nigidius Lucanos vocabat, ſi quidem cornuum cacumina fingamus iugo coniuncta eſſe. Nam corpus ipſius inſecti referet ὄστρακον, vel teſtudinem, cornua ipſos πήχεις, quæ & κέρατα quoque Ptolemæo dicuntur. Eodem modo referet caput bubulum, ſi frontem pro ſupina parte teſtudinis imagineris, nares pro fundo. Sed audiamus Hyginum: *Habet autem* (Lyra) *in ipſis teſtudinis lateribus ſingulas ſtellas: in ſummis cacuminibus eorum, quæ in teſtudine vt brachia ſunt collocata, ſingulas: in mediis iiſdem, quos humeros Eratoſthenes fingit, ſingulas: in ſcapulis ipſius teſtudinis vnam*

in ima lyra, quæ vt baſis totius videtur, vnam. Non obſcure brachia vocat, quos Homerus πήχεις. Humeros autem inepte vertit ex Eratoſthene. Nam omnes Græci vocant ἀγκῶνας, non ὤμους. Sunt enim flexuræ ipſorum κεράτων, aut πήχεων. Polluci inter μέρη τῶν ὀργάνων ponuntur, πήχεις, ἀγκῶνες, κέρατα. Sed πήχεις, & κέρατα ſunt idem. ἀγκῶνες pars. Scapulas vocat Hyginus, vbi impacta ſunt brachia, ſiue πήχεις. Ptolemæo ἔκφυσις κεράτων. Nam viuente beſtia quaſi ὦμοι ipſius erant, nimirum in anterioribus beſtiæ pedibus, quos ea de re agens Nicander in Alexipharmacis πεζὰς vocat, id eſt pedes.

ἄλλοτε δ' ὑρείης κυτισονόμου, ἥτ' ἀκάκητα
αὐδήεσσαν ἔθηκεν, ἀναύδητόνπερ ἐοῦσαν
Ερμείης. σαρκὸς γὰρ ἀπουνόσφισε χέλειον
αἴολον. ἀγκῶνας δὲ δύω παρετείνατο πέζαις.

Scholion: πέζαις, τοῖς ὤμοις, φησί, τοῦ ὀστράκου αὐτῆς δύο παρέθηκε πήγματα ἅ φησιν ἀγκῶνας. Sane πέζαι ſunt pedes anteriores. Ideoque in omnibus quadrupedibus ὦμοι. Imam lyram recte baſim interpretatur. Nam τὸν βατῆρα intelligit. Scholiaſtes Germanici: *Habet autem ſtellas in vtriuſque pectinibus ſingulas: in cacumine chordarum ſingulas: in vtriuſque humeris ſingulas: in fundo vnam: in modulo (modiolo) vnam: in tympano claram, atque candidam vnam. Sunt omnes nouem.* Quamuis per omnia non illi conuenit cum aſteriſmis, tamen propius abeſt a vero. Pectines vocat, quæ Hyginus brachia, Homerus πήχεις, Ptolemæus κέρατα: quanquam alioquin Pecten eſt Plectrum. Cacumen chordarum intelligit τὸ ζύγωμα, vnde ſcilicet chordæ ſuis cacuminibus tenduntur. Humeri ſunt, quæ ſcapulæ Hygino, πέζαι Nicandro, ὦμοι Scholiaſtæ ipſius. Fundus βατὴρ, vel, vt Hyginus, βάσις. Modulum pro modo legimus. eſt χορδότονον in parte prona inſtar vmbilici, aut claui capitati. Hoc enim Græcis eſt χοινικὶς, id eſt modiolus. Tympanum eſt plane ὄστρακον ipſum, ſiue teſtudo. Nam omne cauum ab vna parte, ab altera rotundum, tympanum dicitur. Itaque margarita ad illud inſtar vocantur tympana, teſte Plinio, & poſt illum, Iſidoro. Sed Hyginus plane ipſam beſtiam cum roſtro & pedibus deſcribere videtur, non autem exenteratam, qualem canit Homerus. Et ſane a veteribus etiam Græcis beſtiam integram in globis pingi ſolitam teſtis appellatio Arabica Vultur cadens. Teſtudo enim marina, quæ Ariſtoteli ἐμὺς dicitur,

tur, adeo capite vulturis roſtrum, pedibus autem alas panſas refert, vt eo nomine ab Hollandis *Zeearent* vocitetur, id eſt Aquila marina. Quiſquis eam vidit, ignoſcet Arabibus ita vocitantibus. Quin etiam Nicander marinam teſtudinem alis non pedibus mare percurrere ait in Alexipharmacis.

ἀμμίγδην ἀλίκῳ καθεψηθέντα χελώνης
γύοις, ἣ ταχινοῖσι διαπλώει πτερύγεσσι.

Sed noſtri Mechanici ſphærarum ſolidarum artifices adeo inſcitia vetuſtatis labuntur, vt pro vulture cadente non teſtudinem, ſed portentum ex capite vulturino & alio compoſitum, quod ne ipſi quidem quid ſit dixerint, proſcribant. At quanti refert veterem figuram lyræ apponere? Quomodo enim *κέρατα*, *ὄστρακον*, *ἔκφυσιν κεράτων*, ex Ptolemæo exprimient? Dicant mihi, vbi in Almageſto Latino inuenient alas vulturis, aut roſtrum, aut id genus deliramenta? Ibi tantum legent pro oſtraco pupillam. Nimirum *ὄστρακον* Arabice eſt صدف. ſed, niſi fallor, interpres legit حدق pupillam. quod in charactere Africano obſcura ſit diſtinctio illarum duarum literarum. Præterea inueniet lancem libræ, quod Græce *ζύγωμα*, quum *ζύγωμα* non ſit lanx libræ, ſed librile, vt apud Feſtum. Apage igitur vultures cadentes, & ad veram lyram Mercurij aſteriſmus recudatur: cuius duorum extremorum in longum alterum eſt *τὸ ζύγωμα*, vbi fuit caput beſtiæ, alterum *ὁ βατήρ*, vbi antea cauda. & quidem *τὸ ζύγωμα* debet ſpectare eclipticam, *βατὴρ* autem polum, vt ſit inſtar cadentis: & propterea rectiſſime vocarint Arabes vulturem cadentem. *τὸ ζύγωμα* enim minorem habet latitudinem, quam reliquum teſtudinis. Eſt igitur propius Eclipticam. Omnia hæc tam veterem figuram reſtituunt, quam recentiorum commentum de figura ſemiuulturis confutant. Sed neſcio an cacoethes a mechanicis extorſero: quum illi vſu potius, quam ratione agi ſoleant. Noſtrum ſane erat tam ineptam conſuetudinem caſtigare. Porro *πρανὲς* ſiue pronum vocamus eam partem, qua tergum eſt, vt contra *τὸ ὕπτιον*, ſupinam partem, qua pectus, vt Ariſtoteles in libris de hiſtoria animalium. Lyra igitur pingenda in ſphæra ſolida prona parte in nos conuerſa, quemadmodum reliquas omnes *μορφώσεις* tergis in nos conuerſis pingi debere Theo docuit: quanquam Hipparchus negat, niſi ſi quid, inquit, fuerit *κατάγραφον*. hoc eſt, ſi quid

in prona

in prona parte pingendum ſit: quemadmodum omnes ſtellæ in Lyra ſunt in prona parte. Hæc Lyra aſteriſmorum longe diuerſa eſt ab ea, quæ in veteribus monimentis ſculpta viſitur, quam vocabimus Lyram poſteriorem. Lyram vero aſteriſmorum ſiue cæleſtem vocemus Lyram Mercurij. A Lyra igitur Mercurij profecta eſt chelys, ſiue cithara, quam etiam *φόρμιγγα* vocant: quæ nihil eſt, aliud eſt quã Lyra Mercurij reformata. Nam teſtudinem quidem habet, vt illa Mercurij, ſed pro cornibus ſingulare manubrium erectum: in cuius cacumine paxilli traiecti ſunt, ad fides tendendas, vel remittendas. Ariſtophanes Σφηξὶ, *κόλλοπας* vocat, item Homerus *ὀδυσ. φ̄.* Doctiores Critici *πασσαλίσκους* interpretantur, imperitiores *δέρματι.* Sed viderint quomodo coriis neruiæ intendi poſſint. Hiſpani a Mauris hoc inſtrumentum vocant *Laud.* Hoc enim eſt العود cum puncto Wazli, quo Eliph in articulo nõ pronunciatur. Itali *Lieuto.* Vnde Alciatus putauit quaſi *ἁλιῶτιν* dictum, quod ſcapham piſcatoriam ipſi referre viſum ſit. Multis modis doctiſſimi viri ſententia non confutari tantum, ſed explodi poſſet, ſi tanti eſſet nugari. Chelyn igitur, ſiue citharam habes in Xenodochio Lateranenſi Romæ, vbi lectus diſcubitorius viſitur, menſa appoſita cum miniſterio, & mulier ſiniſtra manubrium citharæ tenens, dextra fila temperans: quod eſt plane *Laut* vel cithara noſtra, adeo res vetuſta, vt Homerus eius meminerit. Quemadmodum vero ex integra Mercurij Lyra nata eſt chelys, ita ex parte eius prodiit Lyra poſterior, cum quali Arion, Apollo, & Hercules viſuntur hodie in veteribus monimentis. Ea enim Lyra nihil aliud eſt, quam Lyra Mercurij dempta teſtudine: & præterea pro modiolo, in quo omnes erant reuinctæ chordæ, in lyra poſteriori eæ ſingulæ ſuis cacuminibus ſeorſim hærent in fundo. Ea non *πήχεις* proprie, ſed *κέρατα καὶ ἀγκωνίσκους* vicem manubriorum habent. *ἀγκῶνες* ſunt forma literæ, S, vt habes apud Vitruuium lib. IV, cap. VI: ne forte pro normali angulo accipias, vt alibi non ſemel apud eundem. Conſtat enim Lyra poſterior ex duobus anconibus velut duabus Ƨ S obuerſis: vt poſſis vere dicere tres literas Lyram poſteriorem conſtituiſſe, duplicem nempe S oppoſito ſitu, & vnam I præterea tranſuerſam, quæ iugum facit. Porro Lyram aliquando plectro pulſabant, aliquando digitis tantum fila temperabant. Nam & Romæ Hercules marmoreus eſt dextra plectrum,

ctrum, ſiniſtra Lyram tenens. Arionem etiam vidimus in quibuſdam gemmis inciſum plectro Lyram pulſantem, in aliis vtraque manu chordas percurrentem, quod in Harpa noſtra fieri ſolet. Lyram tamen ab Harpa diſtinguit Venantius Fortunatus. *Romanusque Lyra plaudat tibi, Barbarus harpa.* Primus omnium Epigonus poſito plectro digitis modulatus eſt, quod vocatur ἐπικρέκειν. Pollux ἐπικρέκειν dixit. Ἐπίγονος, inquit, ὃν φασι τὸν Ἀμβρακιώτην, πολίτην δὲ Σικυώνιον, πρῶτος ἐπικρούσας ἄνευ πλήκτρου. Statius libro VI: ——— *citharaque manus inſertus Apollo.* nempe inſerit ſummitates digitorum fidibus, ſine vſu plectri. In X:

——— *& digitos inter ſua fila trementes.* primo Achilleidos:

——— *ducitque manum, digitoſque ſonanti Infringit citharæ.*

In his omnibus eſt ſola ἐπίκρουσις ſine plectro. Noſtri fidicines ſiniſtra manu phthongos in manubrio diſtinguunt, dextra chordas carpentes. Sed & quidam ſola ſiniſtra in manubrio modulantur. Id veteres dicebant intus canere: quod faciebat Aſpendius ille tibicen notus prouerbio. Aſconius in Verrinas Ciceronis non videtur aſſecutus quid eſſet intus canere. Quanuis autem Lyram ab Harpa diſtinguimus, Harpam tamen ab illa natam ſcimus. Idem enim vſus, forma aliquantum immutata. Nam de numero chordarum res vetuſtiſſima eſt. Sane ab initio fuiſſe ἑπτάχορδον & mediocriter periti ſciunt. Tandem eo progreſſa licentia, vt ὀκτωκαιδεκάχορδος fieret. Eius nouationis pœnas dedit Lacedæmone Timotheus fidicen domo Mileſius, quod quatuor ad ſeptem illas priſcas adieciſſet, vel, vt alij volunt, ab aliis adiectas Spartam intuliſſet, & hoc nouo commento iuuenum animos effeminate videretur. Ob eam rem placuiſſe, vt productus in Comitium, qui locus σκιὰς vocabatur, manibus propriis quatuor ſuperfluas chordas amputaret, & cum flagitio ex vrbe pelleretur. Extat ψήφισμα Ephororum de ea re apud Boetium primo de Muſica; ſed eiuſmodi, vt quiduis potius, quam Græca oratio videatur: neque in manuſcriptis clementius tractatum eſt a librariis. Ex illis tamen obſoletis veſtigiis priſcam illi formam reſtituimus. Non pigebit ſubiicere in gratiam ſtudioſorum adoleſcentum.

ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑ ΕΦΟΡΩΝ.

Ἐπειδὴ Τιμόθεορ ὁ Μιλήσιορ παραγινόμενορ εἰς τὰν πόλιν ἁμετέραν, τὰν παλαιὰν μῶαν ἀτιμάσας καὶ τὰν διὰ τᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθάρισιν ἀποστρεφόμενορ, πολυφωνίαν εἰσάγων λυμαίνεται τὰρ ἀκοὰρ τῶν νέων, διά τε τᾶρ πολυχορδίαρ καὶ τᾶρ καινότατορ τῶ μέλεορ, ἀγεννῆ καὶ ποικίλαν ἀντὶ καθαρᾶρ καὶ τεταγμέναρ ἀμφιέννυται τὰν μῶαν, ἐπὶ χρώματορ συνιστάμενορ τὰν τῶ μέλεορ δύσκλειαν, ἀντὶ τᾶρ ἐναρμονίω ποιῶν ἀντίστροφον ἀμοιβαίαν, παρακληθεὶς δὲ καὶ ἐν τῷ ἀγῶνι τᾶρ Ἐλευσινίαρ Δάματρορ ἀπρεπέα ἐσκευάσατο τὰν τῶ μύθω δύσκλειαν τὰν τᾶρ Σεμέλαρ ὠδῖναρ, ὧν ἕνεκα τὼρ νέωρ διδάκκει.

Δεδόχθαι, φᾶν περὶ τούτων τὼρ βασιλέαρ, καὶ τὼρ ῥήτοραρ μέμψασθαι Τιμόθεον. ἔτι δὲ ἀναγκάσαι δὴ καὶ τᾶν ἕνδεκα χορδᾶν ἐκταμεῖν τὰρ περιττὰρ ἀπολιπόμενον τὼρ ἑπτὰ τόνωρ· ἕκαστα τῷ τε ἆραι πόλιορ βάρορ, ὅπως εὐλαβῆται ἐν τὰν Σπάρταν ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μήποτε ταράττηται κλέορ ἀγώνων.

Hoc λακωνίζον Senatuſconſultum, quod multa cognitu digna contineat, multifariam diſcutiendum erat, ſi tempus & locus paterentur. nam aliena ſunt a præſenti inſtituto, hoc eſt a Lyræ vetuſtæ doctrina. Itaque ea prudentes omittimus. Obiter tantum in eo notent candidi adoleſcentes, Lacedæmone in omnibus Patres auctores fieri, Reges ad populum referre, populum ſciſcere: vt Romæ quoque fiebat. τοῦ γὰρ πλήθους ἀθροισθέντος εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ γνώμην τῶν ἄλλων ὑφεῖτο, τὴν δ᾽ ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δᾶμος, ait Plutarchus. Notent præterea, quom ſatis firma cauſſa non videretur Timothei eiiciendi, ſi tantum illi obiiceretur quod quatuor chordas Lyræ adiecisset, & veterem harmoniam innouaſſet, inuidia inſuper Eleuſinij ſacri diuulgati eum onerarunt. denique vt maiore cum infamia vim iudicij experiretur, ſuis ſibi manibus ſuperfluas chordas palam in Comitio, relictis ſeptem priſcis, amputare coactus eſt. Lyra autem eius e loco Comitij, ſiue Σκιάδος, ſuſpenſa eſt, vnde

procul

procul conſpici poſſet, cum elogio, ὅτι χειρότατα πλυτωνίας εἰσάγω. Quod autem σῖγμα finale in ῥῶ mutarent Lacedæmonij, monuit & Boetius, quum hoc Decretum produceret, & conſtat ex quibuſdam vocibus illius idiomatis, vt ἀκκόρ, id eſt ἀσκός, in qua voce duplex Laconiſmus, nempe τοῦ σῖγμα ante κάππα mutatio in κάππα, vt eſt διδάκκει in ipſo Decreto: & præterea ῥῶ finale pro σῖγμα. Sic τέλαιορ pro πέλαιος dicebant, auctore Heſychio. Sic τὸρ, τὶς apud eundem, & alia innumera. Sed non poſſumus non mirari quomodo vetuſtiſſimi duo ſcriptores, Thucydides, & Ariſtophanes, quum Lacedæmonum verba & longas orationes adducant, nihil tale protulerunt. Nam in Thucydidis quinto neque συμβατήριος λόγος τῶν Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀργείους, neque eorundem συμμαχία cum iiſdem vllum eiuſmodi verbum in ῥῶ terminat: neq. Ariſtophanes, qui totus eſt in exprimendo idiotiſmo Laconum in Comœdia Lyſiſtrata, vel minimam quidem eius rei ſuſpitionem nobis reliquit, cuius tamen intererat ea nō omiſiſſe.

Pag. 119. v. 1. *Forma per hæredem.*] Poſt hunc verſum interiice:

Chelarum ſurget quum pars viceſima ſexta.

Nam deeſt locus ſiue pars ſigni, in qua oritur Lyra. At iſte verſus eo loco, vbi vulgo legitur, inepte poſitus eſt. quia ſi eum ibi eſſe ſinamus, maxima abſurditas conſequetur, vt Ara ſit in viceſima ſexta parte Libræ ſimul & octaua Scorpij. Quid potuit abſurdius excogitari? In vulgatis exemplaribus Firmici omiſſus eſt hic locus totus de Lyræ tam ortu quam occaſu. At Bonincontrius videtur vſus codice Firmici, in quo Lyra dicatur oriri x parte Libræ. Sed neutrum verum eſt. Nam hodie tota Lyra extat ſupra finitorem barbaricum in octaua Sagittarij, non in quinta parte Capricorni, vt nugatur Bonincontrius. Tempore vero Manilij Lyra oriebatur a IV. Scorpij, ad XV. eiuſdem, hor. o. 45′, in finitore barbarico. Igitur Lyra oriente, fidicines, flatores tibiarum, hydraulæ, organarij, cantores naſcentur.

Ibid. *per heredem tantum prolata Tonantis.*] Quis eſt iſte heres Tonantis, qui Lyram protulit? Dicunt a Mercurio prolatum. Sed vbi ſunt tabulæ teſtamenti, quibus Iupiter inſtituit heredem ſuum Mercurium, quum morietur ipſe? Commentitia eſt lectio. Gemblacenſis: ——*per heredem tantum præfata ſonantis.* Optime. Heres Lyræ eſt Orpheus: nā a Mercurio facta Orpheo tradita eſt, auctore Hygino & Nicomacho Geraſeno lib. I I.

 Muſices:

Muſices. Ea igitur Lyra per ſolum Orpheum duntaxat ſonabat præfata, id eſt τὰ ϐερνίϛια, ϐερκυθαρίσματα, ἐνδόσιμα. alio enim tangente non ſonabat. quaſi nulli citharœdo pareret præterquam Orpheo heredi ipſius Lyræ.

v.3. *Quæ quondam ſonitumque ferens.*] Mallem *ferens.*

v.6. *Hinc venient voces doctæ belleque ſonantes.*] Plane ἰδιωτισμὸν redolent. Gemblacenſis longiſſime ab hac vulgata lectione diſcedit.

Hinc venient vocis dotes, Boreæque ſonantis. Vocis dotes, acroamata; & cantores. *Boreæque ſonantis*; ἐμπνευστὰ ὄργανα Athenæo, aliis πνευστικὰ, quæ vento animantur, ſiue tibiæ ſint, ſiue hydraulica. Artificioſe enim expreſſit triplicem ſoni naturam, ἁρμονικὴν, ὀργανικὴν, ῥυθμικήν. *vocis dotes*. ἁρμονικὴ. *Garrula, quæ modulis*. ὀργανικὴ: ex flatu enim conſiſtit. *Et quodcunque manu loquitur*. ῥυθμική. quæ impulſu digitorum numeros recipit.

v.7. *Garrula quæ modulo diuerſa tibia forma.*] Manifeſto legendum.

Garrula quæ modulis diuerſe tibia format.

v.8. *Et quodcunque manu loquitur, flatuque mouetur.*] ὑδραυλικὰ καὶ πνευστικὰ ἤτοι πνευματικά. Nam & flatu, & manu mouentur. Iulianus ὁ παραβάτης.

καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς
ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν.

Vide quæ ſtudioſe olim in hanc rem colligimus Commentariolo in Ætnam.

Ibid. *flatuque mouetur.*] Tibicines & fiſtulatores quoque cum his comprehenduntur & ſymphoniaci. De Tibiis vide Solinum, qui in illis miluinas numerat: quod miluiorum clangorem imitentur. clangor autem miluorum dicitur *iugitus*: & verbum ipſum *iugere*. Vide quæ nos in Feſtum, & Varronem, qui primi locum Varronis apud Nonium correximus, vbi *vigere* pro iugere legebatur voce TEGILLVM. Apuleius Mileſia quinta: *Iubet citaram loqui: pſallitur. tibias agere: ſonatur. choros canere: cantatur.* Noli dubitare, quin legendum ſit, *tibias iugere*. quod Græcis propriè eſt γιγγραΐνειν, καὶ γιγγρίζειν.

v.10. *Mulcebitque ſono Bacchum noctesque tenebit.*] τὸ *noctesque tenebit* non eſt nauci. In Gemblacenſi & in textu Bonincontrij ſequitur verſus mala fide ab aliis editionibus omiſſus,

Quin

Quin etiam curas inter-ſecreta mouebit.

Dabimus integrum locum; & præſtabimus:

Mulcebitque ſono Bacchum, noctiſque tenebris.
Quin etiam curas inter ſecreta mouebit
Carmina, furtiuo modulatus murmure vocem.

Manifeſta ſententia neque indigens interpretis. figura Maniliana ἓν διὰ δυοῖν: ſono noctiſque tenebris: ſono nocturno. Vera eſt lectio.

v.14. *Hinc diſtante Lyra.*] Quis hæc intelligit? Hinc diſtante Lyra in XXVI parte Libræ, Sed e regione Scorpij *Ara ſurgit.* Sunt oracula ægrotantium. Ara igitur ſurget eodem tempore in XXVI Libræ cum Lyra, & e regione eius in octaua parte Scorpij? Sane digna quæ aſini interpretentur, non homines. Acroſtichides & acroteleutia huius diſtichi inter ſe commutarunt. quæ ita reſtituuntur:

Chelarum ſurget quũm pars viceſima ſexta:
Hinc diſtante Lyra, qua cornua ducit in aſtra.

Sed prior verſus ſuo ordini redditus ſupra. Deinde quam inepta erat traiectio, *Chelarum ſurget, qua cornua ducit in aſtra*: Ita reſtitutio primum verſuum inter ſe implicatorum, deinde loco ſuo luxatorum, poſtremo mendi, quod eſt in ſequenti verſu, eſt omnium emendationum maxime notanda, quæ in hoc poeta præſtitæ ſunt.

Ibid. *qua cornua ducit in aſtra.*] Vt in Sphæra:

Et Lyra diductis in cælum cornibus.

v.15. *Sed regione pari vix partes octo trahentes.*] Si vltimam ſyllabam in voce *regione* reperiueris, veram lectionem pene adeptus fueris. Adiuua igitur, & lege:

Sed regione Nepæ vix partes octo trahentis.

Veriſſima emendatio. Scriptum fuerat *nepai*, vt infra *carai* pro *caræ*. Sic Aimilius, Æmilius. Igitur in octaua parte Scorpij Ara oritur, vel, vt Manilius loquitur, Ara oritur e regione nepæ vix dum trahentis octo partes. Sæculo Manilij Ara oriebatur ſupra finitorem barbaricum a XV Sagittarij, ad XV Capricorni hor.1.15'. Longe igitur abeſt a vero hic noſter, quæcunque fuerint illa Parapegmata barbarica aut vera, quæ non intellexit, aut falſa, quæ illi impoſuerunt. Firmicus oſcitanter legit auctorem ſuum, qui dicat Aram oriri cum prima Scorpij: qui tamen recte confirmat

 emenda-

emendationem hanc illuſtrem *E regione nepai.* Bonincontrium autem decepit ridicula traiectio verſuum de XXVI parte Chelarum. neque contentus eo, non XXVI legit, ſed XXVIII, quia nimirum octo partium mentionem fieri in ſequenti verſu viderat. Itaque τὸ viceſima ex vno verſu, τὸ *octo* ex altero mutuatus monſtrum bicorpor conformauit *viceſima octo*, digna tali interprete ſententia. Ara igitur oriente nati erunt neocori, ſacerdotes, prophetæ, ſanctiſſimique antiſtites, φοιβαστικοί, θρησκευταί, μυστηριακοί, ἱερῶν καὶ τελετῶν ἐγκάτοχοι, ἱεροποιοί, ἐνθουσιαστικοί, ἱεροπρόσπολοι. Ptolem.

Ibid. *vix partes octo trahentis.*] In Firmico: *In prima Scorpij parte oritur Ara*, Mendoſe.

v. 16. *Ara ferens ignem.*] Ignem thuris vocat τὸ θυμίαμα cum quo pingitur ἐν τῇ ζῳδιογραφίαις. τὸ *ferens* eſt abſolute dictum ἀναφερόμενος, vt infra: *In cælumque ferens* ——— Aram Græci aſteriſmi vocant θυτήριον, Latini Turibulum, Arabes مجمار ſiue مجمرة Iudæi aſtrologi מַחְתָּה Mythologici Pharum. Etiam Phari ſunt lucernæ magnæ Damaſo de donariis Conſtantini & Bedæ, qui ſcribit pharos altiſſimarum lucernarum accendi ſolitas in Martyriis & Baſilicis. Ara conſtituta eſt in interſectione auſtrali Meridiani & Orizontis, quum medium curſum tenet, quod κατὰ χρηστικῶς dicitur. vix enim gradibus decem attollitur ſupra finitorem barbaricum. Sed Cicero medium cælum etiam tenere poſſe putauit in illis Arateis iuuenilibus:

Nam quum fulgentem cernes ſine nubibus aſtris
Aram ſub media cæli regione locatam.

Certe ne minimum quidem mentem Græci poetæ odoratus eſt.

τῷ μή μοι πελάγει νεφέων εἰλυμένον ἄλλοις
εὔχεο μεσσόθι κεῖνο φαήμεναι οὐρανῷ ἄστρον.
αὐτὸ μὲν ἀνέφελόν τε καὶ ἀγλαόν. ———

Nam τὸ μεσσόθι non eſt ἐν τῷ μεσουρανήματι. Quis enim Helleniſmus iſte eſſet? ſed εἰλυμένος μεσσόθι νεφέων. Tu obſeſſus alioquin a nubibus noli optare tibi Aram oriri puram a nebulis ab aduerſa parte. Interpres alioqui optimus Arati hic cæcutit εἰλυμένον ἄλλοις, non εἰλυμένον ἄλλων legens. Dicit enim poeta: ne cælo in partibus borealibus nebuloſo opta ſugere ſudam Aram in orizonte auſtrino. Itaque quantum a mente Arati Cicero abeſt, hinc colligere licet.

v.20. *Quod potius fingent ortus.*] Scribe *finget*. Refertur enim ad Aram, & eſt Hyperbaton.

Ibid. *quam templa colentes.*] ἱεροπεριπόλους proprie vocat Ptolemæus.

v. 21. *Atque auctoratos in tertia iura miniſtros.*] τοὺς νεωκόρους, qui ſunt tertij in ordine ἱερατικῷ. Sunt enim ἱεροφάνται, ἱερεῖς, νεωκόροι.

v. 22. *Diuorumque ſacras.*] *ſacra* Gembl. & nos olim. Intelligit ὑμνολόγους: quorum etiam mentio in veteribus inſcriptionibus Romæ.

v. 23. *Pene Deos.*] Græciſſat, ἀντιθέοις ὕμνων *Pene-deos*. item *voce*, non *voces*, ὑμνῳδὸς, ὑμνολόγοι.

v. 24. *Quatuor appoſitis.*] XII parte Scorpij, inquit, oritur Centaurus. Sæculo Manilij oriebatur a XXIX Libræ ad XXVII Sagittarij, horas VI fere, in finitore barbarico.

Ibid. *partibus offert Sidera.*] *effert* Gemblacenſis & nos olim. *Ex ipſo*. id eſt ex ſeipſo. Manilianum.

v.26. *Aut ſtimulos aget aut omnes.*] Lege bona fide:

Aut mulos aget, aut mannos, mixtoſque iugabit
Sanguine quadrupedes. ———

Id eſt erit mulio. Nam qui mannos ducit, etiam dicitur mulio. Martialis:

Nuſquam eſt mulio? mannuli tacebunt.

Mannos enim maior pars ſcriptorum minutos mulos, & burricos interpretatur. Gloſſarium: *Mannis*, βουρρίχοις. Interpretatur locum Horatij: *Aut Appiam mannis terit.* Nam burrichos Acro exponit eodem loco: quos Martialis paullos mulos vocat in lemmate diſtichi illius:

His tibi de mulis non eſt metuenda ruina.
Altius in terris pene ſedere ſoles.

Quippe in veteribus codicibus lemma conceptum extat: *paullæ mulæ*, aut *paulli muli*. Sequor tamen eos, qui pumilos equos exponunt, quos etiam Hinnos vocabant, Græci γίννους. Ariſtoteles VI. ἱστ. ζώων. de Mulis. καὶ ποτὲ γίνεται γίννος. Strabo de Genua, & partibus Liguriæ: ἐντεῦθεν δ' εἰσὶν οἱ γιννίοι λεγόμενοι ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι. Lege οἱ γίννοι.

v.27. *Aut mulos aget.*] Gloſſæ ἡμιονόκηρος, *Mulicurius*. Hæc noſtra emendatio non poteſt diſplicere niſi mulionibus, aut mulis ipſis.

Ibid. *mixtoſque iugabit Sanguine quadrupedes.*] Mulociſiarius, ſeu carrucarius erit. Quadrupedes mixti ſemine ſunt muli, aut muſimones. Hic quoque inſigniter errauit vetus paraphraſtes, qui equitiarios interpretatur. Equitiarios vero intelligit (quod verum eſt) prurigas, qui equabus mares admittunt. Vnde liquido apparet, τὸ iugare quadrupedes ipſum accepiſſe pro eo, quod eſt admiſſuras facere. Fruſtra.

v.28. *Aut onerabit equos armis.*] Equiſtrator erit, aut ἀναβολεὺς, qui herum armatum in equum imponit. Neque hæc intellexit Firmicus paraphraſtes, qui inter equites militantem exponit. Et quum in omnibus hiſce Sphæræ barbaricæ apoteleſmatis Manilium κατὰ πόδα ſequatur, raro tamen eum aſſequitur.

Ibid. *aut ducet in arma.*] Stratoris eſt & herum in equum imponere, & ad bellum proficiſcentem comitari. Eius munus eſt Stratura. Gloſſarium: *Ab, A Stratura,* ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς.

v.29. *Ille tenet medicas artes.*] ἱππίατρος erit. Ἱππιατρίαν mulomedicinam, & veterinariam vertunt veteres.

v.30. *Et non auditos mutarunt tollere motus.*] Gemblacenſis: *tollere morbos.* quod rectum eſt. Sed legendum *mutarum.*

v.31. *non expectare gementes.*] Hoc eſt, morbum præuertere. Tangit partem medicinæ τὴν προφυλακτικήν. Auſonius:

Et medicina triplex, ſeruare, cauere, mederi.

v.32. *Et ſibi non ægrum.*] Et ſibi ipſi credere ægrum corpus. Gemblacenſis non deterius: *Et ſibi non ægros.* Hoc inquit, eſt opus vt ipſe præueniat morbos, & vt nondum ægroti credant illi corpus ſuum. τὸ *ſibi* refertur ad ipſum veterinarium, ſiue mluomedicum, non ad ægros. προσυποτιθεντικῶς autem ait equos ipſi tradere corpus ſuum, quum vult intelligi equorum nondum affectorum morbo illis curam tradi, vt ipſis in poſterum caueatur de ſalute, & ſanitate. Denique mulomedicina promittit ſanitatem omnium quadrupedum, quæ veterinorum nomine veniunt. Nam & boum & camelorum, & cæterorum. Mutas vero minus proprie dixit, quum vocentur ſemiuocales, vt Columellæ. ſed itiotiſmum ſequitur. Nam & canis eodem modo dicebatur mutus cuſtos, quum ſit animal vocale. Huic opponitur Poetarum αὐδήεις. διὰ αὐδήσαντ.

v.33. *Nunc ſubit Arcitenens.*] In quinta parte Sagittarij ait oriri Arcturum, mendoſiſſime. Temporibus Manilij in XXI Virginis

ginis extabat ſupra finitorem barbaricum. Magnæ ſunt hæ hallucinationes vel Manilij, vel a quo Manilius hæc accepit. Sane Hipparchus ait in Græcia ſuis temporibus τὸν ἀρκτοῦρον τῇ παρθένῳ συνανατέλλειν, συγκαταδύειν, quo tempore noctes dicuntur αἱ νύκτες ἐπ᾽ ἀρκτούρῳ, teſte eodem Hipparcho, & Arato:

κεῖναί τοι καὶ νύκτες ἐπ᾽ ὀψὲ δύοντι λέγονται. Nam Arcturus dicitur ὀψὲ δύων etiam Homero. Hunc verſum Arati neque Ciceronem, neque Auienum, neque Germanicum intellexiſſe fidem fecerit eorum ſilentium. nullus enim eorum hunc verſum attigit, perinde ac ſi ſuppoſititius eſſet, aut omnino abeſſet. νύκτες igitur ἐπ᾽ ἀρκτούρῳ dicuntur, quod poſt Arcturum, id eſt poſt eius occaſum ſequuntur, quando Arcturus totum diem ſupra Orizontem exiſtit vna cum Virgine, & vna cum ea occidit. In orizonte Græcanico in parapegmate Calippi ad Eid. Septembris, Παρθένος ιϛ notatum: ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλων φανερός. Idem intelligit Plinius lib. II cap. XLVII, quum ait Arcturum exoriri mane vndecim diebus ante æquinoctium autumni. Sane ſi XI dies ad XIII Septembris addideris, peruenies ad XXIV Septembris, nimirum æquinoctium Soſigenis, quod habebat in animo Plinius. Porro ſi etymon ſpectes, ἀρκτοῦρος idem fuerit quod ἀρκτοφύλαξ, ſiquidem οὖρος & φύλαξ idem. Quare hoc, puto, ſequutus Auienus Arcturum pro Arctophylace poſuit:

Labitur Arcturus. manus olli quippe ſiniſtra

Iuge manet. ——— Totum enim Booten intelligit, non illam lucidam, quæ intra genua Bootæ. Dixit enim Aratus: δύεται Ἀρκτοφύλαξ. ——— Suidas. Ἀρκτοῦρος δὲ λέγεται καὶ αὐτὸς ὅλος ὁ Βοώτης· ἰδίως δὲ καὶ ὑπὸ τὴν ζώνην αὐτοῦ ἀστὴρ λέγεται καὶ Ἀρκτοφύλαξ καὶ Ἀρκτοῦρος. Heſychius. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες ὁμοῦ καλεῖται Ἀρκτοῦρος. Igitur oriente Arcturo qui naſcentur, erunt fiſci & ærarij præfecti. Palatio etiam præficientur: ſyndici, ecdici vrbium erunt, œconomique priuatarum domorum.

Pag. 120. 2. 1. *Fortuna ipſa ſuos.*] Firmicus ineptiſſime παραφράζεται: *Hoc oriente ſigno qui natus fuerit, erit talis, qui amicorum ſecreta fideli taciturnitate cuſtodiat.* Extra controuerſiam eſt ipſum legiſſe *ſenſus*, non *cenſus*.

v. 3. *& ſacra æraria.*] Gemblacenſis *ſancta*.

v. 4. *Regnantes ſub rege manent.*] Gemblacenſis concinnius: *Regnantes ſub rege ſuo.* ——— Continuat enim ſuperiorem ver-

ſum cum hoc, poſt quem duo, qui infra duodecimo loco poſiti ſunt, huc interuciendi. Ergo ita totum locum lege:

Regales vt opes & ſacra æraria ſeruent
Regnantes ſub rege ſuo, rerumque miniſtri.
Tutelamque gerent populi, domibuſve gerendis
Præpoſiti curas alieno limine claudent.

Quod enim recte hi verſus coniuncti ſint, præter cognationem materiæ, quæ eos huc vindicauit, & abſurditatem ſententiæ, quæ ex alteris ſedibus ſolicitauit, argumento erit paraphraſis Firmici. Nam fortaſſe ſciolis quibuſdam mirum videri poſſet.

v. 5. *Tutelamque gerent populi.*] Firmicus: *cura illis populi credetur.* Hoc eſt, vel ἔκδικοι τῶν πόλεων, vel patroni municipiorum. In veteribus inſcript. PATRONO MVNICIPI.

v.7. *Arcitenens quum ſe.*] Ait in triceſima parte Sagittarij Cycnum oriri. In finitore barbarico temporibus Manilianis oriebatur a XXII Libræ, ad XXVII Sagittarij. Non errauit ergo. Viderit aſtrologia Bonincontrij, quæ oriri facit in grad. 28. 36 Aquarij. Quod hoc monſtrum aſtrologiæ?

v.8. *Ter decuma ſub parte.*] Paraphraſtes Firmicus oſcitanter legens, ſcribit: *In Sagittarij parte decima oritur cycnus.*

v.9. *Plumeus in cælum.*] Cycnum aſteriſmorum Arabes vocant الدجاجة hoc eſt Gallinam. Eius ortu naſcuntur aucupes, aut qui aues humanam loquelam doceant, aut varium auitium nutriant, & ex eo compendia naniſcantur.

v.11. *cæloque dicatum.*] Recte. Sed vide num legi poſſit: ——— *cælique ducatum.* Sic Virgil. *coruorum exercitus.* στίχες οἰωνῶν poetis. Ducatum reperies apud Suetonium. *Ducatus latronum,* ἀρχὴ λῃστῶν. *Ducatus,* ἡγεμονία. Gloſſæ. Nihil tamen mutamus.

v.12. *Alituumque genus.*] Nondum in vſum venerat aucupium accipitrinum, quo hodie nobilitas noſtra vtitur, quæ huic rei ſuos ὀρνιθοκόμους dicatos habet. Græci recentiores vocarunt ἱερακοσόφιον, vt canum inſtitutionem κυνοσόφιον. vtrique rei libri dicati extant in quibuſdam Bibliothecis. De eius rei vetuſtate quædam notauimus in Appendicem Virgilianam. Firmici quoque temporibus tali quid in vſu erat. Vide lib.v. cap. VIII.

v.13. *aut bellum indicere Mundo.*] Innumeris locis Mundum accipit pro cælo, item pro Deo ipſo, atque adeo ἀντὶ τῆς οὐσίας.

Contra

Contra Ariſtoteli τὸ περὶ κόσμου eſt περὶ κόσμου. Diodorus: κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν μεταξὺ φύσεων. πάλιν, κόσμος ἐστὶν οἰκητήριον θεῶν. νῦν δὲ τὸ πλήρωμα λέγεται ἐκτὸς τῶν ἐν αὐτῷ. τρίτον, ὁ κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. τοῦτο μόνον τῷ βίῳ, ὥς εἴπης λόγοι, πόλις ἐστὶν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων. τέταρτον, κόσμος ἐστὶν αἰθήρ. ὁ τὸ δὲ πῦρ εἰλικρινὲς ὢν κατώτερός ἐστι τοῦ φυσικοῦ κόσμου. πέμπτον, κόσμος ἐστὶν ἡ τῶν ἀπλανῶν σφαῖρα. τοῦτο καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ μέμνηται. ἕκτον, κόσμος ἐστὶν ὁ διακοσμήτας τὰ πάντα. ἔοικε δὲ νῦν ἡ πρόνοια λέγεσθαι. Sexfariam igitur κόσμος dicitur Græcis, ac totfariam accipi a Manilio non oſcitans lector aduertet.

v.14. *Et medios inter volucrem penſare.*] *prenſare* Gemblac. & nos antea. Tale eſt illud εὔστοχον aucupium apud Maronem:

Iam vacuo lætam cælo ſpeculatus & alis
Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.

v.15. *Aut nitidos clamare ſuis ratione ſedentem.*] Feliciſſime ſuccurrebat nobis in priore editione:

Aut nidis damnare ſuis, ramove ſedentem
Paſcentemve ſuper ſurgentia ducere lina.

Aſtipulatur Gemblacenſis, ne vna quidam literula minus.

Ibid. *Aut nidis damnare.*] Damnare ſuis nidis, hoc eſt exuere, ſpoliare: antique dictum. Lucilius:

Caſsiu' Caius hic operariu', quem Cephalonem
Dicimu' ſectorem, furemque, hunc Tulliu' quidam
Iudex heredem facit. at damnati alij omnes.

hoc eſt, exuti, exheredati. Nonius.

Ibid. *Aut nidis damnare ſuis.*] Oppianus:

τοὺς μὲν γὰρ κνώσσοντας ἑλεῖν ἐσάωσε χαλκῆς
χρύσεα λωπ. τοὺς δὲ δόναξιν ἀπείρατος ἐξεφόρησε.

Sunt ipſiſſima verba Manilij.

v.16. *Paſcentemve ſuper ſurgentia ducere lina*] *Ducere*, παλεύειν. verbum aucupiale.

v.17. *Atque hæc in luxum iam ventri longius ibit.*] Gemblacenſis: *longius itur.*

v.18. *Quomodo militiæ.*] Gemblacenſis. *Quam modo* Totum locum conſtanter legimus, qui eſt elegantiſſimus:

At quæ hæc? in luxum iam ventri longius itur,
Quam modo militiæ. Numidarum paſcimur oris, &c.

At quæ hæc, ſi luxum ſpectes, in quem hodie delabimur omnes?

Ecce ventri implendo longius itur, quam vix modo militandi cauſſa profecti ſumus. Nam ab vltimis Numidis Numidicas gallinas, a Cholchis Phaſianas petimus. Lectioni Gemb. hæc omnia accepta referimus. At quæ, inquit, hæc, præ luxuria hodierna?

v. 17. *iam ventri longius itur.*] *Ventri itur*, in ventris gratiam. Sic—*tibi luditur*. Eodem modo *militiæ itur* dixit. id eſt bello gerendo. Sic etiam conuiuiis militare dixit Drepanius Pacatus Nitiobrix in ſuo diuino Panegyrico: *infami delectu ſcriptos in prouinciis aucupes, ductaſque ſub ſignis venatorum cohortes militaſſe conuiuiis.* ire ventri, & militare conuiuiis eadem figura, & quidem de eadem re dictum, vt poſſit videri interpres Manilio fuiſſe.

v. 18. *Quam modo militiæ.*] *τὸ modo* tangit nuperam Romanorum in Phaſidos partes irruptionem, aut in alias terras longinquiores. Plane eſt, quod dixit Seneca conſolatione ad matrem: *Dij Deæq. iſtos perdant, quorũ luxuria tam inuidioſi imperij fines tranſcendit. Vltra Phaſin capi volunt, quod ambitioſam popinam inſtruat: nec piget a Parthis, a quibus pœnas nondum repetiimus, aues petere.* omnino Manilium ad verbum explicant.

v. 19. *Phaſidos & dantis.*] Emendauimus olim *Phaſidos & dãnis.* Quid enim propius ad corruptam lectionem vulgatam accedit? Sed Gembl. aliquid mõſtri alit. legitur enim ibi, *Phaſidos aut dulcis.* Lego *Phaſidos aut lucis.* Nam Phaſiani in ſiluis. Sed priorem emendationem retinemus. Poteſt etiam legi: *Phaſidos & pullis.* Nam non multum receditur a veſtigiis lectionis ſcriptæ.

v. 22. *noua qui commercia ducet.*] *nouaque in commercia.* Et ita Gemblacenſis. Aues docentur habere commercia cum hominibus, quando loquelam humanam edocentur. Sequentia interpretantur, & præcedentia non minus. Nam fungus ille paraphraſtes mercatorem auium interpretatur. Fortaſſe poſſet inuenire ſtipites aſſenſores ſtultitiæ ſuæ.

Ibid. *Quin linguas hominum.*] Martialis:

Pſittacus a vobis aliorum nomina diſcam. Idem lib. III.
Nunquam dicis aue, ſed reddis Nauole ſemper.
Quod prior & Curius reddere ſæpe ſolet.

Vetus lectio ſcripta: *Quod prior & curuus.* Lege: *Quod prior & coruus.*

v. 24. *Ipſe Deum Cycnuſque colit.*] Opus eſſet Oedipo. Gemblacenſis Sphingem conficit.

Ipſe Deum cygnus condit, vocemque ſub illo
Non totus volucer. ———

Quam hæc diuerſa a vulgatis? Vt Taurus Europænon totus taurus, ſed aliquid adhuc repreſentans de Ioue in eo latente, ita & Cycnus non totus volucer pingebatur, vt congnoſceretur Iupiter in eo conditus. Cycnum enim κατηστερισμένον eſſe illum, in quem Iupiter conuerſus cum Leda concubuerit, ſatis ſciunt, qui Hyginum, Germanici Scholiaſtem, & Theonem Arati interpretem legerunt. Nemeſim non Ledam alij vocant. Noſter Manilius ob Ledæ concubitum cælo receptum dicit in Sphæra mundi.

Ibid. *Ipſe Deum condit.*] Supra in proœmio:
——— *& Iupiter alite tectus.*

v.25. *Non totus volucer*] Nondum enim ita totus cycnus, vt non conditus in eo Iupiter appareat. Sic Statius lib. IV Thebaidos Cadmum & Harmoniam non ita totos homines inducit, vt non ſerpentes etiam oſtendat:

Primus ſanguineo ſubmittit inertia Cadmus
Ora lacu: iuxtaque virum Cythereïa proles.
Effluit amborum geminus de vertice ſerpens.

v.26. *Nec te prætereant.*] *Prætercam*. Et, *Paſcere aues gaudes.*— Sed vulgata lectio poteſt admitti. Quare nihil mutamus.

v.27. *& reddere cæcas.*] Palumbes & turtures altiles cæci fiunt opima fartura: ac tunc coquo deſtinantur, & ex auiario in culinam deſcendunt. Ita intelligerentur Altiliarij. Gloſſæ: *Altiliarius*, ὀρνιοβόρος. Sed hic non hoc intelligitur. Excæcari enim dicit ad illicium, vt ex illis fiant illices aues, quas Græci παλεύτρίας vocant.

v.29. *Qui geſtant cauois volucres ad iuſſa paratas.*] Quales multæ hodie in oriente inſtituuntur columbæ ad iuſſa paratæ, præſertim ad literas in longinqua terrarum deferendas: res nobis Europæis vltra captum credulitatis noſtræ, ſed tamen veriſſima, & veteribus Romanis vſitata: cuius exemplum habes apud Plinium in columba Decimi Bruti, obſidione Mutinenſi. In veteri iure Iudaico, inter eos, qui teſtes eſſe non poſſunt, ponuntur etiam aleatores, & ij, qui columbas volare faciunt, מַפְרִיחֵי יוֹנִין Hoc ita fiebat, fitque hodie: Quidam inſtituit columbam emiſſam ad ſe redire: ei roſtrum moſcho linunt. eam multæ aliæ

columbæ ſequuntur. Eſt enim ea auis moſchi appetentiſſima. Eſt que ars inter illas inter ſe blandiri & corrumpere alias, furtoque comitatiores reuerti, ait Plinius. Qui igitur hoc artificio alienas columbas furantur, merito a dicendo teſtimonio repelluntur. Eiuſmodi erat & Muhammedis impuri Pſeudoprophetæ columba. Samaritani in ſuo Chronico Ioſuæ duci columbam adminiſtram adtribuunt, ſed diuinitus, vt ipſi aiunt, non autem humanis magiſteriis edoctam. Hic vero non de columbis intelligitur, ſed paſſeribus: cuiuſmodi nos vidimus obſequētiores & paratiores ad iuſſa herilia, quam vllus canis venaticus inſtitui poſſit.

v.30. *Quorum omnis paruo conſiſtit paſcere.*] *paſſere.* Sic etiam Gemblacenſis. Theocritus de alia re:

ὅπως τοῖς ἀλιεῦσιν ὁ πᾶς πόνος, ὅτος ὁ πλοῦτος.

v:31. *Haſerit & ſimilis.*] *Has erit & ſimiles.*

v.32. *Arcitenens.*] Ridiculū. Lege *Anguitenens.* Ait oriri in primis partibus Capricorni Ophiuchum, qui tamen ſupra finitorē barbaricum ſæculo Manilij oriebatur ab VIII Scorpij, ad VIII Sagittarij, hor. 2.15. Vide quam ſibi ſimilis eſt in hallucinatione. Qui Ophiucho oriente naſcentur, Marſi erunt, hoc eſt ſerpentum incantatores. Græci ἐπαοιδοθήρας, καὶ ὀφιοδιώκτας vocant. veneficos vocat vetuſtiſſimum Martyrologium in paſſione S. Victoris militaris Emeritenſis, IX Kal. Aug. *Serpentes a venefico immiſſi.* Ab eo φυλλεῖαι videntur dictæ Ptolemæo condimenta, aut pharmaca, quæ Agyrtæ vendebant, qualia ſunt illa, quæ viperarij Itali, quos *Ciarlatanos* vocant, circumferunt. Cinna: *Somniculoſum vt Pœnus aſpidem Pſyllus.* Locus Ptolemæi eſt libro IV, περὶ πιότητος πράξεων. quem neque Arabs neque Latinus interpres, ambo Græce doctiſſimi aſſecuti ſunt.

Ibid. *Anguitenens.*] Ita emendauimus. Primus antea Cicero vſurparat:

Atque humeros vſque a genubus Cancrumque recondit
Anguitenens ——— Aratus:

τὸν δὲ καὶ εἰς ὤμους κατάγει μεγαρὸν ὀφιοῦχον
καρκίνος ἐκ γονάτων. ——— Nimirum legebat Cicero:
τὸν δὲ καὶ εἰς ὤμους κατάγει μόγερος ὀφιοῦχος

Καρκίνον ——— quaſi καρκίνος ὤμους καὶ γόνατα habeat. Non excuſabo hallucinationem, niſi ætatis rationem habeamus, in qua hæc vertebat.

v.33.

v. 33. *Quum venit in regione tua.*] ἀρχαΐζει. Cicero: *veni in Senatu.*

Pag. 121. v. 1. *Non inimica feret.*] Ita ille in primo Silij Italici:

Nec non ſerpentes diro exarmare veneno
Doctus Atyr, tactuque graues ſopire chelydros,
Ac dubiam admoto ſobolem explorare ceraſte.

Hoc autem genus hominum vel ita natum erat, quales Pſylli in Aphrica, Marſi in Italia, Ophiogenes in Aſia: vel ita edocti, vt qui incantationibus hoc præſtabant, quales intelligit Manilius, cuiuſmodi etiam viperarij ſunt in vrbe Pictauiēſi in Aquitania. His adde, qui anulos, quos φυσικοὺς καὶ φαρμακίτας δακτυλίους Græci vocabant, aduerſus ſerpentes gerebant. Ariſtophanes:

οὐδὲν προτιμῶ σοῦ. φορῶ γὰρ πριάμενος.
Τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς.

Scholiaſtes: φιλόσοφος δ' ἦν οὗτος ὁ Εὔδαμος φυσικοὺς δακτυλίους ποιῶν πρὸς δαιμόνια, καὶ ὄφεις, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀθεράπευτον γὰρ τοὺς ὀφιοδήκτους· μᾶλλον ἢ τὴν ἀρχὴν ἐκείνων ὑπ' ὄφεων δάκνεσθαι. Sed hos δακτυλίους ἀλεξιτηρίους non ſolum aduerſus morſus ſerpentum, ſed & ad omnes dolores, κεφαλαλγίαν, & tormina adhibebant. Antiphanes ὀμφαλῷ.

——— ἐν χύτρᾳ δέ μοι
ὅπως ὕδωρ ἐνόντα μηδέν' ὄψομαι.
οὐ γὰρ κακὸν ἔχω, μηδ' ἔχοιμ'· ἐὰν δ' ἄρα
στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρ' ἢ τὸν ὀμφαλὸν,
παρὰ Φερτάτου δακτύλιος ἐστί μοι δραχμῆς.

Hic Phertatus drachma vendebat illos anulos, vt Eudamus apud Ariſtophanem. Samothracij anuli aurei capite ferreo nihil aliud erant, quam αἱ ἀλεξιτήριοι. Vide Plinium, & Iſidorum. ἐλοσιδήρους videtur facere Lucretius:

Exultare etiam Samothracia ferrea vidi.

v. 3. *At quum ſe patrio producit ab æquore Piſcis.*] Non deſignat qua parte Capricorni oritur Piſcis auſtrinus, qui Græce dicitur ἰχθὺς νότιος. Sub hoc naſcuntur piſcatores, vrinatores, & margaritariarum piſcatores concharum. Male hunc piſcem Delphinum vocat vetus paraphraſtes Firmicus, immemor de Delphino alibi a Manilio referri. Iſte Piſcis, qui dicitur maior piſcis, itemque νότιος, & aquam ab vrna Aquarij defluentem deglutit, incipit emergere hodie ſupra finitorem barbaricum cum VI parte Piſcium, temporibus Manilij, cum XIII Aquarij. Totus extat ſupra finitorem hodie cum XXX Piſcium, ſæculo Manilij cum VII Piſcium.

Piſcium. Quomodo abſoluemus hunc noſtrum τῆς ἀλογίας, qui cum Capricorno oriri facit?

v. 5. *In cælumque ferens.*] Si mendum non eſt, videtur τὸ *ferens* eſſe ἀναφερόμενον, vt ſupra:

Ara ferens thuris ſtellis imitantibus ignes.

v. 9. *Cumque ſuis domibus conchas.*] Hæc, quæ nemo bene intelligit, ita caſtiga ex fide codicis Gemblacenſis:

Cumque ſuis domibus concha valloque latentes

Protrahit immenſus. —— *latentes*, piſces intelligendum. *ſuis domibus* appoſitiue *concha valloque* ἓν διὰ δυοῖν Manliane, concharum vallo. *immerſus*, vrinando. Infra:

—— *corpuſque profundo*

Immiſſum pariter, quo præda exquiritur ipſa.

Ibid. *Cumque ſuis domibus.*] Intelligit concharum margaritariarum piſcatores, qui vrinando ſe in profundum mittunt: vt hodie fit in mari Perſico, præſertim ad inſulam Baharem nauigationibus Luſitanorum nobilem. Athenæus; Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς ἐν τῷ τῆς Παρθίας περιηγητικῷ κατὰ τὸ Περσικὸν πέλαγος νῆσόν φησιν εἶναί τινα, ἔνθα πλεῖστον μαργαρίτην εὑρίσκεσθαι. Androſthenes ſcribebat ἐν τῷ τῆς Ἰνδικῆς παράπλῳ ab orientalibus populis concham margaritariam Βέρβερι vocari. quam vocem puram putam Æthiopicam eſſe certo ſcimus. Interea ſatis mirari non poſſum, quare Garcias ab Horto medicus Proregis Indiæ, qui Arabicam lingam ſcire profitetur, ſcribit Luſitanam vocem eſſe *Aljofar*, quod ita Luſitani margaritam vocent, & pura vox ſit Arabica in Hiſpanicum idiotiſmum, vt ſolet, deflexa. Arabes enim vocant الجوهر Aljohar. Hiſpani vero more ſuo aſpirationem in digamma Æolicum mutarunt, vt Alforjas الخرج Alchorju. Alfilel الخلال Alchilel.

v. 10. *Protrahit immerſus.*] Mendoſe. *immerſus*. Gemblacenſ.

v. 11. *Corpuſque profundo Immiſſum.*] Poteſt accipi, corpus immerſum tam exquiritur, quam præda ipſa. Sed ſunt mancipia, aut viliſſima capita, quibus ad eam piſcationem vtuntur, dixerit aliquis. Verum eſt. ſed tamen precio humanæ vitæ ipſa præda exquiritur. Nam, inquit, merces laboris tanti parua eſt. Hoc eſt, nulla mercede tantus labor exquirendi margaritas penſabilis eſt. vel potius: tanti ſunt vrinatores ipſi, quam præda ipſa. quod rari ſint

ſint, qui periculo vitæ ſuæ profundo velint immergi. Ideo care homines conduci, qui in fundum maris penetrent. Viliſſima, vt dixi, capita margaritas ab ipſo profundo euellere cogit adhibitis flagris auaritia Luſitanica. Manilius autem, qui tanto periculo extrahi clamat, reſpexit ad fabulam vulgi peregrina & longinqua ſemper in maius augentis. Iſidorus Characenus: *κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες μαργαρίτας, ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον κατ' εὐθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα. μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποπρίονται. ἔνιοι δὲ καὶ παραχρῆμα ἀποθνήσκουσι.* Quod periculoſum ſit digitum in hiantem concham immittere, & non leuis dolor inde conſequatur, ſcimus ex nauigationibus Orientalibus hodiernis, ſed mortis neceſſitas eſt a teratologia Græculorum. Plura, non tantum eadem, inuenies apud Plinium. Omnes vrinatores piſcandi cauſſa, aut ex profundo extrahendi Ælianus vocat *τοὺς ἐν ταῖς ὑδροθηρείαις ἀποδυομένους.* lib. II. XLIV *ζώων.*

v. 14. *rapidumque notari.*] Locus deprauatiſſimus. Non intelligo. Itaque aſteriſci notam appoſui. Gemblacenſis legit:

——— rapidumque notari

Vix vnquam eſt locuples. oneratur terra profundo.

Fortaſſe hoc vult: vix vnquam ſat eſt diuitem raptorem notari, & prædatorem, niſi terram ipſam, quam aliis abſtulimus, oneremus præda maris. Sed adhuc delibero.

v. 19. *Quamque Fidis magno.*] Mirum eſt, Manilium aliam a Lyra Fidem facere, quod perinde eſt, ac ſi olorem alium a Cycno fecerit. Et profecto tam ille, quam eius paraphraſtes Firmicus vbique produnt inſcitiam matheſeos, vt & Bonincontrius, qui & ipſe non aduertit Fidem, aut Fidiculam eandem eſſe cum Lyra, quod alterum Græco, alterum Latino nomine dictum ſit. Plinius nunquam Lyram, ſemper Fidiculam vocat. At bis ponit apoteleſmata Lyræ Manilius. In Libra oriri fecit ſub nomine Lyræ, hic in Capricorno ſub nomine Fidiculæ. Igitur, ait Paraphraſtes, Lyra oritur in decima parte Capricorni. Iudices capitalium rerum naſcentur: quæſtiones capitales exercebunt. Naſcentur etiam tortores, & carnifices, ſcelerum vindices, rigidi æquitatis amatores. In quibus vanitatem & futilitatem artis vides. Nam & quia Fidicula *βάσανον* ſignificat, ab eo *βασανιστὰς* & cruciatores naſci ait. Fidiculis diſtendere quid ſit, notum ex Suetonio. nerui enim erant inſtar neruiarum Lyræ. At aliud eſt

Fidicula in Martyrologiis. Eſt enim, quæ aliter vngula ferrea vocabatur, qua latera Martyrum ſulcabantur. Gloſſæ: *ὄνυχες οἱ εἰς τὰ βασανιστήρια, Fidicula*. Iſidorus: *Vngulæ dictæ, quod effodiant. Hæ & Fidiculæ, quia iis rei in eculeo torquentur, vt fides inueniatur.* In Martylogiis Arabum vocantur. إشغار quod ſæpiſſime legimus. Hebr. מַסְרְקָאוֹת. Sunt qui Catomium in Martyrologiis Latinis fidiculas, aut ſimile tormenti genus interpretentur: vt in paſſione S. Afræ: *Catomiis nudam te cædi iubebo.* Sed falluntur. Catomium, vel pluraliter Catomia etymon Græcum quid ſit, aperit. Eſt enim commiſſura ceruicium cum humeris. In vetuſtiſſimo Gloſſario Latinoarabico: *Catomum* قفا رقبة id eſt *σφόνδυλος τραχήλου*. Significat igitur nudatam in ceruice plumbatis cædi. Prudentius:

Tundatur, inquit, terga crebris ictibus
Plumboque ceruix verberata extuberet.

Alium ſenſum habet in vetuſtiſſimo Martyrologio, XIV. Kalend. Decemb. *Catomo eum ſuſpendi ac verberari.* Nam ibi catomo ſuſpendi eſt capite deorſum, ſiue ceruice deorſum ſuſpendi. quod idem Martyrologium dixit *Capiteiorſum ſuſpendi.* prid. Eid. Mai. Ariſtophanes. & Græcorum Martyrologia dicunt *κατωκάρα κρέμασθαι*. Et certe Laberius dixit tollere in catomium, quod Plautus capite ſiſtere: —— *bona fide Tollet vos Orcus nudas in catomium. γυμνὰς κατωκάρα ὑμᾶς στήσω.* Quo quid fœdius mulieri? Sed ad rem. Si igitur Fidicula eſt *βάσανος* Latinis, at Græcis *λύρα* vel *χέλυς* non eſt. Ergo Romæ ortu Fidiculæ tortores naſcentur, non in Græcia. Nugæ, nugæ, inquam, vt reliqua illius *δυσβουλίας* omnia.

V. 21. *Qui commiſſa ſuis rimabitur argumentis.*] *χειρολογία*. In peruetuſto martyrologio in Euphemiæ paſſione, XVI Kal. Octob. *Poſt verbera & argumenta rotarum.*

V. 22. *tacitaque ſilentia fraude.*] Manifeſto vitioſum. Gemblac. —— *tacita latentia fraude.* Haud dubie ſcribendum: *latitantia.*

V. 16. *Cæruleus ponto*] Anteponit hæc paraphraſtes Firmicus, & ait Delphinum octaua parte Capricorni oriri. Sæculo Manilij oriebatur a XVII parte Sagittarij, ad II Capricorni hor. o. Iα′ ſupra finitorem barbaricum. Bonincontrius dicit in quinta parte Aquarij oriri. Sed & alibi imperitiam ſuam ſatis profitetur.

Oriente

Oriente Delphino naſcuntur natatores, vrinatores, petauriſtæ, curſores velociſſimi.

v. 27. *Erigit.*] Attollit ſe ſupra finitorem. niſi *exigit* legendum ſit, quod valde placet.

Ibid. — *Et ſquamam ſtellis imitantibus exit.*] Quid? ſquamæ Delphino? An λεπιδωτὰ ſunt ζωοτόκα? Non poſſum excuſare, niſi dicam fortaſſe aliquando ſquamatum Delphinum ab imperitis vulgo pingi. Sed quur excuſem qui imperitos ſequatur? Quatuor tantum ſtellarum, quæ rhombum conſtituunt, meminit Aratus, cætera dicit eſſe ἠερόεντα, vt & Cicero in iuuenili paraphraſi:

Cætera pars late tenui cum limine ſerpit.
Illa, quæ fulgent luces ex ore coruſco,
Sunt inter partes gelidas Aquilone locatæ,
Atque inter ſpatium & læti veſtigia Solis.
At pars inferior Delphini fuſca videtur
Inter Solis iter, ſimul inter flamina venti,
Viribus erumpit qua ſummi ſpiritus Auſtri.

Comparentur cum Arateis, quæ M. Tullius adoleſcens interpretabatur:

Δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλὸς ἐπιτρέχει Αἰγοκερῆι
μεσσόθεν ἠερόεις. τὰ δέ οἱ περὶ τέσσαρα κεῖται
γλήνεα παρβολάδην· δύο παρ δύο πεπτηῶτα.
καὶ τὰ μὲν ἐν βορέω καὶ ἀλήτου ἠελίοιο
μεσσηγὺς κέχυται. τὰ δὲ νειόθι τέλλεται ἄλλα
πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.

Quæ de Delphino Aratus proponit, tribus primoribus verſiculis comprehendit. Reliqua ſunt epilogus ſtellarum Borealium: a quibus dicit ſe pergere ad auſtrales. At Cicero non ſolum ſtellas ori Delphini attribuit, quas nullas habet (neque enim eius σώματα ἠερόεσσα) ſed etiam eas dicit ad partes aquilonares ſpectare, tanquam hoc velint illa καὶ τὰ μὲν ἐν βορέῳ, &c. Reliquam autem partem corporis delphini dicit vergere in auſtrum, tanquam illa hoc velint: ——— τὰ δὲ νειόθι τέλλεται ἄλλα, quæ fuit mira hallucinatio. Sed a nobis accipiantur tanquam ab adoleſcente effutita, non a ſene caſtigata.

v. 28. *Ambiguus terræ.*] Sane poſt hunc verſum reuocandi ſunt duo, qui infra obtorto collo in locum alienum intruſi erant.

Ambiguus terræ partus pelagoque creatur.
Par ex diuerſo ſtudet & ſociatur vtrumque
In genus, atque vno digeſtum ſemine ſurgit.

Quis tam auerſus a literis, qui nō videat horum verſuum has eſſe proprias ſedes, vt alienas, vbi erant antea? Par quiddam, inquit, ex diuerſo ſtudet & ſociatur in vnum genus. *Studet* φρονεῖ. Nam ambiguum vitæ eſt, terrenæ, & maritimæ. Et qui in aqua ſunt κολυμβηταὶ, ij in terra ſunt κυβισηταί. adeo vt τὸ κυβιστᾶν Homerus Piſcibus ipſis attribuerit. In Baal Aruch legitur קִיבִּיוֹסְטוֹס pro κυβιστητής. & recte ille doctus Iudæus monet eſſe vocem Græcam: quanquam præſtigiatorem interpretatur. Hæc eſt egregia reſtitutio. quod dico, ſi qui forte extabunt, quos æmulatio & inſcitia aliter pronunciare adigat.

v. 29. *Par ex diuerſo.*] Tantum ex *pars* fecimus *par*. quod infinitis locis in hoc auctore commutatum eſt. Poterant & concinnius hi tres verſus ita concipi.

Ambiguus terræ partus pelagoque creatus.
Par ex diuerſo ſtudio ſociatur vtrumque
In genus, atque vno digeſtus ſemine ſurgit.

Sed quia commodam ſententiam concipit vulgata lectio, ſecuram relinquimus.

v. 33. *Et ſenibus.*] *Et ſinubus.*

Pag. 122. v. 4. *Deducet palmas furtiuo remus in ipſo.*] Quid eſt homo remus deducet palmas in ipſo furtiuo? Ego ſcio & ineptum & ſuppoſititium verſum eſſe, & Manilium ſcripſiſſe elegantiſſime: ——— *nunc æquore merſus*
Nunc in aquas rectus veniet. ———

Quo quid clarius dici poteſt? quid ſtolidius altero? *nunc æquore merſus* eſt κολυμβητής. *nunc in aquas rectus*, quaſi veſtigiis ac plantis aquæ inſiſtens, & maris ſuperficiem perambulans. quod ex illis apparet:

Aut vada mentitus reddet ſuper æquora campum.

Quid magis falſi conuicerit ſuppoſititium illum partum, quam hæc tam concinna ſententia?

v. 7. *Aut immota ferens in tergum*] Gemblac. *in tergus*. quod eſt familiarius Manilio, quam *tergum*, vt paſſim patet.

v. 9. *Pendebitque ſuper totum ſine remige Pontum.*] Gemblacen,
Pendebitque ſuper tutum ſine remige.

Haud

Haud dubie ſcripſit Manilius: *Pendebitque ſuper tutus ſine remige.*

v.10. *Illis in Ponto iucundum eſt quærere pontum.*] Quid eſt quærere pontũ in ponto? Longe aliter Gembl. & quidem optime:

> ——— *Votum eſt*
>
> *Illis in ponto, iucundum eſt quærere pontum.*

Tota hæc perioche igitur ita concipienda:

> *Pendebitque ſuper tutus ſine remige. Votum eſt.*
>
> *Illis in ponto: iucundum eſt quærere pontum,*
>
> *Corpora qui mergunt vndis.* ———

Iam vera eſt huius loci correctio, quem nemo antea capiebat. Repetendum vero ἀπὸ κοινοῦ τὸ *Ex illo*. Ex illo ſidere illi ſunt, qui corpora immergunt: & quibus votum eſt in ponto: qua ἐλλείψει non raro vtitur.

v.11. *Corpora qui immergunt.*] Hos vrinatores Firmicus in paraphraſi Sphæræ barbaricæ videtur orciſcopalarios vocare. Sed leuiter immutatum puto & orſciſcopularios legendum. Orci ſcopuli ᾅδου ſcopuli, cæci & latentes, καὶ ὕφαλοι, vt orci galea latens, aut quæ latere facit. Sunt igitur orciſcopularij, qui maris latentes ſcopulos explorant. Horciſtipolis legebatur in præclaro Notarum libro, in quo prius nota, deinde interpretatio notæ poſita erat. Antecedebat nota, quæ ſignificabat Hypocauſtum. Sed quid hoc ad vrinationes? Is egregius liber cum aliis quibuſdam vetuſtis Cuiacio a nobis cõmodatus ſtatim poſt eius mortẽ furto ſublatus eſt a felibus librariis, qui negant ſe mihi reſtituturos.

v.13. *Exportantque maris prædas.*] Tales deſcribit Naſamones Silius lib. III:

> *Hinc coit æquoreus Naſamon, inuadere fluctu*
>
> *Audax naufragia, & prædas auellere ponto.*

v.15. *Ad numeros etiam illa licet.*] Scribe, *Ad numeros etiã ille ciet.*

v.17. *delatus & ille.*] Scribe, *elatus & ille.* Rota in ſublimi poſita a duobus verſabatur. alter ſuperne, alter in ferne nitebatur. Ita fiebat, vt alternis deiecti nunc penderent, nunc erecti ſederent. Per eandem rotam etiam corpora contento ſaltu ſubiecta traiiciebant. Martialis:

> *Quam rota tramiſſo toties impacta petauro.* vel *intacta.*

quod melius. Similis huic erat luſus, qui dicebatur [illegible]. Nam in fune per arrectarium tignum traiecto idem fiebat, quod hic in rota. Vide Pollucem.

v.20. *Tollitur & liquidis.*] Actum erat de ſalute huius in e-licíſſimi verſiculi abſque codice Gemblacenſi. Nam quid eſt *tollitur* & *ponuntur?* Sed reſtitutus ex fide Gemblacenſis omnem litem tranſiget:

Membraque per flammas orbeſque emiſſa flagrantes
Molliter vt liquidis per humum ponuntur in vndis.

quanquam clarior eſſet lectio:

Molliter vt per humum, liquidis ponuntur in vndis.

Ponuntur membra per flammas & vndas tam molliter, ac ſi ponerentur in humo. Nam ſi intelligis de petauro, prorſus ſtolidus es & ſtipes. Flammarum enim iſtarum mox meminit. Audi quæ ſequuntur.

v.19. *Membraque per flammas.*] Flammæ vero iſtæ erant in pegmate, quod in Circo inducebatur. Claudianus:

Mobile ponderibus deſcendat pegma reductis:
Inque chori ſpeciem ſpargentes ardua flammas
Scena rotet. varios effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus, pictæque citato
Ludant igne trabes, & non permiſſa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.

Deſcendere pegma ponderibus reductis dixit Claudianus, quia ſolubile eſſet. quod nihil aliud erat, quam contabulatio; quæ ſponte ſenſim ſurgebat, & diſſoluebatur. quo alludit Phædrus Augusti libertus: *Dum pegma rapitur, concidit caſu graui.*

Inde Suetonius hæc duo cõiungit Pegma, & automaton. Pegmatis impoſiti gladiatores depugnabant: qui eius contabulationis ſcanſione ſtatim erecti in conſpectum veniebant: quo nomine pegmares gladiatores Suetonio dicti. Sed quos non ſolum ad ferrum damnabant, ſed & perire volebant, ij pegmati impoſiti, machinamento ſponte ſoluto, in caueam ferarum præcipites dabantur. Strabo de Selcuro latrone Siculo: τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων. ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Vnde intelligitur quid velit Martialis:

Et ſurgunt media pegmata celſa via.

Surſum enim αὐτομάτως paulatim creſcebant, & ſtatim ſoluta conci-

concidebant. Seneca Epiſtola LXXXIX. *His annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabalata tacite in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato voluptates, aut dehiſcentibus, quæ cohærebant, aut his, quæ diſtabant, ſua ſponte coeuntibus, aut his, quæ eminebant, paulatim in ſe reſidentibus.* In his igitur pegmatis ignes accendebantur, per quos Petauriſtæ membra ſtrenue tranſmittebant, vt ex Claudiano aperuimus, & his noſtris patet:

Membraque per flammas, orbeſque emiſſa flagrantes.

pegmares flammas intelligit. Vopiſcus in Carino: *Pegma cuius flammis ſcena conflagrauit.* Hoc autem omne genus hominum παράβολοι καὶ παρακινδυνευμένοι dicebantur. de quibus ſupra libro IV. Ad verbum Firmicus periculoſos lib. IV. cap XV. *Faciet auctores audaces periculoſos.* Græcus ſcriptor, vnde hauſit, procul dubio habebat, ποιήσει αὐθέντας, παραβόλους, παρακινδυνευμένους. Sed ſtulte αὐθέντας auctores vertit. Non enim ſemper auctorem deſignat vt Gloſſis, *Auctoritas* αὐθεντία. item, αὐθέντης *auctor.* ſed eſt, ὁ φονεὺς, ὁ αὐτοχειρίᾳ φονεύς, id eſt homicida. Sed Firmicus non ſolum hic, ſed etiam alibi tam Helleniſmi, quam aſtrologiæ ſe imperitum prodit. Nam quos Græcos auctores artis vertebat, eorum neque verba neque artem aſſecutus eſt. Porro ſimile mendum inuenies lib. III, cap. V. *Faciet enim laborioſos, homicidas, ſceleratos, reos facinorum, inuentorum auctores, vel tortores, vbi aut carnifices.* Legendum, *reos facinorum, auctores, vel tortores.* Hic quoque αὐθέντας pari errore auctores vertit.

V. 21. *Delphinumque ſuos per inane natantia motus.*] Emendauimus:

Delphinumque ſuo per inane imitantia motu
Et viduata volant pennis, & in aere ludunt.

volant per inane ſine pennis & in aere ludunt imitantia delphinum ſuo motu. An non ita ſcripſit Manilius? Si negas, aut κακοήθης, aut imperitus es.

Ibid. *Delphinumque ſuo.*] Hos Firmicus vocat ephalmatores, quod ſaltu corpora iacularentur. ἔφαλμα, ſaltus in ſublime.

V. 22. *Et viduata volant pennis.*] Claudianus:

Vel qui more auium ſeſe eiaculantur in auras,
Corporaque ædificant celeri creſcentia nexu,
Quorum compoſitam puer augmentatus in arcem
Emicet, & vinctus planta, vel cruribus hærens

Pendula

Pendula librato figat veſtigia ſaltu. Planum eſt, quod dicit Claudianus: alium alius humeris rectum inſiſtere, donec ex multis hominibus quaſi arx exædificetur. tunc puer contento ſaltu ſuper vltimum ſeſe ſubiiciebat, quod non ſemel a thymelicis fieri vidimus. Firmicus petaminarios videtur vocare, verbo Latine detorto ex Græco πετάμενος, volans. Dixit enim Claudianus: *Vel qui more auium ſeſe eiaculantur in auras*: & noſter: *Et viduata volant pennis.* Petaminariorum mentionem habes apud Chriſtianiſſimum ſcriptorem Saluianum epiſcopum Maſſilienſem libro VI de vero iudicio, & prouidentia Dei: *Et quidem quia longum eſt nunc dicere de omnibus amphitheatris ſcilicet, odeis, luſoriis, pompis, athletis, petaminariis, pantomimimis, cæteriſque portentis, quæ piget dicere, quia piget vel malum tale noſcere: de ſolis Circorum ac theatrorum impunitatibus dico.*

v.26. *Sed regione means.*] Firmicus ait Cepheum oriri in ſphæra barbarica cum XV Capricorni. Sed caput eius tantum oriri & occidere in finitore Græco teſtatur Hipparchus. Aitque oriri a XXVII Scorpij, ad VI Sagittari. Sed ſæculo Manilij oriebatur XX Scorpij ſupra finitorem barbaricum iuxta interſectionem meridiani, & orizontis. Multum igitur tam Manilium, quam Firmicum falli neceſſe, qui cum Aquario orientem faciunt. Quid de Bonincontrio dicam, qui hariolatur oriri cum extrema parte Piſcium? Quot ſunt hodie, qui non præferant commentarium Bonincontrij his noſtris caſtigationibus? imo ſi poſſint, potius eum eruditiſſimum Manilij interpretem eſſe iurabunt, quam vt aliquid vnquam boni nobis excidiſſe concedant. Quibus Bonincontrius in Manilium poteſt ſatisfacere, illis ego nunquam mirabor noſtra diſplicere: quia ab illis neque confeſſionem ab ingenuitate, neque ſenſum literarum a genio eorum exigimus.

Ibid. *Sed regione means.*] Qui oriente Cepheo naſcuntur, erunt ſeueri, ſupercilioſi: etiam pædagogi, Tragœdi, Comœdi, hiſtriones, pantomimi.

v.27. *facit ora manere.*] συνεστηκὸς πρόσωπον. Sed interpolatum eſt. Gemblacenſis:

—— facit ora ſeuera:

Frontes ac vultus componit pondere mentis. Recte.

v.20. *Paſcentur curis.*] ἐμφιλόσοφοι, ὀχλολογιστικοὶ erunt. Ptolem.

v.30. *— & antiqui laudabunt verba Catonis.*] Ad verbum

Firmicus:

Firmicus: *qui etiam Stoicam ſectam vero ſequantur affectu. Tales enim apud veteres fuerunt Catones.*

v.33. *Et dominum dominus prætextæ lege ſequatur.*] Gemblac. *prætexta.* dictum, vt prætextæ Comediæ, id eſt prætextatæ Horatio. Sed *prætextæ* retineo. Seruus pædagogus ratione diſciplinæ eſt dominus domini ſui. Docet enim herilem filium dominum ſuum. Itaque *prætextæ lege*, eſt iure ætatis. Eſt enim adhuc puer, donec togam puram ſumpſerit.

v. *. *Quodque aget, id credat.*] Quæ ſit mens huius verſiculi dicerem, ſi huc pertineret. Nam profecto hic locum non habet. Recoque, verſa in incude tenaci forcipe. nunquam ſenſum huic loco accommodum ex eo erues. Infra reddetur illi locus ſuus.

Pag. 123. v. 4. *atri luctum memorare ſepulcri.*] Antigonæ. Viſe Tragœdiam apud Sophoclem.

v. 8. *Quærere Medea natos.*] τὸ *Quærere* ex perſona Iaſonis interfectos a Medea natos quærentis & deſiderantis. Nam qui non ſunt amplius, dicuntur quæri. quod frequens in Hebraiſmo.

v. 12. *geſtus referetur in actis.*] *in actus*, hoc eſt τὰς ὑποκρίσεις. Agere fabulam, ὑποκρίνεσθαι. Erit non ſolum poeta Tragœdiarum, ſed etiam ὑποκριτής.

v. 18. *Doctior orbe ſuo.*] Βαρβαρίζει. Repone ex Gemblacenſi: *Doctor in vrbe ſua.* Idem clamat epitaphion eius epigramma Romæ, quod ad Mauſoleum Auguſti viſitur:

φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς, σειρῆνα θεάτρων
τόνδε Μένανδρον αἰεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον.
οὕνεκ' ἄρ ἀνθρώποις ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξεν,
ἡδύνας σκηνὴν δράμασι πᾶσι γάμων.

Inde Ariſtophanes Grammaticus, dubitat vtrum Menander vitæ magiſter, an vita Menandri magiſtra fuerit.

——— ὦ Μένανδρε καὶ βίε,
πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο;

v. 19. *Qui vitæ oſtendit vitam.*] Scribe, *Qui vitæ oſtendit vitam.* Amare ſolū viuere eſſe dicit. Mimnermus, & alij. Pleni ſunt libri.

Ibid. *curſuſque ſacrauit.*] Et hoc quoque ab interpolatoribus. Gemblacenſis: *carusque ſacrauit.* Nempe male aſſecutus eſt ſcripturam archetypo *cartiſque ſacrauit.* id eſt *chartiſque.*

v. 22. *referetque affatibus ora.*] Imo melius Gemblacenſis: ——— *referetque affectibus ora.*

v.24. *& turbam reddet in imam.*] Inepte, Feliciter olim edidimus, *in vno*. Gemblacenſis approbat. Lucianus aptiſſime interpretatur: *τὸ γοῦν παραδοξότατον τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἄρτι μὲν Ἀθάμας μεμηνὼς, ἄρτι δὲ Ἰνὼ φοβουμένη δείκνυται, καὶ ἄλλοτε Ἀτρεὺς ὁ αὐτὸς, καὶ μετὰ μικρὸν Θυέστης, εἶτα Αἴγισθος καὶ Ἀερόπη, καὶ πάντα ταῦτα εἷς ἄνθρωπός ἐστι.* Si Manilium interpretandum ſuſcepiſſet, non poterat opportunius hunc locum exponere.

v.26. *Omnes fortunæ vultus.*] Longe melius Gemblacenſis:

Omnis fortunæ vultum per membra reducet.

Ibid. *per membra reducet*] Per geſtus & ὑπόκρισιν: vt ſupra dixit *ſaturo geſtu*. Nam per ſaturum geſtum παντόμιμον ὑπόκρισιν intelligit. Saturum eſt verbum ſcenicum, quod ad diuerſimodum actum, & geſtum pertinet. Sic Satura omnigeni argumenti poeſis. & *Satura νόμος πολλὰ περιέχων* Gloſſis. Caue legeris *Satyro geſtu*; vt Satyras Lucilij, & Horatij per y pſilon ſcribendas putes. neque in hoc doctiſſimis tam veterum, quam recentiorum credideris, qui σατύρους καὶ σατυρίσεις Græcorum ſomniant. Nam Satura, ſeu Satira, vt maxumus, maximus, aliud eſt. Quid ſit Pantomimus, deſignat Caſſiodorus libro primo Variarum, ad Albinum & Albienum: *Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominauere maiores: ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi: quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textu poſſit agnoſci.* Claudianus: *Qui geſtu manibuſque loquax.* Primus omnium in ſcenam Romanam prodiit Pantomimus Pylades ab Auguſto ex Aſia euocatus. Quod præter alios, duo hoſtes nominis Chriſtiani teſtantur, Lucianus, & Zoſimus.

v.28. *Præſentem Troiam.*] Poſt hunc verſum immittendus ille, quem ſupra expunximus:

Quodque agit, id credes ſtupefactus imagine veri.

Gemblacenſis habet *agit*, quod melius, quam *aget*: quanquam parui refert, *credes* pro *credet*; *veri* pro *iuris* legimus. Non interpretamur. Sententia & puero plana. Si quis negat iure huc tranſlatum hunc verſum: & nos negamus iure eum queri, & prius debere æquum animum ad hæc afferre, quam temere de iſtis iudicare, quæ non intelligit, & quibus ſtudio æmulationis infenſus eſt. Non curamus hos malos Genios.

v.30. *Nunc Aquilæ ſitus.*] Aquila, inquit Firmicus, duodecima

cima parte Aquarij oritur. Sæculo Manilij oriebatur à XXVII Scorpij, ad XV Sagittarij, hor. 0. 45′, ſupra finitorem barbaricum. Inter veram & Manilianam epochen longa procul longis via diuidit inuia terris. Aquila oriente nati, cæde humana, ſpoliis, rapinis viuent. Feras etiam conficient. Contumaces, fortiſſimi, ſtrenui, armigeri, ſatellites erunt.

Ibid. *Fertur.*] Id eſt ad verbum ἄηται Arato de eadem Aquila loquenti, vt nos correximus, quum inepte in omnibus libris editum ſit ἀήτης. quod alibi monuimus. Cicero eleganter *ſe portat. At propter ſe Aquila ardenti cum corpore portat.* id eſt ἄηται, mouetur. De motu agili & expedito proprie dicitur, qualis in bene valentibus, vt in Satira de eo, cui conſtabat valetudo. — *Et pedibus me Porto meis* ——— hoc eſt, bene valeo. Quis negat hodie in Gallia nos ita loqui? Nam quod eſt apud Comicum: *Valuiſtin vſque? Suſtentatum ſedulo.* ibi ſuſtentare ſe eſt portare ſe & bene valere, καὶ ἐρρῶσθαι. Teutoniſmus quoq. Belgicus proxime ita loquitur. Nam de valetudine ſciſcitantes dicũt, quomodo vectaris? Ne hoc quidem genus loquendi deeſt in Latinitate. Nam & in ea quoque vectare ſe, vt ſuſtentare ſe eſt ἐρρῶσθαι. Tertulianus de Pudicitia XII, vertens Epiſtolium ſynodicum Apoſtolorum: *A quibus obſeruando recte agetis. Vectate vos. Spiritui ſancto ſufficit & hic ſeruatum, &c.* In Græco: ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε. Ergo *vectate vos*, eſt ἔρρωσθε. Vulgata lectio quam inepte concepta? *A quibus obſeruando recte agitis, vectante vos ſpiritu ſancto.* Atqui *Spiritui ſancto* legendum & cum cæteris coniungendum. Nam repetit quod ſupra initio præmiſſum: *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* Perpendant nunc eruditi, & qui aliquem ſenſum bonarum literarum habent. Non aliter iudicabunt. *Vectare ſe, portare ſe*, de optima corporis conſtitutione dictum. Sane in veteri ante annos ſeptingentos ſcripto Gloſſario Latino-arabico diſerte exaratum eſt: *Vigore, vectione.* Vectio igitur & vectatio idem, & vtrumque vigor eſt, auctore illo Gloſſario, in quo multa præclara extant tam ad Arabiſmum, quam ad Latinitatem pertinentia.

v. 31. *Roranis iuuenis.*] Gemblacenſis *Portantis iuuenis.* Aquarius ſculptus eſt in Kalendario ruſtico Romano humeris vrnam baiulans. non tamen puto veram lectionem *Portantis.*

v. 32. *& extentis prædam circumuolat alis.*] Satis longo inter-

uallo diſſident a ſe Aquila,& Aquarius. Nam quæ non multum diſtaret a circulo Æquinoctiali, & noſtro tangeret veterem colurum tropicorum, non potuiſſe vicinam eſſe Aquario, ſatis patet.

Pag.124. v.3. *Ad ſpolia & partas vel.*] Non ſatis apte cohærent *& vel.*

v.4. *Cuique hominum dederint ſtrages.*] *Quumque hominũ dederit.*

v.6. *Ipſe ſibi lex eſt.*] αὐθέκαστος, ἀπόκροτος, ἰσχυρογνώμων, μονότονος, μονογνώμων, μονότροπος. Ptolem. Gembl. legit *Ipſe ſibi*, non *ille.*

Ibid. *& fert quocunque voluntas.*] Gemblacen. *Ipſe ſibi lex eſt, & qua fert cunque voluntas.* Alioquin ambiguum eſſe poteſt τὸ *Ipſe ſibi lex eſt.* Nam οἱ μηδένα ἀδικοῦντες ipſi ſibi ſunt lex. Menander: δίκαιος ἐὰν ᾖς, τῷ τρόπῳ χρῇσῃ νόμῳ. Apoſtolus 11 ad Romanos facunde hæc exequitur. Tales ſunt οἱ Ἄβιοι ἔθνος νομαδικὸν apud Homerum Ιλιάδ.ν. ——— Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων, *quorum plauſtra vagas rite trahunt domos*, ait Horatius. Tertullianus cap. XLII de præſcript. Hæreticorum: *Plerique nec Eccleſias habent. Sine matre, ſine ſede, orba fide, extorres., quaſi Abij late vagantur.* Abj ἄβιοι. quos omnes veteres Grammatici interpretantur ἔθνος νομαδικόν. Itaque omnes μετανάστας & late vagantes ἀβίους vocabant, ſiue δίκαιοι, ſiue ἄδικοι eſſent illi. Locus ille Tertulliani vulgo indigniſſime acceptus eſt. Nam legitur *quaſi ſibi late vagantes.* Hæreticos vero illos late vagantes, ſine matre, ſine ſede dicit, quemadmodum contra ὀρθόδοξοι vocantur in Patrum ſcriptis, οἱ κοινωνικοὶ τῆς ἐκκλησίας, οἱ κοινωνικοὶ τῆς οἰκουμένης: quia ſcilicet cum ſyſtaticis & formatis venientes commercia eccleſiarum habebant, cui contrarium eſt illud Tertulliani, *orba fide*: hoc eſt ſine vlla conteſſeratione hoſpitalitatis, vt ipſe Tertullianus alibi loquitur.

v.7. *Præcipitat vires.*] ῥιψοκίνδυνος, παράβολος. Ptolemæus. Huiuſmodi homines non ſolum ἰδιογνώμονας, ſed etiam ἰδιάζοντας vocant Græci. Ita intelligendus locus ille in II Hieroglyphic. Hori, cap.56. βασιλέα ἰδιάζοντα id eſt, αὐθέκαστον.

Ibid. *laus eſt concedere cunctis*] quid, aut cui concedere? Gembl. ——— *laus eſt contendere cuncta.* Scripſit Manilius: ——— *laus eſt contendere contra.* Vere eſt, quod diximus, αὐθέκαστος, μονογνώμων. qui ſemper vero ſe opponit. Nullum aliud genus hominum hodie videas. rari, qui cedant vero, multi qui contendant contra. Qui voluerit retinere *cuncta*, poterit ſine vlla abſur-

ditate. ſed altera lectio eſt, quam reliquit Manilius.

v.15. *At quum Caßiope.*] Caſſiopen cum viceſima parte Aquarij oriri aït ſupra finitorem barbaricum. Sæculo illo oriebatur a IX Sagittarij, ad XVII Capricorni, hor. 2.15′. Pluſquam XXXVII gradibus a vero diſcedunt hi ortus. Caſſiope oriente nati erunt aurifices, bracteatores, inauratores, vt ait Firmicus, cælatores, aurileguli, & qui vaſa aurea argenteis, argentea aureis permutent.

v.18. *carnique acquirere dotem.*] Bonincontrius *carni* interpretatur corpori. neque potuit melius, ſiquidem putauit lectionem mendo carere. Nos dicimus *carai* ſcriptum fuiſſe, pro *cara*, vt ſupra *nepai* pro *nepa*. Sunt veſtigia illius priſci Archetypi.

v.19. *Materie, & lapidum viuos miſcere colores.*] Ab hoc lege quinque illos verſus, quos ſupra intercepimus, & ab alio loco diuulſimus. Nam quid ſculptores, & plaſticarij ad Spicam, qui huc referendi ſunt etiam teſte Firmico paraphraſte?

Ibid. *lapidum viuos miſcere colores.*] Teſſellator & muſiuarius erit.

v.20. *Sculpentem faciet.*] Inaurabit laquearia & tholos templorum. Nam inauratores naſci ſub hoc ſidere notat & paraphraſtes. vel potius, vt Firmicus loquitur, plaſticator templorum erit. hoc eſt plaſticis ϖεστομαῖς templum ornabit. Huc pertinet ex Gloſſis: *Colorator ἐνδικοπλάσης.*

v.21. *Condentemque nouum cælum.*] Muſiuario opere ſcilicet. Firmicus coniungit hæc duo, inauratores, & muſiuarios, lib. III: *Faciet eos, qui ſic habent Iouem, quodam ſubtili artificio ſæpe pollentes, aut aurifices, aut ex auro veſtes pingentes aut inauratores, aut muſiuarios, aut ex argento quædam facientes opera.* Male in vulgatis Firmici codicibus, *aut in vſu varios*. Rurſus apud Firmicum lib. IV. cap. XV. bractearios, muſicos, organarios, pictores. Noli dubitare, quin Firmicus ſcripſerit bractearios, muſiuarios pictores. Pauimenta ſectilibus ſcutulis, aut teſſellis ſtructa, & ad regulam exacte perfricata, vocantur muſiua. Spartianus in Peſcennio. Græci ψηφοθετητὰ vocant, & ψηφοβολεῖν. ψηφοθέτης, *teſſellarius* exponitur, & *teſſellator*. ψηφολογία, *teſſellatus, pauimentum*. ψηφολογῶ, *teſſello*. Lucilius: *Quam lepidæ lexes compoſitæ, vt teſſerulæ omnes*

Arte pauimenti, atque emblemate vermiculatæ.

Ita legendum, vt habent ſcripti codices. Ars pauimenti, quam

vocat Lucilius, eſt teſſellario, artifices, teſſellatores, ψηφοθέται, ψηφοβόλοι, vt diximus, qui & Muſiuarij Firmico, & Impp. Cod. Theod. l. 3. de excuſ. artif. Vt ἀχαιὸς Achiuus, ſic μουσαῖος, muſiuus, a concinnitate. Nam μοῦσα, & ἔμμουσον, & μουσικὸν in eam partem accipiunt Græci. Et vt ἀχαϊκὸς ab Achæo: ſic μουσαϊκὸς παρὰ τὸ μουσαῖον. Vnde hodieque opus muſaicum dicitur recte non deprauate, vt putant docti: &, ſi bene memini, videor legiſſe Muſaicum in Auguſtino. Rurſus artem pauimenti aſaroticos lapillos vocat Sidonius in Narbone. Emblema quomodo diceretur ne Tiberij quidem temporibus conſtabat, vt ex Suetonio cognoſcimus. Tamen pluſquam ſexaginta annis antea τὸ ἔμβλημα Publius Syrus *Inſertam* verterat.

Frugalitas inſerta eſt rumoris boni.

hoc eſt ἔμβλημα, ad verbum. Inepte hodie *miſeria*. Sed manuſcripta lectio Gellianorum excerptorum clare habebat *inſerta*. Tertullianus quoque libro de Idololatria literas profanas vocat *inſertas idolorum prædicationis*, & in eodem libro, *inſignia dignitatum inſertas dixit*. Species muſiuarij operis aut vermiculationis ſunt illæ duæ, quarum meminit Plinius libro xxxv. cap. 1. *nunc vero in totum marmoribus pulſa, iam quidem & auro, nec tantũ vt parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis. Non placent iam abaci nec ſpatia montis in cubiculo delitentia: cæpimus & lapidem pingere. Hoc Claudij principatu inuentum: Neronis vero maculas, quæ non eſſent, in cruſtis inſerendo vnitatem variare, vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus, qualiter illos naſci optarent deliciæ.* Ecce aliam ψηφοβολίαν & vermiculationem: alteram, quæ cruſtis marmorum diuerſiculorum vermiculatas animalium effigies referret: alteram, quæ marmoris maculas alieno marmori insereret, & orbes ac ouatas ἐλλείψεις, vt Mathematici vocant, marmori includeret. Seneca epiſtola LXXXVII: *Pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis ac precioſis orbibus refulſerint: niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſint.* Quas ouatas figuras vocat Plinius, eas Seneca orbes. Iuuenalis:

Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem.

hoc eſt pauimentum ſtibadij, aut triclinij marmoreum, orbibus huiuſmodi inſitum. Intelligit plane diuitem. Inuitans enim amicum, non, inquit, tibi dabo delitias, quas ſoli diuites inter

cænam

cænam adhibent. Hon non conuenit paupertinæ fortunæ noſtræ, ſed illius tantum, qui pityſmate lubricat Lacedæmonium orbem, id eſt, cuius triclinij pauimentum precioſis Tænarij marmoris orbibus refulget, aut ouatis maculis. Noſtrum pauimentum plebeium eſt. Itaque nos pauimentum plebeium pityſmate lubricamus, non autem pauimentum Lacedæmonium. Pityſmata ſunt, quæ ex poculis in pauimentum alliduntur, vt reſonaret. κοτ̓ταβισμὸν Græci vocant. Cicero in Tuſculanis de Critia Socratis inimico ex Xenophonte. Horatius : ——— *& mero.*

Tinget pauimentum ſuperbo.

Iam illis pityſmatis lubricatur pauimentum, vt etiam excogitata ſint pauimenta, ne ex humore illo maderent. Vitruuius libro VI de pauimentis: *Ita conuiuiis eorum, & quod poculis & pityſmatis effunditur, ſimul atque cadit, ſicceſcit.* Quam hallucinati ſunt omnes Critici in illo verſu Iuuenalis a Politiano vſque, qui primus illum locum vexauit, ad illum, qui in ſuis variis *petteumate* legebat, tam ridiculo ſenſu, quam verbo! Nullum eſt Iuuenalis paulo melioris notæ exemplar, quod non habeat *pityſmate:* etiam vetus Scholiaſtes id agnoſcit. Pityſſare eſt rorantibus, vt Cicero loquitur, & minutis poculis pergræcari. Alexis: καὶ τὸ μετ̓ ὀξωὼ οἶνον ἐκπιτίζομεν. Omnes illi Critici putarunt Iuuenalem de ludo quodam agere. Atqui nihil tale. Ne expectes, inquit, a paupere Gaditanas puellas & cruſmata. Hoc competit illi, qui pityſmata effundit in pauimentum precioſum cruſtis marmoreis vermiculatum, non nobis, qui pityſmate tingimus pauimentum αὐτοσχέδιον & plebeium. Lege Iuuenalem. ne tibi quidem ignoſces, qui in re tam clara cæcutiueris. & plane eſt omnium doctorum ibi iocularis hallucinatio. De vino quod proiiciebant humum, quod διαπτύζειν καὶ ἀποκοτ̓ταβίζειν dicebant, accipe notabiles verſus Archedici Comici θησαυρῷ, qui erunt loci Iuuenalis interpretes:

ἅμα δ᾽ εἶπε χρηςὸν ἀγοράσαιμ᾽ (ἀπολλύμην.)
Κατέδοντ᾽ ἐκεῖνοι. τοῦτο (πρὸς ἐμαυτὸν λέγω).
Διαπτύσσ᾽ οἶνον ἢ τοιοῦτον χαμαί;

Οἴ μοι.——vides διαπτύζειν οἶνον χαμαὶ, quo modo Iuuenalis lubricare pauimenta pityſmate, & Horatius tingere vino pauimentum. Inde Terentianum: *vini quid pityſſauit mihi?* Omnes lubricant pauimentum pityſmate, ſed Lacedæmonium pauimentum ſoli diuites.

v.21. *per templa Tonantis.*] Quaſi ædes Iouis Tonantis ab Auguſto dicata eo opere exculta eſſet. Nam profectò ad illam ædem alluſit: neque probamus ſcripturam Gemblacenſem, *templa tenacis.*

v.22. *Nunc iam luxuriæ pars &c.*] Lege:

Nunc iam luxuriæ pars eſt. Triclinia templis Concertant ——

v.24. *Tectique auro iam veſcimur aurum.*] Ædes Deorum duntaxat olim bracteatæ & deauratæ erant: nunc vero & triclinia noſtra. Hoc eſt, quod conqueritur vetuſtiſſimus Orator Fauorinus apud Gellium libro decimo quinto, capite octauo: *Si proportione pergit luxuria creſcere, quid relinquitur, niſi vt delibari ſibi cœnas iubeant, quando ſtratus auro, argento, purpura amplior aliqua hominibus, quam Diis immortalibus adornatur.* Si, inquit, Fauorinus, triclinia certant templis Deorum immortalium: quid relinquitur, niſi vt ſibi e patella libari dapes iubeant, vt Diis immortalibus, & Laribus Penatibus ſolet? Hic inſignis locus deprauatiſſimus extat apud Gellium. Porro Gemblacenſis habet:

——— *tectique auro iam veſcimur auro.*

Recte. tecti aureis lacunaribus veſcimur auro cauo. vaſa enim, e quibus cibum ſumimus, aurea.

v.25. *Hinc Auguſta nitent.*] Perſequitur teſſellata opera templorum. Nam non ſolum lapidum ſegmentis pauimenta pingi ſolita innuit, ſed ex margaritis quoque teſſellationem quandam & picturam concinnari, vt & hodie fit; cuiuſmodi in ædibus ſacris, quas Auguſtus dedicauit, fuiſſe, cognoſcimus ex Suetonio: *Ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, eaſque & cæteras opulentiſſimis donis adornauit: vtpote qui in cellam Capitolini Iouis XVI millia pondo auri, gemmaſque & margaritas quingenties HS vna donatione contulerit.* Nam ad teſſellandum gemmis lacunar, ſiue tholum ædis Tonantis has gemmas contuliſſe non dubium eſt. Arnobius de ædibus ſacris: *Sint ergo hæc licet aut ex molibus marmoreis ſtructa, laquearibus aut renideant aureis: ſplendeant hic gemmæ, & ſidereos euomant variata interſitione fulgores: terra ſunt hæc omnia, & ex fæce vilioris materiæ concreta.* Quid aliud intelligit per interſitionem gemmarum, quam ψηφοβολίαν, καὶ ἐμβλήματα? Picturatio igitur ἐμβληματικὴ multiplex, teſſellatio, gemmarum interſitio, orbium in marmora inſitio, marmoraria incruſtatio, quam Mamertus in eruditiſſimo Panegyrico ſilo pi-

ctaratas

cturatas marmarorum cruſtas vocat. Sed gemmarum picturatio eſt inſtar Phrygionarij operis, cuiuſmodi quædam elegantiſſima non ſemel neque vno in loco vidimus. Iſtam ex gemmis teſſellationem λιθοκόλλητον ἔργον Græci vocant: quæ non de phrygionario opere intelligenda, ſed qua argentum cauum exornabatur, aut pocula alius cuiuſuis materiæ.

v.2. *Gemmarumque Iuli.*] Quid vicem τῷ Iuli ſubſtituam, neſcio, niſi fortaſſe placeat *Gemmarumque illi* κατ' ἐξοχὴν. quod non contemnendum. Fuit quum legerem *hyali.* vt

——— *hyali ſaturata colore.*

v.24. *Hinc Pompeia manent.*] Ex Actis Triumphorum Pompei Magni. *Tertio triumpho, quem de Piratis, Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, Inſula, Creta, Baſternis, & ſuper hæc de Regibus Mithridate, atque Tigrane, M. Piſone, M. Meſſalla* COSS. *prid. Kal. Octob. die natalis ſui egit, tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus, latum P.* III, *longum P.* IIII*: Lunam auream pondo* XXX*: lectos triclinia-res* III*: vaſa ex auro, & gemmis, abacorum,* IX*: Signa aurea* III *Mineruæ, Martis, & Apollinis: coronas ex margaritis* XXXIII*: montem aureum quadratum cum ceruis, & leonibus, & pomis omnis generis, circundata vite aurea: muſeum ex margaritis, in cuius faſtigio horologium erat.*

v.26. *Et Mithridateos.*] Plinius: *Gemmas plures, quod peregrino nomine vocant Dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ priuignus Sullæ Scaurus: diuque nulla alia fuit, donec Pompeius Magnus eam, quæ Mithridatis Regis fuerat, inter dona in Capitolio dicaret, vt M. Varro aliique eiuſdem ætatis auctores confirmant, multum prælatam Scauri.* Idem Plinius: *Victoria tamen illa Pompei primum ad margaritas gemmaſque mores inclinauit.*

v.30. *Et quod erat regnum pelagus fuit.*] Adhuc quæro interpretem his duobus verſibus. Malo fateri ignorare, quam ludibrium debere. Nam profecto emendandi prius ſunt, quam exponendi. Monſtroſi ſunt plane.

Pag. 125. v. 1. *per colla manuſque.*] Plinius de margaritis: *Has digitis ſuſpendere, feminarum gloria eſt.*

v.2. *Et pedibus niueis.*] Auro vniones incluſos in obſtrigillis crepidularum intelligit. Plinius: *Quin & pedibus, nec crepidarum tantum obſtrigillis, ſed totis ſocculis addunt. Neque enim geſtare iam*

margaritas, niſi calcent, ac per vniones ambulent, ſatis eſt. Ælianus ποικίλης ῑ. ιᾱ interpretatur Plinium: χρυσοῖς τ̀ ἀνασπάσοις ἐπέσφιγγε τοὺς ἀναγωγεῖς τῶν βλαυτῶν. Nam οἱ ἀναγωγεῖς τῶν βλαυτῶν ſunt quæ Plinio obſtrigilla crepidarum. ἰσχλωτὰ ὑποδήματα, hoc eſt anſulata, apud Diacæarchum in ἑλλάδος ἀναγραφῆ non aliter interpretamur, quam obſtrigillata calceamenta: item ἀγκύλην τῶν σικυωνίων obſtrigillum Sicyoniorum calceamentorum intelligimus apud Machonem Comicum:

——— κάπτα τῶν σικυωνίων
τὴν ἀγκύλην ἐπίβαζε συντεταγμένος τύχη.

v.3. *Quid potius matrona velit.*] Neque minus portentoſe hi duo verſus deformati ſunt. Non videntur eſſe Manilij. Nemo ſanus ex iſtis bonam ſententiam eruerit.

v.7. *Naturam eruere.*] Deeſt *omnem: Naturam eruere omnem*

Ibid. *orbemque inuertere præda.*] Sic ſupra loquutus eſt:

——— *ventri longius itur.* niſi quis malit intelligere χάος vt Salluſtio *belli gerendi.*

v.19. *perducere cælo.*] *producere.* Ita etiam Gemblacenſis.

v.10. *Ille etiam fuluas.*] Aurilegulus erit. χρυσολόγον καὶ χρυσοκλέπτην Gloſſæ vocant. Sed & χρυσορύκτην eædem Gloſſæ Aurilegulum vertunt, quum tamen Aurileguli & Aurifoſſores valde differant. Firmicus hæc omiſit, puto quia non intelligebat.

v.12. *paruaque fragmentis.*] Gemblacenſis:

Paruaque ramentis faciet momenta minutis.
Protulit vt legeret cenſus ſpumantis in aurum.

Sed quis hæc exponet? Scimus quidem micas illas auri καὶ τὰ ψήγματα eſſe, quæ hic vocantur momenta ramentis minutis. Cætera neque ego, neque qui meliore ſunt ingenio, interpretabuntur, niſi prius caliginem abſtulerint illis, quæ mortales hebetat viſus, noſtros quidem, quorum imbecillitatis nobis conſcij ſumus.

v.14. *Et perlucentes cuperet prenſare lapillos.*] Scribe *penſare.* *Perlucentes lapillos*, Magaritas. Catullus:

Et pelluciduli delitiis lapidis. cuperet ſedulitate ſua æquare ipſorum margaritarum precium. In Æthiopia huiuſmodi aurum plurimum eſt, neque aliud fere habent: non tamen ψῆγμα eſt, ſed modica fruſtula, quæ Arabes vocant تبر *Tibar*, Talmud מללא etiam Hiſpani & Luſitani dicunt *oro* تبر, *de tibar.*

v.15. *Verticibus mediis oculos emittet auaros.*] Legendum *immittet.*

mittet.

mittet. Etiam in ipſas vndas immittet oculos auaros, vt ſcrutetur aurum; non contentus ſtellantia littora ruſpari. Hoc ſcimus nos illos facere. Quidam in Nitiobrigibus noſtris aurum non in ripis Garumnæ, ſed in medio flumine quærebat, ex arena ſcilicet e fundo amnis petita. Rem fecit, & filium ſatis diuitem reliquit, quem puto adhuc viuere, quum hæc ſcriberem.

v.17. *Et ſcilicem riuo.*] τὸ χρυσοβώλιον, Balucam. Hic ſignificat aurum quoque e venis & metallis terræ inueſtigaturum, ne tantum aurilegulum putet. Nam propterea ſubiicit:

v.18. *Et facti mercator erit per vtrumque metalli.*] Per vtrunque id eſt, aurum & argentum, de quibus agitur. Metallum factum per aurum & argentum, eſt Electrum, de quo mentio in Pandectis, & inſtitutionibus, de rerum diuiſ. & Plinio, qui ἤλεκτρον apud Homerum μῖγμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου intelligit, vt etiam Euſtathius. Sophocles:

κερδαίνετ᾽, ἐμπολᾶτε τὸ πρὸς Σάρδεων
Ἤλεκτρον. ——— Silius lib. I. ——— *hic omne metallum*
Electri & gemino pallent de ſemine venæ.

& lib. XIV:

Iam ſimul argenti fulgentia pocula, mixtu
Quis gemino quæſitus honor.

deprauatus eſt ille locus in vulgatis. Nam *mixta* item *gemina* legitur.

v.19. *Alter & alterius.*] *Alterum & alterius.* χρυσοπλύτης καὶ χρυσωρύκτης.

v.20. *Talia Caßiope.*] Caſſiope & Caſſiepea, non Caſſiopea dicitur. quod mirum, quum Calliope & Calliopea, non Calliepea dicatur. Sic Paſiphae Paſiphaea. In XV Metamorphoſeon.

——— *me quondam Paſiphaea Tentatum f. p. t. c.* Scioli deprauauerant: *me Paſiphaia quondam.*

v.21. *Andromedæ ſidus.*] Andromeda, inquit, oritur cum XII Piſcium. Hactenus ſemper in iſtis ortibus delirauit. nunc deſinit nugari. Andromeda ſæculo Metonis oriebatur a VI Capricorni, ad XXIX Aquarij, hor. 2. 50′. Quod Bonincontrius dicat oriri in principio Tauri, ne in finitore quidem Romano locum habet. Sed non nunc primum incipit ſomniare. Oriente Andromeda naſcuntur pœnarum publicarum miniſtri, mancipes carceris, ſeu commentarienſes, carnifices, vinclorum cuſtodes. Eſt

autem parecbaſis pulcherrima in genere ἐπιδεικτικῷ. Ad oſtentationem enim ingenij inſtituta: ideo ſcholaſtico charaċteri magis appoſita: qua in re nimius eſt Lucanus, vt ſemper lectorem obtundat odio ſuo, præſertim quia neſcit deſinere. In tota hac parecbaſi multa mihi ſuſpecta, non pauca perſpicue deprauata.

v.24. *infeſſus totis quum viribus.*] Interpolatum. Gemblacenſis:

——— *Infeſtus totis quum finibus omnis*

Incubuit pontus. Quum pontus incubuit toti viciniæ.

v.25. *timuit naufragia tellus.*] Scribimus:

——— *timuit quum naufraga tellus.*

v.29. *Pro natu lacrimans.*] Si non eſt mendum, victima pro natis dicta fuerit, piaculum ſuccidaneum ſtultitiæ matris, propter quam neceſſe fuerit dare natam Ceto. Germanicus de Andromeda:

——— *merita non iuſta piacula matris.*

v.30. *Induiturque ſinus non hac in vota paratos.*] Gemblacen. *hac ad vota.* Simile:

——— *enſemque recludit*

Dardanium non hos quæſitum munus in vſus.

Pag.126. v.4. *Supplicia ipſa docent.*] *decent.*

Ibid. *niuea ceruice recliuis.*] *reclinis* Gemblac. & nos olim.

v.7. *& effuſi ſcapulis.*] Bene. Melius tamen ſcopulis.

v.8. *Ter circum Alcyones pennis plauſere volantes.*] Manilius ſcripſit:

Te circum Alcyones pennis planxere volantes,

Fleueruntque tuos miſerando carmine caſus.

v.11. *Ad tua continuit.*] Melius Gemblac. *ſuſtinuit.*

v.15. *Ipſa leui flatu reuomens.*] *refouens* Gemblac. & nos olim. Alludit ad Tragœdiam Euripidis, in qua Echo inducitur Andromedam conſolans. Vide Ariſtophanem Θεσμοφοριαζούσαις.

v.20. *Diriguit facie.*—] Ouidius: ——— *trahit inſcius ignes Et ſtupet.* ———

v.21. *Vixque manu ſpolium tenuit.*] Ouidius:

Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas.

v.22. ——— *iam cantibus inuidet ipſis.*

Feliceſque vocat, teneant quæ membra, catenas.] Ouidius:

Vt ſtetit, o, dixit, non iſtis digna catenis,

Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes.

v.25. *vadere ponti.*] Suſpicor ita Manilium ſcripſiſſe:

Deſtinat in thalamos per bellum vadere, Poñto
Altera ſi Gorgo veniat, non territus ire.

v.28. *pactuſque Hymenæum*] *pactuſque maritum* Gemblacenſ. quod eſt figuratius. nam maritum pro coniugio dixit, vt in Sphæra: vireſque Tonantis pro tonandi facultate. Sic Germanicus in ἀρατείοις dixit nouercam pro nouercalitate.

——— *Saturnia Iuno*
Nunquam oblita ſui, nunquam ſecura nouercæ.

id eſt nouercalitatis. Eadem figura Statius lib. x:

Expers connubij & timide poſitura ſororem:

vt quidem omnes ſcripti codices habent.

v.29. *grauidus iam ſurgere Pontus.*] Gembl. *nam ſurgere.* Ouid.

— *& nondum memoratis omnibus, vnda* *Inſonuit.* ———

Pag.127. v.1. *Hinc vaſti turgent.*] Gembl. *Hinc vaſtis vrgent.* Scribendum ergo:

Hinc vaſtis vrgent immenſi torquibus orbes.

quod ſane longe melius.

v.5. *vt fugit in auras Spiritus.*] Catullus:

Vt tibi tunc toto pectore ſollicita
Senſibus ereptis mens excidit. ———

v.15. *ſemper iaculata profundo.*] Iaculari abſolutum verbum, vt paulo ante: *& cælo pendens iaculatur in hoſtem.*

v.16. *latumque per æthera ludit.*] Melius Gemblacenſis:

laxumque per æthera.

v.19. *Et iam crepitant ſine vulnere dentes.*] Sidonius:

——— *iamiamque tener ſpe frangitur agnus,*
Atque abſens auido crepitat iam præda palato.

Apollonius ſecundo: ἄχρις ἐν γένυσσι μάτην ἀραβεῦντες ὀδόντας.

v.26. *ſummas iterumque renauit ad vndas.*] Gemblacenſis:

——— *ſummaſque iterum renauit ad vndas.*

Potuit Manilius primam in *renauit* producere, vt ſupra oſtendimus, exemplo Lucretij & aliorum veterũ. Sed nihil mutandum.

v.33. *ſtellaſque ſacrauit.*] Melius ——— *ſtelliſque ſacrauit.*

Pag.128. v.1. *Mercedem tanti belli, quod condidit ipſe.*] Gembl. *condidit ipſa*. optime. ſcribe:

Mercedem tanti belli, quo condidit ipſa
Gorgone non leuius monſtrum. ———

Condere bellum, condere luſtrum, condere diem, eſt finire.

v. 9. *mortem ducentis imago.*] Argute, & melius, meo iudicio, quam Gemblacenſis: *mortem vincentis imago.* Seneca:

Et morte triſti triſtior mortis locus.

Ibid. *vinctorum dominus ſociuſque in parte catenæ.*] Eadem enim catena & cuſtodia & miles vincti ibant. neque aliter intelligendum de Paulo Apoſtolo & milite dato illi: & vt plurimum in carcere caſtrorum vrbanorum vincti illi aſſeruabantur. Iuuenal. *longo caſtrorum in carcere manſit.* Inſcriptio: M. AVRELIVS OPTIO. CARC. CHOR. XII. VRB. GORDIANÆ. vt fortaſſe de optionibus *carceris caſtrorum* in Manilio intelligendum ſit.

v. 10. *Accenſiſque rogis:*] Patibulati, vt Plautus loquitur, hoc eſt brachiis diſtrictis ad furcam, per vrbem circumlati ita tandem in rogum coniiciebantur, aut retortis in terga brachiis furca collo inſerta. Prudentius:

Et iam retortis brachiis furca eminus
Romanus actus ingerebatur rogo.

v. 13. *Vinctorum dominus.*] Optio carceris erit. Francoceltæ noſtri *Iauliarios* vocant a *Iaula* id eſt cauea, quo nomine carcerem nos Galli vocamus. Ex cauea enim fecimus nos Aquitani Gabiam, Franci Gabiolam, Iaulam: quod nouum non eſt. Gloſſæ: γαλιάγεϛ, *Gabia.* Huiuſmodi optiones carceris, & ſi quid huic generi hominum accenſeri poteſt, intelligit alicubi Firmicus his verbis: *Erunt homicidiis publicis præpoſiti, & exceptores earum ſententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur: aut cornicularij, aut commentarienſes, quibus damnatorum cura committatur: ſeu clauicularij, vel carcerum cuſtodes, & quibus publicarum catenarum cura credatur, aut præpoſiti carnificum, vt ipſi carnifices, & qui damnatos homines flagellis lacerare conſueuerint.*

v. 14. *Interdum pœnis innoxia corpora ſeruat.*] Quocunque ſenſu intelligit, ſane in Chriſtianos recte conuenit, qui innoxij tradebantur huiuſmodi cuſtodibus in pœnam ſeruati. Si poſt tempora Tiberiana ſcripſiſſet Manilius, non potuit aptius Chriſti martyrum conditio deſignari.

v. 15. *Piſcibus exortis.*] Supra orizontem barbaricum cum XXI Piſcium Equum oriri ait, quum ſæculo Manilij a XXIX Sagittarij, ad XXIII Aquarij orietur, hor. 2. 50′. Et hic quoque nugatur ſolens. Equo oriente naſcentur veloces, equorum domitores

mitores, curſores, veterinarij medici. Apud Firmicum vitioſe excuſum eſt *Heniochus* pro *Equus*. Præter eos, quos naſci ſub hoc ſidere vult Manilius, curioſos quoque addit Firmicus: hoc eſt publici curſus præfectos. Vulgo in Gallia Contrarotulatores equorum diſpoſitorum vocamus: de quibus extat Rubrica in Codice Iuſtiniani. In vita Chryſoſtomi, ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυρείου τοῦ πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. Firmicus libro III: *Erunt enim aut publicani aut vectigaliariarij, vel curioſi.* Sed & Curioſos intelligit Manilius, aut ſimiles. nam nondum Curioſi nomen in vſu erat in ea notione. Scribit igitur:

Quamuis extremo citius reuolauerit orbe
Nuncius, extremum vel bis penetrauerit orbem.

v.16. *Signatum terræ lumen.*] Quid eſt *ſignatum terræ lumen?* Gemblacenſis, *Signato*. Scribo confidenter, *Signator*:

Piſcibus exortis quum pars viceſima prima,
Signator terræ lumen fulgebit, & orbi
Aerius naſcetur Equus. ———

pars viceſima prima, appoſitiue.

v.16. *Signator terræ lumen.*] δείξον τὴν γῆν. Nam τὸ *Signator* in omni genere vſurpant. Sic Plinio Vergiliarum ſidus inſtitor veſtium dicitur. In Epiſtola Paridis: *Sponſor cōiugij ſtat Dea picta ſui.* Singulariter *Signator lumen*, Pluraliter *ſignatricia lumina*. Inſolentius Claudianus victrix ſolum: Portentoſius Silius.

——— *Phœniſſa metuuntur Agmina.* lib. XVII. Eiuſmodi ſunt Euripidea, μανιάσι λυσσήμασι, in Oreſte: δρομάσι κώλοις, in Helena. Minus mirum apud eundem τὰς ὀρεσφύτας, apud Æſchylum τύχη σωτήρ, apud Apollonium μῦθοι ὑποφήτορες.

Ibid. *& orbi Aereus naſcetur equus.*] τὸ *&*, eſt vt τὸ *Atque* in illo:

Atque illum in præceps prono trahit alueus amni.

vt viceſima prima pars Piſcium ſignat finitorem, & ſtatim Equus oritur.

v.19. *Omne per officium.*] Gemblacen. *Come per officium.* Sedulos & officioſos.

v.22. *Nunc ſtudio fraudare fidem.*] Emenda:

Nunc ſtadio fraudare fidem, poteritque videri
Mentiri paſſus. ———

v.23. *Mentiri paſſus & campo tollere curſum.*] Gemblacenſis:
Mentitus paſſus & campum tollere curſu.

v. 24. *in membra ferarum.*] Firmicus interpretatur pecorum. Melius *ferorum*, id eſt equorum. Virgilius :

> ——— *inque feri curuam compagibus aluum*
> *Contorſit.* ——— Supra :
> *Exagitare feros, pronumque anteire volantes.*

Item idem error ſupra :

> *Ille tenet medicas artes ad membra ferarum.*

Vbi melius legeretur *ferorum*. Nam τὰ κτήνη non dicuntur feræ.

v. 25. *Engonaſi ingenicla vinens ſub origine conſtat.*] Vt de duabus primis vocibus conſtat, ita in cæteris nihil iuuat nos codex Gemblacenſis. In eo ſcriptum, *vides ſub origine conſtat.* Fortaſſe: *cui pes ſuffragine conſtat.* Cui pes conſtat ſuffragine ingenicula. Id eſt, qui vno pede ingeniculato nititur. Nam *ſuffrago* eſt ἡ ἀγκύλη, ἡ ἰγνύη.

> *Engonaſi, ingenicla cui pes ſuffragine conſtat.*

Sed hoc eſt diuinare. Inanes & friuolæ coniecturæ, & ægrorum ſomnia faceſſant. Nihil hic videt acies ingenioli noſtri. Ait Engonaſin, ſiue Niſum, vt vocat Cicero, vel Ingeniculum, oriri in extremis partibus Piſcium. Exclamare libet: Hercules tuam fidem. Nam ſæculo Manilij oriebatur a XXI Libræ, ad VI Scorpij in finitore barbarico, hor. 3. 45′.

v. 31. *Dextra per extremos attollit lumina Piſces.*] Ingeniculo oriente nati erunt fugaces, doloſi, inſidiatores, inceſſores viarum, ac graſſatores, deſperatæ audaciæ, ſchœnobatæ, aerobatæ, oribatæ.

Pag. 129. v. 2. *vincetque periclo Ingenium.*] παράβολος καὶ παρακεκινδυνευμένος erit.

v. 5. *Et cæli meditatus iter.*] Ipſe aerobata, de quo hic mentio, non magis eſt παράβολος καὶ παρακεκινδυνευμένος, quam ſunt hi duo verſus. Monſtra ſunt in Gemblacenſi :

> *Et cæli meditatus iter veſtigia perdet*
> *Et penena & pendens porulum ſuſpendit ab ipſo.*

Ibid. *Et cæli meditatus iter.*] ἀεροβάτης, σχοινοβάτης. Firmicus. Prudentius Hamartigenia:

> *Inde per aerium pendens audacia funem*
> *Ardua ſecuris ſcandit proſcenia plantis*

Ibid. *veſtigia perdet.*] Recta lectio. Nam illi paraboli per funem incedentes deinde tanquam caſabundi fingunt ſe excidere, &

te, & pendent vnico pede. Turcæ habent deſperatæ audaciæ & miros huiuſmodi ſchœnobatas.

v. 6. *Apennina petens.*] Si non eſſet vitium in lectione, eſſet, ὀρειβάτης Firmici. vt apud Statium II Achilleidos.

Nunc caput aerij ſcandentem prendere montis
Quo fugitur per plana gradu. ———

Sed tam hic, quam apud Firmicum, vitium eſt. Nam *Apennina* conformatum vel interpolatum a Bonincontrio ex illo non meliore, *Et peneua*, profecto legendum:

Et pene vt pendens populum ſuſpendet ab ipſo.

Optime. Apud Firmicum vero non Oribata, ſed *aerobata* legendum. In eodem etiam legitur *neurobata*, vt apud Vopiſcum in Carino: *Nam & neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit.* Vtrobique puto legendum *anemobata.*

Ibid. *& pendens populum ſuſpendit ab ipſo.*] Si vera eſt hæc lectio, nihil elegantius potuit dici, quam illos pendulos populum ſpectantem ſuſpendere ex ſe ipſis. Qui enim ſurſum admirabundi ſpectant, quaſi pendent ex eo, quod tam auide ſpectant. Idem ſchema in Sphæra de Galaxia:

——— *& reſupina facit mortalibus ora.*

Eſt autem emendatum a doctis viris, idque recte proculdubio. Habemus exemplum in prologo Hecyræ de populo propter funambulum a fabulæ ſpectaculo auerſo. Nam vere populus ſuſpendebatur a funambulo. Græcis eſt κεχηνέναι πρὸς τὸν σχοινοβάτην. Iuſtinus Martyr epiſtola ad Zenam & Serenum: πᾶς γὰρ ὁ μὴ τοιοῦτος καὶ ἐπὶ τῶν σχοινίων ὥσπερ βαδίζων, ὅσον οὐδέπω καταπεσεῖται, κἂν θαυμαστὸς πάνυ τῇ δόξῃ τοῖς διὰ τὴν ἰδίαν ἀπειρεξίαν κεχηνόσι πρὸς τὴν ἑτέρων μεγαλαυχίαν. Idem rurſus geſtus exprimitur a Paulino his verſibus:

Nunc volo picturas fucatis agmine longo
Porticibus videas, pauloque ſupina fatiges
Colla, reclinato dum perlegis omnia vultu.

Nam ſupina colla dixit, vt hic noſter reſupina ora ab eadem mente. Funambulos Turcæ lingua ſua *Ziampas* vocant, qui incredibilia auditu, & ſimilia his Manilianis faciunt.

v. 7. *Læua ſub extremis.*] In vltima Piſcium parte vult Cetum oriri. Sed ſuper finitorem barbaricum oriebatur ſæculo Manilij a XIII piſcium, ad XXIX Tauri, hor. 3. 30′. Qui hæc oriente

 naſcentur

naſcentur, erunt piſcatores magnorum piſcium, ac cetaceorum; cetarij, bolonæ, ſalſamentarij, liquaminarij, ſalinarij.

v.7. *ſidera Ceti.*] Aliter Piſtricem vocant Cicero & alij. Piſtrix enim pro Priſtis vt diceretur vſus obtinuit, item Priſtis pro Priſtes. Vera enim ſcriptura eſt πρίστης. In eodem aſteriſmo Feſtus Auienus Piſtrim & Piſtricem dixit.

—ſumma qua lux Piſtrice coruſcat. item: *Et Piſtrim vndicolam.—* Etiam ὀρφὼν vocari ſcribit Firmicus. Sed valde differunt ὀρφὼς & κῆτος magnitudine, & figura.

v.9. *Hoc trahit in pelagi cædes.*] Interpunge:

Hoc trahit in pelagi cædes, & vulnera natos
Squamigeri gregis. extentis laqueare profundum
Retibus. ———

v.11. *& pontum vinclis armare ſequentem.*] Armare pontum ſequentem vinclis quid ſit neſcio, & turbat Gemblacenſis, qui hic habet *armare furentem.* An legendum? *Pontum vinclis artare ſequentes.* Nam retibus, quæ *vincla* vocat, paulatim procedendo, quod hic dicitur *ſequi*, in arctum coguntur piſces, & quia non ſentiunt ſe clauſos, perinde ſunt, atque in laxo æquore.

v.13. *Carceribus claudunt.*] Gemblacenſis: *claudent, nectent, trahent.*

v.14. *macularum vimine.*] Vimen pro textura, vt vimen arundinum dici, alibi nos monuiſſe meminimus. Nam Gemblac. inepte habet *numine*: ineptius Bonincontrius *munere.*

v. 19. *Altera fit cædi cædes.*] *Cædis* Gemblac. Intelligit τὰ τεμάχη. Sequentia explicant.

v.24. *Illa putris turba eſt.*] Gemblac. *turbat*. Veſtigium archetypi, *turbaſt.* Sed *Illa putris turba eſt*, Salſa muriatica. *ſanies precioſa*, liquamen, garum. Gloſſæ: γαροπώλης: *liquaminarius.*

v.26. *Communemque cibis.*] Nam & garum & muria cibis condiendis.

v.28. *terraque immobilis hæret.*] *turbaque* Gembl. Hic multa ſunt inexplicabilia.

v.31. *Humoriſque volet.*] *Humoreſque vomet.* Gemblac. *Vt moriſque.* Priſca archetypi ſcriptura *Vmoriſque*, vt alibi.

v.33. *Quin etiam magnas.*] Erunt etiam ἁλοπηγοὶ, vt loquitur Nicander Alexipharmacis.

Ibid. *Salinas.*] ἁλοπήγια. οἱ δὲ ἐκ τῶν πλησίον ἁλοπηγίων ἅλας λαβόντες

βόντες

ζόντες. Etymologicon voce Δαστίς. Strabo VII: ζυνέκειτο δὲ ἄλλο μέρος χρῆσθαι τῷ ἁλοπηγίῳ. Et libro VIII: χωρὶς δὲ καὶ τὸ ἁλμυρὸν πεδίον οὐ μέγα ἐν τοῖς τοῦ Λέκτου, καὶ τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον.

Pag. 130. v. 1. *& ponti ſecernere vires.*] *virus.* Ita vocat ſalem.

v. 3. *Ad bellumque.*] *Adpelluntque.*

v. 4. *Claudendoque negant.*] τὸ negare eandem notionem habet, quam apud Martialem:

Et Pompeiano vela negata Noto. Item:
Nam populo ventus vela negare ſolet. Lucanus:
——— *fruſtraque rudentibus auſis Vela negare Noto.*

v. 7. *Canities & nota maris.*] *Canities emota maris.*

v. 11. *At reuoluta polo.*] Septentrione oriente inter initium & finem Mundi, hoc eſt inter Piſces & Arietem, vt interpretatur Firmicus, manſuetarij naſcuntur.

Ibid. *At reuoluta polo quum primis vultibus Arctos.*] Quia Arctos, ſiue Helice nunquam occidit, difficile erat aſſequi, quando eius ortum notandum eſſe velit. Adiicit igitur *primis vultibus* eam oriri: quia in σημείῳ ἀρκτικωτάτῳ, in interſectione cōmuni orizontis. Itaque veteres illi vultum eius notabant in contactu orizontis, quod vocabant principium Vrſæ, vnde primos vultus vocauit. deinde tranſcenſum circuli meridiani, quod vocabant conuerſionem. Ouidius:

Iamque moræ ſpatium nox præcipitata negabat:
Verſaque ab axe ſuo Parrhaſis Arctos erat.

nempe conuerſam a puncto culminante, quod axem vocat, ad Orizontem Occidentalem. Nam axem pro ſupremo loco ſumi, libro tertio, & in Propertium notauimus. Sic Anacreon ϛροφὴν ἄρκτου conuerſionem a meridiano intelligit:

μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
ϛρέφεται ὅτ' ἄρκτος ἤδη
κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου.

Nam ſignificat manum ſiniſtram Bootæ culminare, cui quum ſit proxima vltima caudæ Vrſæ, quam *Benenaſch* Arabes vocant, proculdubio iam tota Vrſa deprehendebatur inter meridianum, & Orizontem occiduum.

v. 14. *At Cynoſura minor.*] Hi tres verſus, nimirum hic cum duobus ſequentibus, huc irrepſerunt ex Phænomenis quibuſ-

dam. Nam huc pertinere non dicent, niſi qui rerum cæleſtium imperiti ſunt. Nam Cynoſura ne in Barbarico quidem finitore occidit. Deinde hic ſermo eſt Leonis & Scorpij orientium matutino. Quid hoc περὶ τὰς ζωαρκτολὰς τῶν ἀπλανῶν? Denique nemo eſt, qui plane hos verſus interpretari poſſit. Quod autem ex quibuſdam Phænomenis hæc ſint, imo ex Arateis, argumento ſit quod Scorpius oritur ante Solem, quum Sol ingreditur Sagittarium. Aratus vero id dicit:

Σῆμα δέ τοι κείνης ὥρης καὶ μηνὸς ἐκείνου
Σκορπίος ἀντέλλων εἴη πυμάτης ἐπὶ νυκτός. id eſt:
Illius menſis tibi ſignum Scorpios eſto
Nocte ſub extrema permittens iura diei.

Sed quid dubitamus? Eos verſus habebat in animo Phænomenon ſcriptor. Sequitur enim:

Τῆμος καὶ κεφαλὴ Κυνοσυρίδος ἀκρόθι νυκτὸς
ὑψιμάλα τρέχει. Certe rem acu tetigimus. Nam ea ipſiſſima verba ſunt.

v.17. *Non inimica fere.*] Lege:

Non inimica feræ tali ſub tempore natus
Ora feret. placidas reget in commercia gentes.

v.18. *placidas reget in commercia gentes.*] Sic alibi loquitur:

——— nouaque in commercia ducet.

Totum vero locum ita concipit Gemblacenſis:

Non inimica fere tali ſub tempore natis
Ora ferent. placidaſque gerent commercia gentis.

Sed vitioſa ſunt. ſignificat Manſuetarium fore. Gloſſæ ἡμερωτὰς, *Manſuetarius.*

v.22. *Peruerſaque munera.*] quod hominum potius ea, quam beſtiarum propria.

v.27. *Iunget amicitias.*] *amicitia.* Gemblac. & nos olim.

v.32. *Tertia Pleiades.*] Deſunt ortus Anguis, qui medias Arctos interpoſitus eſt, item Cynoſuræ. *Sub Angue nati,* inquit Firmicus, *Marſi erunt, vel qui venenis ex herbarum pigmentis confectis ſalutaria ſoleant hominibus remedia comparare.* Tres in aſteriſmis Angues noſti, Anguem Vrſarum hunc, de quo nunc, Hydram, & anguem Ophiuchi. Sed Statius pueriliter Anguem vrſarum cum Hydra confundit, v Thebaid.

Quantus ab Arctois diſcriminat æthera plauſtris.

Anguis, & vſque notos alienumque exit in orbem.

Nam anguis vrſarum non exit in notum, neque in alienum orbem, id eſt notium, quem Manilius vocat peregrinum orbem. Ita Statium culpa non liberabimus. *Sub Cynoſura oriente nati metallorum inuentores erunt, qui latentes auri & argenti venas, ac cætera rum ſpecierum ſolertibus inquiſitionibus perſequantur. Hi quoque monetarij efficientur.* Firmicus, apud quem male legitur Cycnus. Præterea addebat Manilius, ſi naſcente homine tonatet, fore, vt toto vitæ tempore tremulus eſſet, & cætera quæ a Firmico petas, qui pene ad verbum omnia decreta Sphæræ barbaricæ ex Manilio deſumpſit, & tamen magno ingrati crimine nomen eius nunquam memoranit. Poſtremo Manilius tractabat Myriogeneſin Sphæræ barbaricæ, ſaltem eam, quæ ad tertia apoteleſmata pertinet. Docet enim ea pars, quæ ſint lucidæ ſtellæ in XII ſignis. Ex ea igitur Manilius docebat quænam ſigna ſtellas claras, aut obſcuras, aut triſtes habeant. Nam veteres illi ſtellarum clariſſimas primæ magnitudinis, ſecundæ, & tertiæ, vſque ad ſextam magnitudinem definiuerunt. Primæ magnitudinis determinarunt, quarum diametros apparens eſt VIII ſcrupulorum: ſecundæ, VI: tertiæ, IIII: quartæ III: quintæ, II: ſextæ I. Hac methodo & numerum earum aſſecuti ſunt: primæ magnitudinis XV: ſecundæ XLV: tetiæ CCVIII: quartæ CCCCLXXIIII: quintæ CCXVII: ſextæ LII. Summa M. XXII. atque earum vſum eſſe in apoteleſmatis ſciuerunt, quatenus eas cum etronum ſeptem temperamento communicare compererunt: ac alias quidem in Zodiaco, alias in Septentrionis, alias in Auſtri partibus ſitas. Quum igitur aut in horoſcopo, aut in medio cælo inuentæ fuerint pattiliter, aut cum Luna, aut cum aliqua quinque ſtellarum aliquem σχηματισμὸν facere, alterant genituram ſecundum innatum ſibi & ingenitum temperamentum. puta, ſi beneuolæ temperaturæ, meliora erunt, quæ ad animum pertinent: ſi maleuolæ, peiora. Quæ omnes vires conſiderantur aut magnitudine, aut loco. magnitudine, vt ſi primæ, ſi ſecundæ, loco, ſi propiores eclipticæ, aut remotiores, idque per VIII gradus circiter. Tanta enim eſt maxima Veneris παρόδευσις. Quæ Eclipticæ contiguæ, eæ vires a Sole ſumunt. quæ intra III gradus ſunt, omni planetæ iungi poſſunt, prætetquam Soli. Is enim nunquam deflectit ab ecli-

ab ecliptica. A tertio gradu, vſque ad quintum, a Marte & Luna vires capiant. A v, ad VIII, debiliſſimæ ſunt. Manilius igitur tertia Apoteleſmata, ſeu Myriogeneſin expoſiturus præmittebat ἐν προθεωρίας λόγῳ, quænam primæ magnitudinis ſint, quæ ſecundæ. Quod ſupereſt nunc fragmentum, incipit a tertia; vt vides. Nam dicit:

Tertia Pleiades dotabit forma ſorores.

Ibid. *Tertia Pleiades.*] Hinc incipit fragmentum. Tertiæ magnitudinis ſtellæ, Vergiliæ, Vrſa minor, Delphinus, Deltoton, Aquila, Serpens. Quam hic hallucinatus ſit Bonincontrius, potes ex eius Commentario ſcire, ſi tempus perdere non piget.

Ibid. *Tertia Pleiades.*] Quod dicat totas Vergilias ſex aut ſeptem eſſe tertiæ magnitudinis, fruſtra eſt. nulla enim earum eſt tertiæ magnitudinis.

Pag. 131. v. 1. *Inuenitque parem ſub te Cynoſura colorem.*] Et hoc quoque falſum. Cynoſura vnam tantum habet tertiæ magnitudinis.

Ibid. *Inuenitque parem ſub te Cynoſura colorem.*] Sic Aratus colorem ſtellarum dixit: Μέτρα τε καὶ χροιή.

v. 2. *Et quos Delphinus iaculatur quatuor ignes.*] Aratus:

——— τὰ δ' οἱ περὶ τέσσαρα κεῖται Γλήνεα ———

v. 3. *Deltotonque tribus facibus.*] Sane verum hic dicit. Nam tres trianguli ſunt tertiæ magnitudinis: vna quartæ.

Ibid. *ſimilique nitentem Luce Aquilam.*] Aquila quatuor habet tertiæ magnitudinis.

v. 4. *& flexos artus per lubrica terga.*] Id eſt Serpens, meo iudicio. Tamen Gemblacenſis:

——— *& lubrica flexos in terga Leones.*

Fortaſſe legendum, *& flexus in lubrica terga Leonis.* Septem ſunt ſtellæ ἀμόρφωτοι ad tergum Leonis, quas Hyginus πλόκαμον Βερενίκης dicit eſſe, aliter dicitur συστροφὴ πλοκάμων: vt eo nomine flexum vocarit Manilius. niſi quis malit legere *plexus*, ad verbum πλοκάμους. Theon dicit ἠλακάτην hoc ſidus vocari, de quo putat innuiſſe Aratum: ——— ἄλλ' ἄρα πάντες

ἀπλόοι ἄλλοθεν ἄλλος ἀνωνυμίη φορέονται.

Sed nulla ſtella ex illis ſeptem eſt tertiæ magnitudinis, vt vult Manilius. An legendum: *& colubri flexus in terga Leonis.* Ne fortaſſe ille πλόκαμος, vocatus fuit coluber.

v. 7.

v.7. *Maxima per minimos.*] Scribe ex Gemblacenſi:

Maxima per minimos cenſu concluditur imo.

Ita fere olim diuinabamus. Sextam magnitudinem vocat maximam turbam: quum tamen quinquaginta tres tantum deſignatæ ſint ab artificibus.

v. 10. *Sed quum clara ſuos.*] Loquitur de promiſcua ſtellarum plebe, quas ipſe facit ſextæ magnitudinis. Eæ non viſuntur plenilunio. In Sphæra:

——— *cum Luna conditur omne*

Stellarum vulgus: fugiunt ſine nomine ſigna.

v.16. *Cernere ſeminibus deſit.*] Lege:

Cernere ſeminibus denſis, totiſque micare Floribus.———

v.*. *Spiritus aut ſolidis.*] Inepte huc intruſus eſt ex Sphæra mundi. Et mirabimur, ſi aliquando quartus a loco verſus luxatus ſit, quum verſus a primo in quintum librum traductus ſit? Hoc tantum mirantur homines harum rerum imperiti: quibus tunc magis videmur hariolari, quo præſtantiores noſtræ ſunt in hunc poetam coniecturæ, nimirum quia id ſupra eorum captum eſt. Igitur vicem iſtius, qui malum pedem huc tetulit, retrahatur ille, quem iſte extraneus de poſſeſſione deturbauerat:

Floribus, vt ſiccæ currunt per litus arenæ.

Totum locum ita continuabis:

Tunc conferta licet cæli fulgentia templa

Cernere ſeminibus denſis, totiſque micare

Floribus, vt ſiccæ curuum per litus arenæ,

Nec ſpatium ſtellis, mundo nec cedere ſummam:

Sed quot eant ſemper naſcentes æquore fluctus, &c.

v.17. *Floribus.*] Elegantiſſime dixit, vt Lucretius:

———*florentia lumina flammis.* item — *floret mare nauibus.*

ſimile etiam ———*florentes are cateruas.* Attius:

Ære atque argento feruere, igni, inſignibus Florere. —

Papinius: ——— *Et arcano florentes lumine poſtes.*

Sic ἀνθεῖν Græci Poetæ. Sic Æſchylus ἄνθος πυρός, quomodo ſcilicet Lucretius, & noſter. Adde, quod hæc duo ſimul coniungit, florem, & colorem. Supra:

Perpetuoſque tenet flores vnumque colorem Tutatur. —

Quum igitur hic florem poſuerit, paulo antea colorem poſuerat:

Inuenitque parem ſub te, Cynoſura, colorem.

Ibid.

Ibid. *Floribus vt ſicca currunt per litus arenæ.*] Recte Gemblac. *curuum per litus.*

v.26. *Sic etiam magno quadam reſpondere mundo.*] *Reſpondere* tertio ordine. Martialis:

Si quando veniet? dicet: reſponde: Poeta
Exierat: veniet, quum citharœdus erit.

Idem vltimo Epigram. libri XI. *Lector ſalue. taces, diſſimulaſque? vale.* Argute. Ita veteres libri. vulgata lectio, *Lector ſolue.* Et clarius apud Val. Flaccum lib. v. ——— *ille profundo*
Incumbens Odruſſa mero. vide lata comantem
Pectora. ———

v.31. *Cuius pro numero.*] *Cui ſi pro numero* Gemblacenſis, & nos olim.

v.32. *Ipſe ſuas æther.*] Eandem ſententiam in Sphæra extulerat:
Non poterit mundus ſufferre incendia tanta,
Omnia ſi plenis ardebunt ſidera flammis.

Hactenus Sphæræ barbaricæ apoteleſmata ortuum. Sequebatur liber ſextus, ſecunda apoteleſmata ſphæræ barbaricæ occaſuum ſiderum: cuius libri meminit initio:

Quid valeant ortu, quid quum merguntur in vndas.

Quid valeant ortu, eſt hic quintus liber. *quid, quum merguntur in vndas*, ille, qui periit. Ex vtroque Firmicus concinnauit apoteleſmata Sphæræ barbaricæ, priore loco ortus, poſteriore occaſus ponens. Itaque non dubium, quum Manilius dicat ſe tam de ortibus, quam de occaſibus ſcripſiſſe, quin, vt ortus a Manilio, ita etiam occaſus ab eodem mutuatus ſit Firmicus. Et hoc eſt extra omnem controuerſiam.

Atque hi quidem ſunt ortus ſiderũ ex Sphæra barbarica, quibus fortaſſe non abſurdum erat & alia adiicere, quæ huic tractationi cognata ſunt, niſi ea modum Notarum excederent. Facere tamen non potuimus, quin de Arabicis Stellarum appellationibus quædam delibaremus, præſertim quum hodierni Aſtrologi & ſolidarum ſphærarum artifices adeo non ab ipſis temperent, vt ſine illis opera ſua imperfecta eſſe exiſtiment, etiam ſi in tanta luce literarum Græcarum ab Arabibus vllum nomen Stellæ emendicare perinde ſit, ac inuentis frugibus glandibus veſci. Atquin iſti ſi ſcirent, quam male de hoc erudito ſæculo mereantur, qui poſthabitis Græcis appellationibus barbara illa nomina

ioculareм

iocularem in modum deprauata ſtudioſe conſectantur, nunquam illas cænoſas lacunas adirent, ex quibus nihil niſi lutoſum haurire poſſunt. Quia vero conſuetudo eſt altera natura, & nulla ratio apud quoddam genus hominum tantum poteſt, vt a veteribus vitiis ad emendatiora traducantur, age & in eorum gratiam, ſiquidem vllam ab illis inire poſſumus, aliquam opem adferamus iſtis nominibus, quæ in præſentia ſuccurrunt, & quorum parabilis medicina eſt. Nam in quibus ridicula detorſio ſuperat captum noſtrum, ea extricanda illis relinquimus, quibus meliore fato, quam noſtro, Almageſti Arabici aut Albateni copia fieri poterit. Nos enim hactenus fruſtra hanc opem implorамus, qui familiarem nobis in aliis omnibus infelicitatem & in hoc quoque conatu experti ſumus.

DE QVARVNDAM STELLARVM ARABICIS APPELLATIONIBVS.

VRSA MINOR. ERRVCABA. الرُّكَبَة id eſt ἅμαξα, vt Hebreis Aſtrologis הָעֲגָלָה. Sed in Biblus עָשׁ vocatur, vt ait Aben-Ezra v. 8. Amos: quanquam non de minore Vrſa, ſed de maiore intelligere videtur. Totus igitur aſteriſmus Vrſæ maioris vocatur עָשׁ, ſi illi Magiſtro Hebræo credimus. Aliter DHVB ELAZGVAR ذنب الاصغر Vrſa minor. Hæc omnia recte. Vtinam in omnibus tam bene ſuccederet.

VRSA MAIOR. DHVB ELACBAR. ذنب الاكبر Ad verbum. ALIOTH Stella prima trium poſt ἔκφυσιν τῆς οὐρᾶς. Scribe ALIATH. الية quo & Hebraiſmus vtitur. MIRAÇ. λαγών. Stella quæ in ilibus, Inuerſum eſt. Scribe MIÇAR. vel melius MIZAR, ὑπόζωμα. Ita locum præcinctionis vocant. Idem nomen & in Andromeda legitur, vbi Græcum habet διάζωμα. Nam profecto Mizar Arabice nihil aliud quam διάζωμα. quod & ipſum originis Hebraicæ. BENECNACZ. Stella vltima trium in cauda Vrſæ. Agnoſco BENETNASCH. بنات نغبين Sed بنات نعيش quidam accipiunt pro Arcturo, vt optimum vetus Gloſſarium Latinoarabicum.

DRACO. ABEN. Legendum TABEN ثعبان RASABEN. Scribendum RASTABEN راس الثعبان caput Draconis. κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσε) Arato. Aliter Draco vocatur ETANIN. التنين quod eſt Hebraicum. Ita eſt in Mappa mundi Turcica.

CEPHEVS. Ridicule hoc verbum ab Arabibus excarnificatum eſt, vt ſolét in vocibus peregrinis, præſertim Græcis. Nunc enim ſcribunt قيقوس CHEICVS. Aliquando CANCAVS. قنقوس Frequentius PHICARES فيقرس. Hæc omnia & in ſcriptis Arabum deprauata repe-riuntur, & a noſtris Artificibus vſurpantur. In his idem eſt literarum ductus, ſed puncta διακριτικὰ diuerſa. Nam rectum eſt قيفوس κηφεύς. ADERALMIN clara in dextro humero. الذراع اليمين Recte. βραχίων δεξιός. Cepheus ab interpretibus Latinis Almageſti Arabici vocatur quoq. Inflammatus, & Flammiger. Id Arabice non poteſt eſſe, niſi ملهب مشعل. Cauſſam ſtudioſi quærant. Multas adferre poſſemus, ſed omnes incertas, a quibus melius abſtinuero.

BOOTES. βοώτης eſt Bubulcus, vt in Sphæra Manilij notauimus. Sed interpretes Almageſti Arabes legerunt βοωτὴς accentu in vltima, id eſt الصايح clamator. Quare Latinis interpretibus Almageſti صايح Arabici dicitur VOCIFERANS. LANCEATOR etiam vocatur a quibuſdam, quod plane reſpondet Arabico, quo ſæpius appellatur ARAMECH. الرامح Atque hoc quidem recte. Nam καλαύροπα, ſiue ῥόπαλον, quod Arctophylaci attribuitur, malunt vocare lanceam رمح quod & in Hebraiſmo reperitur רמח. Sed alij vocant haſtile canes habens, vel haſtile ſerpentes habens. Hæ appellationes ſunt a diuerſis ſchediographiis & picturis fanaticorum Arabum, qui cætera omnia animalia, præter ſolum hominem pingunt. Sicubi in imaginibus cæli humana figura occurrit, aliud ridiculum ſubſtituunt, vel mulum clitellatum, vel Camelum, vel pharetram. Itaque in Mappa Mundi Turcica, loco Bootæ eſt neſcio quæ ridicula figura, quam verbis ſolis concipere non poſſum. Titulus illi oppoſitus: ὀιστοφόρος, Sagittifer: nimirum quia حامل السهم

سهم id eſt Sagitta illis vocatur, quod in aſteriſmis Almageſti Haſtile. Nam omnem directam virgam سهم vocant. Quin & Axem mundi ita appellant. AZIMECH سهم In tetrabiblo dicitur ARAMECH. quod ſcribendum HAZIMETH ARAMECH. id eſt Manipulus lanceatoris. حزمة الرامح Sane in Mappa ex illa ridicula figura, quæ Bootem repræſentat, exit manipulus herbarum, aut frondium neſcio quarum.

CORONA BOREA. verbo ad verbum Arabibus dicitur اكليل الشمالي ACLILVSCHEMALI, vt in Mappa etiam notatur hoc nomine. Lucida eius ſtella varie deprauata eſt: ALPHELIA, ALPHETA, ALPHACA. In Tetrabiblo Latina ex Arabiſmo conuerſa legimus ALPHECCA. quod rectum eſt. الفكة. In Turcica mappa alieno loco id nomen poſitum, vt multa alia. Id ſolutionem ſignificat. id eſt partem, qua corona ſolubilis. Fingitur enim inſtar faſciæ ſeu Diadematis, quod capiti circumligatur, nodatur, & ſoluitur. Itaque ſtella lucida eſt inſtar commiſſuræ illius, tanquam quod vulgo dicimus *Bouton*. Teutoniſmus vocat *Knoppen*. Dicitur & eadem Stella quibuſdam MVNIR λαμπρὸς ἀστὴρ Ptolemæo. Sed id nomen commune & منير aliis omnibus lucidis. Aliis vocatur MALPHELCARRE. Si id Arabice ſcribitur مالف القرة erit plane Sertum pupillæ. Nam & Sertum etiã Manilio & aliis poetis vocatur, & pupillæ, propter claritatem. Fortaſſe alia fuerit ſcriptura, & ideo alia interpretatio. Quid ſi ALFALCA, pro ALFACCA, aut ALFALTA? Nam eſt الفلكى Στέφος. quia & coronam Στέφον Græci vocant: alij Στέφον ἰξίωνος.

INGENICVLVS. ALGETHI. In Mappa جاثى على ركبته Prociduus ingenua ſua. Homero γνὺξ ἐριπών. Item INCVRVATVS, & SALTATOR. Hæc duo nomina de eodem prædicantur. Saltator enim, quia incuruus, id eſt cernuator, κυβιστητής. Quum prociduus pingatur, perinde eſt ac habitu ad cernuandum compoſito. Itaque incuruus, ſiue cernuus eſt. صارع. Neque aliter dici potuit. Stella in capite in recentioribus editionibus Alfonſinis dicitur RASABBN. In vetuſtioribus non ha-

 betur

betur: & merito. Irrepſit enim ex deſcriptione Draconis. Pro eo ſcribe RASALGETHI. Nam Gethi eſt Prociduus, qualis ingeniculatorum,& ſupplicantium geſtus. MARSIC ſtella dextri cubiti. Lege MARFIC. مرفق hoc eſt reclinatorium brachij: pars qua inniti-mur in cubitum. Id nomen alibi quoque deprauatum eſt.

LYRA. ALOHORE, id eſt VVLTVR CADENS. Neque Alohore ſignificat vulturem cadentem, neque eſt vox Arabica, niſi ſit *Alhore*, quod eſt Auriga, vt infra ſuo locó dicetur. Nam vultur cadens diceretur نسر الساقط. Neſruſſakat. Vulturem propterea vocant, quod olim teſtudo marina pro hoc aſteriſmo pingeretur, quæ omnino ſimilis eſt vulturi roſtro, quod plane aquilinum eſt, pedibus latiſſimis inſtar alarum. Vnde a Batauis dicta eſt Aquila marina. Cadens, quod eius roſtrum conuerſum eſt in eclipticam. Ideo a partibus Aquiloniis ad auſtrinas videtur cadere. Lucida vocatur VEGA. Non eſt WEGA. quod inter alia πρόσωπον ſignificat. Pronunciandum eſſet enim Mauritane Guagia. Illa Vega ſignatur ſuper pupillam, vbi in Græco eſt ἐπὶ τῦ ὀστράκυ. quod Arabice dicitur صلف. Sed interpretes legerunt حلق quia Arabes Hiſpanienſes & Africani nullã fere differentiam conſtituunt inter ج & ص. Teſtes ſunt libri, quos habemus. حلقة & حلق eſt pupilla oculi.. Sed & iidem interpretes falluntur, qui τὸ τῆ λύρας ζύγωμα Lancem libræ vertunt. Tantum enim abeſt, vt ζύγωμα ſit lanx, vt ne Libræ quidem ζύγωμα ſit. Lyra etiam aliis dicitur ASANGVE. quod potius Æthiopicum, quàm Arabicum. ሰንቀወ Sangua eſt *κιθαρίζειν*. סַנְקוּ. MESANQVO, cithara.

GALLINA, DEGIGE دجاجة vel cum articulo ADEGIGE. الدجاجة Hoc eſt Gallina DENEBEDEGIGE ذنب الدجاجة cauda Gallinæ. In Mappa perperã فجاجة pro دجاجة. Puto ita Turcos ſolere ſcribere. Sed cauda Gallinæ, quæ eſt omnium lucidiſſima, vocatur priuato nomine ARIDED. & interpretantur *quaſi redolens lilium*. quod verum eſt. Eſt enim الرذان Roſæ ſimilis flos, vt eſt in veteri Hiſpano Latinoarabico lexico.

lexico. Arabes multa mutant in figuris imaginum cæleſtium. ideo & noua nomina illis induunt. Sed & ſingularibus ſtellis propria & diuerſa a Græcis imponunt. Vt hanc ſtellam propter fulgorem vocant Roſam. Scribendum vero per ذ Dhal, non Dal. Nam الزداد ſunt רְבִיבִים ſtillæ.

CASSIEPEA. In Mappa ἡ τοῦ θρόνου, Mulier ſedis, id eſt ſedens ذات الكرسي. in ſeliquaſtro. Sic etiam Hebraice vocauit AbenEzra. Dicitur & MVLIER HABENS PALMAM DELIBVTAM. Id eſſet Arabice ذات اليد المدهونة. Sed quare ita vocatur? Nempe hæc ſimilia reliquis ſomniis Arabum: quos miror vocare mulierem, & palmam vel manum illi attribuere, quum ipſi non mulierem, ſed canem cernuam in ſedili pingant. SCHEDER lucida in pectore. omnino ſcribendum SEDER صدر. στῆθος.

PERSEVS. DEFERENS CAPVT ALGOL. حامل راس الغول vt etiam eſt in Mappa. Nam quod Aſteriſmi vocant γοργόνειον, id Arabes غول Gol vocant. quod quidam Diabolum interpretantur. Interpres Latinus Tetrabili Arabicæ non legit غول ſed غل catenam. Itaque vertit *Deferens Catenam*. Lucida ſtella in latere tripliciter ſcribitur CHELEVB, CHENIB, GENIB. Quorum vltimum veriſſimum, reliqua ridicula. جانب enim latus ſignificat.

HENIOCHVS. RETINENS HABENAS, nempe ماسك العنان ad verbum, vt etiam eſt in Mappa. Sed, vt in aliis, ita in hoc quoque ibi peccatum eſt. Nam alieno loco illud nomen poſitum. Eius ſiniſtro humero hæret ſtella, quæ Græcis αἴξ, Latinis veteribus Capra, recentioribus Hircus dicta, vulgo ALHAIOT, ſed corrupte, pro ALHATOT. & melius ſine aſpiratione ALATOD العتود. Id eſt Hircus, quod etiam Hebræis commune eſt. T finale pro D ſemper commutatur in iſtis nominibus, vt ASID, ASIT leo. In Mappa pro figura Heniochi ſuperſtitio Muhammedana pinxit mulum clitellatum erectum, in cuius ceruicibus capella hæret cum titulo حادي. Quod verbum ſignificat ex diametro opponi. Sed quid illud ad capram,

capram, aut hircum? An poſitum pro جدي id eſt Capro? Titulus autẽ illius muli Muham-, medicirat الفكة Alphecca mendoſe, quod oſtendimus pertinere ad Coronam. SACLATENI in brachio ſiniſtro, Græcis ἔριφοι; Latinis Hœdi. In vetuſtioribus editionibus emendate legitur SADATENI, *d*, in vnicã *d* coeuntibus ساعد الثاني βραχίων δεύτερος, ſiue ἑπόμενος, vt Ptolemæus ait, ὦμος ἑπόμενος ἡνιόχου. Nam reuera ἡ αἴξ ἐπὶ τοῦ ὤμου ἑπομένου, οἱ δ᾽ ἔριφοι ἐπὶ τοῦ βραχίονος. Alij in manu ſiniſtra ſtatuunt. In Tetrabiblo: *Illius figuræ in qua hora formantur.* Lege *in qua* ROHA *formatur*: οἱ κατὰ τὸν ἡνίοχον λαμπροί. Nam ROH aut ROHA رخ eſt ἡνίοχος, Auriga, Agitator.

OPHIVCHVS. Arabes aliquando Græcum nomen vſurpant. In Mappa eſt Grus aut Ciconia inſiſtẽs ſerpenti cum titulo الحاوي ELHAGVE, vt Mauri pronunciant, id eſt Serpentarius. a voce حويه Serpente, quod magis Syriacum, quam Arabicum. Dicitur etiam Serpentarius ALANGVE. quod nihil aliud eſt, quam deprauatum ex ALHAGVE. Sed ita ſcriptum fuit, ALANGVE, *id eſt effeminatus, qui dicitur lator ſerpentis & ſerpentarius.* Certe aliud intelligitur, quam حاوي. Nam effeminatus non dicitur حاوي ſed غنين ANIN. item انثه ANATHE id eſt Hermaphroditus. item خنثه CHVNTHE. Ita ALANIN, vel ALANINE vocaretur. RASALAVGE. Scribendum cenſeo, RASALHAGVE. راس الحاوي Caput Serpentarij.

SERPENS SERPENTARII. الحيه in Mappa.

SAGITTA. Arabice السهم etiam in Mappa. Sed in quibuſdam Aſteriſmis Alfonſi pro Sagitta eſt ALAHANCE. Legendum ALHANCE الحنصه id eſt Sagittæ, Hebraicæ originis חץ, conuerſo dagheſ in Nun, vt ſæpe accidit in Arabiſmo & Syriaſmo.

AQVILA. VVLTVR VOLANS. Id proculdubio eſt نسر الطاير. Aliis eſt ALCAR. quod perperam pro ATAIR. الطير

الطير id eſt Ales. In Mappa dicitur عقاب quod βασανισμὸν vel βασανιςήριον, Crucia-tum, ſupplicium, Equuleum tortorum ſignificat. Sed quis eius rei cauſſam reddet? Magis mirari libet, quam quærere.

DELPHINVS. Græcum nomen retinet Mappa دالفين.

EQVVS. ALFERAS الفرس Recte.

At in Mappa dicitur فرس الاعظم. Equus maior, nimirum ad differentiam τῆς προτομῆς. ENIPH ELFERAS, lucida in naribus انيف الفرس Naſus equi, ῥύγχος τοῦ ἵππου. Ptolemeo. Melius ENF, quam ENIF. انف Quod Interpretes Almageſti nunc Muſcidam vertunt, nunc Grumium. Alterum māſit in vſu meis Aquitanis, alterū Celtis. SBATALFERAS ساعد الفرس brachium Equi. Hic T pro D, vt alibi, ΠΡΟΤΟΜΗ ΙΠΠΟΥ. In Mappa قطعة الفرس الاصغر τομὴ τοῦ ἵππου τοῦ ἐλάσσονος. Sed falluntur illi. Longe enim differunt τομὴ καὶ προτομή. Nam τομὴ eſt ſegmentum vtcunque. προτομὴ eſt tantum ſectio hominis quidem, cubitis, aut humeris tenus, vt ſunt imagines Imperatorum in nummis: aliorum autem animalium ad armos vſque, qualis eſt iſta προτομὴ τοῦ ἵππου. In Mappa perperam eſt وقطع vt alia non pauca errata.

ANDROMEDA. In Aſteriſmis dicitur MVLIER CATENATA, quomodo & in Mappa مراة المسلسلة Ita etiam ab Hebræis vocatur, qui per omnia veſtigiis Arabum inſiſtunt. Lucida in cingulo MIRAÇ Profecto legendum MIZAR hoc eſt περίζωμα, vt dicitur Ptolemæo. Lucida in ſolo ميزر cothurni ALAMAK. Emendo ALMAAK, traiectione facta. Id Cothurnum ſignificat vel ſocculum. Hiſpanis *chapino*. Plurale موق. In Mappa vicem Andromedæ eſt vitulus marinus catenatus. Catena collo vituli aut phocæ circumligata altero extremo continet duorum Piſcium in Zodiaco borealiorem.

TRIANGVLVM. MVTLATHVN. مثلث vt in Mappa. Id ſignificat triplicitatem, atque adeo omnes Latini Arabum interpretes quod Triangulum dicere debebant, vertunt Triplicitatem.

ARIES.

ARIES. الحمل ELHEMAL, vel ELHAMEL. Nam tam Arabibus, quam Hollādis HAMEL eſt Aries:

TAVRVS. ATAVR. الثور Vnde Pleiades ATAVRIA الثريا quod in Tauri aſteriſmo comprehēdantur. λαμπάδιας lucida Sucularum ALDEBARAN. الدبارن quod omnino Græco nomini reſpondet. Nam Sidera dicuntur διὰ τὴν λαμπρότητα. Vnde propter دبارب eandem claritatem Ptolemæo dicitur ὑπόκιρρος. Arabes ἀκείζων interpretantur, quod etiam eſſet مريا Aben Ezra Aſtrologus Amos v; 8. ait Hebraice אָרוּם vocari, id eſt ὑπόκιρρον, vt etiam vocatur a Ptolemæo. Addit præterea lingua Iſmaelitica dictam سهيل Ita haberet duo nomina. Sed Rabbi Iona, citante Kimhi, Iſaiæ XIII, 10, ſcribit eam eſſe, quæ dicitur in Bibliis כסיל. vbi perperam סואל pro סהיל editum eſt.

GEMINI. ELGEVZE. الجوزا RAZALGEVZE. راس الجوزا caput Gemini. Quare Arabes ita tertium Signum Zodiaci vocent, quum id verbum multa ſignificet in Arabiſmo, cauſſam comminiſci non poſſum. Prior Geminorum AVELLAR اول Sed ſcribendum افلن APHELLAN. Ἀπόλλων. Alter ابركلوس. ABRACALEVS. Vno punctulo amplius facies IRACLEVS ايراكلوس ἡρακλῆς. In Mappa pro Geminis duo pauones ſubſtituti.

CANCER. ASARTAN السرطان MELLEF. مالف. τὸ νεφελοειδές. ad verbum cōcretum. συστροφή. Sed proprie συστροφὴ in Tetrabiblo vertitur ALATHA علثة. quod quater ibidem reperies: in Scorpione, Sagittario, Cepheo, & Perſeo. Inuenitur quoque in Æthiopiſmo. Nam vbi in Græco eſt συστροφὴ, in Æthiopico eſt መዐለተ:: מַעֲלָה Sed Arabes quid ibi eſſet συστροφὴ non intellexerunt. quæ in aſteriſmis nihil aliud quam denſitatem ſignificat.

LEO. ASIT. اسد ASID rectius erat. Sed non ſemel monuimus D finale in his commutari cum T. KALBEIASIT. قلب الاسد id eſt καρδία λέοντος. Eſt enim, quæ Græcis βασιλίσκος, Tuberoni Regia ſtella dicta. DE-

NEBELASIT

NEBELASIT ذنب الاسد cauda Leonis.

VIRGO. ELADARI. العذري Sed frequentius vocatur SVNBALA. سنبلة id eſt στάχυς. Pro Virginis imagine, Mappa habet manipulum ſpicarum. Vnde nomen Signo Arabibus. Spica ipſa dicitur AZIMECH ALAACEL. Scribendum profectò HAZIMETH ALHACEL. جزمة الحصال Eſt manipulus farraginis δέσμη τοῦ χόρτου. Et ſane pro Virginis tota forma manipulus farraginis in Mappa pictus eſt. In Baal Aruc ita legimus. אֲלוּמָּה שֶׁל שִׁבּוֹלִים וּבְלָשׁוֹן עֲרָבִי הַזּוּמָּה hoc eſt: manipulus ſpicarum. & in lingua Arabica הַזּוּמָּה. Sed fallitur doctus ille Magiſter. Nam חזמה per ח Arabice dicitur, non per ה. Itaque caute ſtudioſi Arabica Iudæorum legant. Quum enim ipſi ea ſcribant charactere ſuo, non Arabico, multas literas perperam commutant, vt hic Heth, pro He. alibi כ pro خ ג pro غ. Hoc poteſt tironibus imponere. Idem abuſus ج, ج in Syrorum Arabicis charactere Syriaco conſcriptis. Samaritani tamen nullam literam pro alia cõmutant in iis ſaltem ſcriptis illorum, quæ penes nos ſunt. In aliis exemplaribus reperio ELGAZEL الغزل τὸ νῆθρον, fuſus: quod melius conueniret aſteriſmo Græco, in quo Virgo ſpicum tenet pendens inſtar fuſi. Sed profectò corruptum ex ALHACEL.

LIBRA. ميزان MIZAN. Hebræis מֹאזְנַיִם. ZVBENESCHEMALI زبان الشمالي χηλὴ βόρειος. ZVBENELGENVBI. زبان الجنوبي χηλὴ νότιος.

SCORPIVS. ALATRAB. Scribe ALACRAB. العقراب KALBELACRAB قلب العقراب Cor Scorpionis, hoc eſt ὁ ἀντάρης. LESCHAT. لسعة Melius LESATH. Eſt enim Sin nõ Schin. Hebræis עֲקִיצָה. Proprie ſignificat ictum, quem Scorpius facit, & alia animalia; quæ ictu, non morſu lædunt, vt Draco marinus, & Scorpæna. Ita ſemper apud Auiſennam. Hoc nomine vocatur τὸ κέντρον τοῦ Σκορπίου. Dicitur & SCHOMLEK. Sed id non eſt Arabicum. Quare tranſpoſitio facta videtur MOSCLEK مسلاك, id eſt arcuatio caudæ. flexus, illaqueatio. Non enim de ſpiculo

 caudæ

caudæ intelligi poteſt, ſed de toto flexu, & ambitu.

SAGITTARIVS. ELKVSV. vel ELCAVSV. القوس id eſt arcus. In Mappa pro Sagittario Pharetra poſita eſt: quia non pingunt humanas facies.

CAPRICORNVS. ALGEDI الجدي Id eſt Caper. DENEBELGEDI. ذنب الجدي Cauda Capri.

AQVARIVS. EDELEV. الدلو Situla. ἡ κάλπις, quæ attribuitur Aquario.

PISCES. ELHAVT. الحوت hoc eſt ὁ ἰχθὺς, nõ autem τὼ ἰχθύε الحيتان aut ELHAVTAINE. الحوتين quia vt ſupra diximus, Arabibus alter ex duobus, nempe boreus cum Andromedæ aſteriſmo commiſcetur. Alter, hoc eſt ὁ νότιος, pro ſigno vltimo Zodiaci habetur. Ideo ſingulariter tantum dicitur Piſcis, non Piſces. Piſcis autem iſte auſtralior, non, vt in aſteriſmis Græcis, vinculo, quod λῖνον dicitur, cum altero Piſce borealiore vinctus eſt, ſed cum Ceto. quod ridiculum. Illud λῖνον perperam Arabes interpretes Almageſti ληνὸν legerunt. Vertent enim torcular. id eſt بيل.

CETVS. ELCAITOS. القيطس in Mappa. Græcum eſt. MONKARELKAITOS منقار القيطس Roſtrum Ceti. BATANELKAITOS بطن القيطس venter Ceti.

ORION. AVDAX. الشجاع quo nomine etiam Hydra vocatur. BELLATOR محارب SVBLIMATVS على مشرف مرتفع IVGVLA Latinis. Sane ita Arabibus dictus videtur, quum ſtellam in humero poſitam vocant باط الجوزا BETELGEVZE. Axillam Geuze. Nam جوزه eſt, quam vulgo vocant Nucem iuguli, hoc eſt guttur. GIGAS, ELGEBAR الجبار quod & ipſum eſt ab Hebraico גבור Idem & FORTISSIMVS dicitur. quod nihil aliud, quam Elgebar. RIGELELGEBAR. رجل الجبار Pes Gigantis, vel fortiſſimi. In Mappa Orion neque nomine neque figura exprimitur. quod miramur.

FLVVIVS

FLVVIVS. ENAR. النهر AGARNAR ἔσχατος τοῦ ποταμοῦ, vt ſemper اخرنهر vel اخر النهر vocatur a Ptolemæo in Libello περὶ ἀπλανῶν ANGETENAR. Omnino legendum ANCHENETENAR انحناة النهر. hoc eſt ἐπιστροφὴ τοῦ ποταμοῦ, vt vocatur a Ptolemæo. Alibi admonemus cõmutationem factam CH cum G.

LEPVS. ELARNEB. الارنب in Mappa. Hebraicum הָאַרְנֶבֶת.

CANIS. ELHABOR. Scribe ELCHABAR. كلب الكبر Canis magnus. vel كلب الاكبر Canis maior, vt in Mappa. Sirius lucidiſſima in ore in Tetrabiblo ELSCHEERE الشعرى Auiſennæ, dictus a voce شعر quod apud eundem ὑδροφοβίαν ſignificat, nempe morbum, quo & canes rabioſi & ab illis morſi afficiuntur. Alibi reperio SCHEEREELIEMENI. Illa poſterior vox dextrum ſignificat. Videtur igitur hunc maiorem dextrum dicere, illum minorem, nempe τ [illegible] ſiniſtrum. Fortaſſe alia ratio adduci poteſt. Nam in Tetrabiblo Latina legitur GEMINA non IEMENI.

PROCYON. KELBELAZGVAR. كلب الاصغر. In Mappa. Alibi dicitur ALGOMEIZA الجميزة id eſt συκάμινος, Morus. Quare ita Procyon ab illis fanaticis vocetur, non magis quærendum, quam quare Gallina dicitur Roſa ab iiſdem: aut quare Gemini ſunt Pauones, Andromeda vitulus marinus, Heniochus mulus clitellatus. In Tetrabilo Latina PRIMVS CANIS. id eſt مقدم الكلب quod anticipans Canem ſignificat, non primus Canis.

NAVIS. MERKEB. مركاب In Mappa, سفينة SEPHINA quod & Syriacũ eſt.

HYDRA. In Aſteriſmis Almageſti ASVIA recte. الشجاع vt etiam extat in Mappa. Id verbi Arabibus eſt magnanimus: atq. adeo ita Hydra vocatur libro primo Tetrabibli Latinæ ex Arabico conuerſæ. Proprie eſt Audax: quod nomen conuenit etiam Orioni. ASVIA eſt triſyllabum. Nam in ſyllaba vltima IA, litera I eſt conſonans Hiſpanica, quomodo ſuum Gim pronunciant Arabes, quaſi ἀσύγια, non ἀσβία.

CORVVS. ALGORAB الغرب Ita etiam in Mappa. Eſt Hebraicæ o iginis.

CRATER. ELK.S الكاس quod Hebræum eſt כוס. In Mappa dicitur الباطه Hoc ego alibi non legi. In Tetrabiblo: *qua in calce conſtituuntur.* Legendum *in calice.*

CENTAVRVS. قنطورس Græcum. Ita in Mappa.

BESTIA CENTAVRI. ASIDA in Mappa اسدة id eſt Leæna. Sed quum Θηρίον Græcis dicatur, illi verbo melius reſponderet Arabicum السبع quod proprie de feris nocentibus Leone, Tigride, lupo dicitur: quod Hebræis eſt חַיָּה רָעָה vel חַיַּת הַיַּעַר.

ARA. Male in Mappa ماجمرة pro مجمارة. Hoc eſt prunarum conceptaculum, Ignitabulum, batillus, πυρεῖον. Hebraice מַחְתָּה Sic vertitur a Saadia Gaon Rabbino.

CORONA AVSTRINA. اكليل الجنوبي etiam Mappæ.

PISCVS AVSTRINVS حوت الجنوبي Sic etiam in Mappa. Lucida in ore FVMAHANT. Lege: FVMAHAVT. Melius فم الحوت FVMALHAVT. Os piſcis. στόμα τοῦ ἰχθύος.

Hæc tantum meminimus. Cætera diſcutiant alij. Præſtaret tamen ab hac nominum barbarie abſtinere. Vtri enim potius ſequendi? Græci, qui hæc primi & recte oſtenderunt, an Arabes, qui barbaris figmentis deformarunt? Dum enim humanam effigiem referre illis religio eſt, omnes fere cæleſtes imagines ridiculis monſtris interpolarunt. Aquarius ipſis eſt mulus clitellatus cum duobus doliis. Gemini duo pauones. Virgo manipulus ſpicarum. Centaurus vrſus equo commiſſus. Heniochus Mulus item clitellatus, freno iuxta appoſito extra aſteriſmum cum ſtellis ſuis, quæ tamen nullæ ſunt in freno Heniochi Græcanici. Ophiuchus eſt Ciconia, aut Grus. Ingeniculatus Cæmelus cum inſtrato ſuo. Sagittarius pharetra ſola. Caſſiepea canis in ſeliquaſtro. Andromeda phoca, aut vitulus marinus. Cepheus canis. Bootes figura, quam ſcripto exprimere non poſſum. Denique dum humanam effigiem reiiciunt, humanum intellectum abdicarunt

abdicarunt. Quomodo enim humana ſigna a ferinis diſtinguunt, ſi nulla apud illos humana ſunt? Quomodo manum Bootæ deſignabunt, ſi beſtia pro homine picta, aut figura, quæ omnino beſtia non eſt, in Mappa manum non habet? Sed illi profitentur ſe nolle Græcorum & Chriſtianorum imagines ſequi. Noſtri vero artifices, qui Græcos ſequuntur, vt velle videntur, quantum ab illis imprudentes diſcedunt? De Lyra ſuperius demonſtratum a nobis, quantum eos fugiat ratio. Neque nego quædam propter cōmoditatem melius mutari: vt feciſſe ſe profitetur Ptolemæus in aſteriſmis Hipparchi. Hoc locum habet, quando diſtantiæ Stellarum accuratius obſeruatæ ſunt, vt proxime fecit vir nobiliſſimus Tycho Brahe Danus, cuius obſeruationes veterum conatus caſtigant in multis. Itaque ratione diſtantiarum picturæ finiendæ. Nam ſi duæ ſtellæ humeros, verbi gratia, corporis humani deſignant, aliæ duæ, quæ pedes referre debent, longinquiores aut propriores ſunt, quam vt vlla ſymmetria corporis humani ſeruari poſſit, relatione ad humeros facta: tunc quidem alius rei commodius imago deſignabitur, quam hominis, aut ſaltem ſi hominis forma retinenda, aliæ deſignationes membrorum inſtituendæ. In his igitur dominetur ratio interuallorum. In quibus autem eadem diſtantia cum veteribus obſeruationibus conuenit, quæ inuidia eſt, veterum deſignationes ſequi? Theon vult omnes imagines in cælo conuerſis ad nos tergis eſſe, at in ſolidis ſphæris pingi debere vultibus ad nos conuerſis. neque in ea re aliquid nouum dicit. Nam ſi in curua ſuperficie dorſa ſunt, omnino in conuexa partes ſupinæ eſſe debent: & contra. Quare cum cæli ſuperficies nobis obiecta ſit curua, globorum autem connexa, neceſſe, vt quotum videmus terga in cælo, eorum partes ſupinas in globo pingamus. Melius Hipparchus conſulens vtilitati, negat dorſa ad nos conuertenda, niſi vbi aliquid κατάχειρον fuerit, id eſt; niſi quæ fuerint in partibus poſterioribus deſignanda, vt in Lyræ teſtitudine omnes ſtellæ deſignatæ in prona parte, non in ſupina. Sic Andromeda, ſic Orion κατάγειροι ſunt. Quædam etiam nudæ ſunt, vt Ophiuchus, & Ingeniculus. De Heniocho neque negare nudum eſſe, neque affirmare poſſumus. Sane in aſteriſmis περιπόδιον illi attribuitur, hoc eſt limbus veſtis, quod ἐπιπόδιον ζῶμα in aſteriſmo Virginis vocatur. Bootes vero non totus veſtitus eſt, quod iſtis videtur,

ſed cinctutus, hoc eſt ἐν περιζώματι. περίζωμα eſt pannus, qui cingulo ſupra ilia, infra mamillas ſubſtringitur, qualis habitus veterum poparum. Hoc, quod a Zona infra genua demiſſum eſt, Hiſpani & mei Aquitani *Faldas* vocant. Quare in Zona duæ ſtellæ ſunt quartæ magnitudinis, lucidiſſima autem vna in limbo, ſiue fimbriis perizomatis, quæ Arcturos dicitur. In hoc aſteriſmo commoditas quædam mutauit. Nam Arcturos olim in Zona deſignabatur ab Eudoxo, Arato, Eratoſthene, Manilio, Hipparcho. alij poſtea & Ptolemæus in fimbrias perizomatis tranſtulerunt. Totus igitur aſteriſmus mutandus fuit, non forma. Eodem modo poſteriores Vergilias a cæſura Tauri, ad originem ceruicis traduxerunt. Manilius & alij veteres Aquarij fuſionem a gemello piſce notio, & a ſolitario notio deglutiri putabant. Poſteriores a ſolo ſolitário. Sic Ptolemæus quædam in deſcriptionibus Hipparchi emendauit, vt ipſemet monuit. Georgius Trapezuntius, & eum ſequutus Copernicus ἀνὴρ παντὸς λόγου κρείττων, in aſteriſmo Bootæ, quod περίζωμα & ζώνην idem eſſe putarent, ζώνην quidem retinuerunt, perizoma induxerunt, ſine quo tamen Arcturo locus deſignari nõ poteſt ex mẽte Ptolemæi. Hipparchus & Ptolemæus ſiniſtram alam Auis propiorẽ Eclipticæ facit, quo nomine κατάχαρος omnino eſſe debet. hoc eſt, ſtellæ eius in parte auerſa, non aduerſa ponendæ, vt loquitur Ariſtoteles, ἐν τῷ πρανεῖ, vt Arabes بادبار ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ ὑπτίῳ: ac proinde crura eius extra filum corporis eiicienda, vt in illis ſtellæ ſtatui poſſint. At recentiores ſupina parte ad nos conuerſa pingunt: in quo nulla neceſſitas eos coegit, nulla commoditas perſuaſit a veteribus deſciſcere. Sagittarius omnino chlamydatus pingẽdus. Chlamydem illam aſteriſmi vocant ἐφαπτίδα, quo brachium pugnaturi, aut cum feris congredientes inuoluebant. Ideo recte Grammatici συνεστραμμένον τι definiunt, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες, ἢ οἱ θηρῶντες. Hoc habebat in animo Pacuuius: ——— *chlamide clupeat brachium.* Dicta autem ἐφαπτὶς ἀπὸ τοῦ ἐφάπτεσθαι, id eſt ἀρτᾷν, vt etiam auctor Etymologici recte exponit. Suſpendebatur enim nodo e collo inſtar Paludamenti Romani, hoc vno diſcrepans, quod breuior eſſet. Non enim a tangendo dicta, quod putant interpretes Almageſti Arabes. Vbi enim Ptolemæus habebat ἐφαπτίδα, ipſi contactum vertunt. Si iſtos contactus ſequimur, quomodo deſignabimus τὸν βρόχον ἐφαπτίδα καὶ

δα κὴ

διὰ καὶ τὸ νότιον ἐπαπῆσαι? Nauis figura reuocanda eſt ex veteribus numiſmatis, vt pars puppis, quæ χηνίσκος dicebatur, referri poſſit. Sed hæc nimio plus ſatis. Vereor enim, ne quibus prodeſſe volumus, ipſi nobiſcum vltro expoſtulatum veniant. Antequam vero hinc diſcedimus, depromemus quædam priſcæ Ægyptiorum σφυγίας ex eorum Myriogeneſi & monomœriis, vt quidem ea Arabes maleferiati a maleferiatis acceperunt. Non enim omittenda erant, præſertim quum ſimilia ex Aben Ezra antea dederimus, quæ μορφώσεις habent ab illis Græcorum longe diuerſas. Vt autem illa per denos gradus Decanorum, ſic hæc per ſingulos relata ſunt, quæ propria monomœriarum doctrina eſt. Hæc nos ideo proponimus, vt ματαιοτεχνίαν potius traducamus, quam vt in illis aliquid vllius bonæ frugis eſſe putemus. Imo contra hæc omnia tam digna illorum otio, qui hæc commenti ſunt, iudicamus, quam indigna occupationibus eorum, qui nobilioribus curis capiuntur.

MONOMŒRIARVM.

ASCENDENTES IN SINGVLIS SIGNIS CVM SIGNIFICATIONIBVS ET DECANIS SVIS ÆGYPTIACIS.

ARIES.

♂ Primus Decanus ASICCAN *Martis: audaciæ, fortitudinis, elationis, inuerecundiæ.*

Grad.		
I	VIR dextra falcem tenens, ſiniſtra balliſtam.	Natus aliquando laborabit, aliquando bella geret.
II	Vir capite canino; dextra protenſa, læua baculum gerens.	Natus rixoſus erit, & inuidus.
III	Vir dextra oſtendēs varia Mundi, ſiniſtra zonæ adpoſita.	Natus pacis amator erit.
IIII	Vir criſpo capillo, dextra manu accipitrē, ſiniſtra flagellum tenens.	Natus raro diteſcet, acquiſita diſperdet.
V	Viri duo. alter ſecuri ligna fin-	Natus paterfamilias appellabidens

	dens alter dextra ſceptrum geſtans.	tur.
VI	Rex coronatus, dextra pomum imperiale, ſiniſtra ſceptrum tenens.	Natus cognatos & vicinos ſuperabit.
VII	Cataphractus, ſagittam manu geſtans.	Natus in cuſtodia ſui ſatager.
VIII	Vir galeatus, cætera inermis dextra balliſtam gerens.	Natus contentioſus erit, & homicida.
IX	Vir capite nudo, cætera veſtitus, læua gladium tenens.	Natus verboſus erit, & ſemper admirabundus.
X	Vir vrſum cuſpide transfigens.	Natus venator erit.

☉ *Secundus Decanus* SENACHER, *Solis; nobilitatis, magnanimitatis, regni, & magni dominij.*

XI	Mulier ſtans, dextra manu colum geſtans.	Natus hoſpitalis erit.
XII	Aquila paſſis alis ſubiectos pullos ſuos circumuolitans.	Natus eleuari cupiet.
XIII	Vir gracilis dextra hircum cornibus apprehendens.	Natus mirus homo erit.
XIIII	Vir ſtans, ambabus manibus catena vinctis.	Natus ſæpe in carcerem conijcietur.
XV	Vir loricatus, capite nudo, paſſis brachiis.	Natus furax erit, & tenebrio.
XVI	Vir ligone operans. Aliter: vir ex vrceolo aquã effundens.	Natus aut agricola, aut piſcator erit.
XVII	Vir ſericatus otioſus ſtans.	Natus delicatus erit.
XVIII	Mulier throno inſidens, dextra manu eleuata.	Natus pacem amabit.
XIX	Vir ſtans, theſaurum manibus indicans.	Natus erit furax & tenebrio.
XX	Vir galeatus cum penna Sthrutiocameli taurum equitans, equum ſiniſtra trahens.	Natus militioſus erit.

♀ Tertius

♀ *Tertius Decanus* ACENTACER, *Veneris: ſolertiæ, manſuetudinis, ludorum, iocorum, munditiarum.*

XXI	Canis clunibus inſidens ore ad Leonem & ipſum quoque clunibus inſidentẽ conuerſo.	Natus fidelis erit ſocius.
XXII	Vrſus clunibus inſidẽs, trabem ore mordicus tenens.	Natus malus erit ſocius.
XXIII	Tres ſerpentes cum totidem pugnantes.	Natus multos inimicos habebit.
XXIIII	Mulier nuda perizomate ſuccincta, dextra manu porrecta.	Mulier optat virum, aut vir mulierem.
XXV	Vir criſpo capillo arietem equitans.	Natus ciuibus dominari volet.
XXVI	Sol in Solem radios iaciens.	Natus principatum obtinebit.
XXVII	Draco magnus humi porrectus.	Natus potens erit in ſenectute.
XXVIII	Mulier ſtans veſtibus eleganter culta.	Natus hilaris, & placidus erit.
XXIX	Vir manibus ſerram tenens.	Natus labore ſibi & vxori victum quæret.
XXX	Mulier ſeuera equum inſtratum manu dextra trahens.	Natus in alios imperium habere volet.

TAVRVS.

☿ *Primus Decanus* ASICATH, *Mercurij: arationis, ſationis, ſtructuræ, deductionis coloniarum, ſcientiarum ciuilium, Geometriæ.*

I	Vir baculo taurum agens ad macellum.	Natus carnifex erit.
II	Mulier manu caudam equi apprehendens.	Natus otioſus erit.
III	Vetula peplata. Alias mulier verenda ſubligaculo tecta.	Nata in ſenectute virum appeter, & cupiet iuuenis videri.
IIII	Mulier dextra flagrum tenens.	Natus iracundus erit.
V	Bos in aheno ſedens.	Natus hoſpitalis erit.
VI	Vir triceps, dextra porrecta indicans.	Natus ſapiens erit & illuſtris.
VII	Mulier formoſa ſtans.	Natus ſuperbus erit.

VIII	Mulier triſtis in ſeliquaſtro ſedens.	Natus triſtis & abiectus erit.
IX	Vir flagellum geſtans agnos & capras paſcens.	Natus opilio erit & bubulcus.
X	Duæ mulieres ſimul ſtantes cane inter ambas ludente.	Natus otioſus erit, rebus Venereis operam dans.

☽ *Secundus Decanus*, VIROASO, *Lunæ: potentiæ, nobilitatis, dignitatis, imperij in gentes.*

XI	Auis magna inſtar corui, ſtans.	Natus erit auarus.
XII	Mulieres duæ ſtantes, manibus copulatis.	Natus bonæ voluntatis erit.
XIII	Duæ mulieres inuicem ſe verberantes.	Natus rixoſus erit.
XIIII	Vir manu baculum tenens.	Natus dirimet litigantes.
XV	Septem aues in aere volantes.	Natus inſtabilis erit.
XVI	Vir ſedens ſuper aſino.	Natus piger erit, tardus in omnibus.
XVII	Taurus ad arborẽ per medium corporis alligatus.	Natus quotidie negotiis laborioſis implicabitur.
XVIII	Duo tauri capitibus ſeſe incurſantes.	Natus furioſus erit.
XIX	Mulier aquam ex olla in aliam transfundens.	Natus dulcia verba dabit.
XX	Duo canes ſe inuicẽ mordẽtes.	Natus inuidus erit.

♄ *Tertius Decanus* AHARPH, *Saturni: miſeriæ, ſeruitutis, feritatis, neceſſitatis, vilitatis.*

XXI	Vrſus retro reſpiciens.	Naſcetur maleuolus, & iracundus.
XXII	Tres viri manibus ſe tenentes.	Naſcetur ἄστεγος.
XXIII	Vir in tergum cadens.	Natus per omnia infelix erit.
XXIIII	Vir incuruus baculo incumbens.	Natus imbecillus erit in iis, quæ faciet.
XXV	Vir inſiſtens baculo.	Naſcetur fortis in factis ſuis.
XXVI	Vir ſtans, manu indicans.	Natus erit pacificus.
XXVII	Ager cum ſegete. Alias manipuli non colligati.	Natus diuitias coget.
XXVIII	Mulier freno equum trahens.	Natus volet aliis dominari.

XXIX

XXIX	Mulier freno aſinum trahens. alias hircũ.cornibus trahens.	Nata volet imperare viro.
XXX	Structura ſpecioſa.	Delectabile factum ſignificat.

GEMINI.

♃ Primus Decanus THESOGAR, *Iouis: Tabellionatus, calculi dati & accepti, petitionum, ſcientiarum inutilium.*

I	Duo viri manibus per mutua connexis.	Naſcetur hilaris.
II	Vir vnus duos nudos trahens.	Naſcetur furum captor.
III	Vir teſtudine canens.	Natus homines oblectabit.
IIII	Vir vxorem manu trahens.	Naſcetur hoſpitalis.
V	Vir ſiniſtra balliſtam, dextra zonam gerens.	Natus accinget ſe ad bellum.
VI	Vir dextra libram tenens.	Naſcetur Mercator.
VII	Duæ ſpõſæ manibus copulatis.	Natus vxorem ducet.
VIII	Faber ferrum cudens. mulier ſtans otioſa.	Naſcetur fugitans laboris.
IX	Rex ſedens pomum, ſiue pilam mundi dextra gerens, ſceptrum ſiniſtra.	Natus imperium obtinebit.
X	Vir virum eleuans humo.	Natus amice cum omniũ moribus conueniet.

♂ Secundus Decanus VERASVA, *Martis: anguſtiarum, laboris, inquiſitionis rerum ærumnoſæ, agilitatis indecoræ.*

XI	Aquila tres pullos ſuos ſuperuolitans.	Naſcetur auguriis deditus.
XII	Duæ mulieres ſtantes & flẽtes.	Natus triſtis erit.
XIII	Tres corui vna ſtantes.	Naſcetur inuidus, & auarus.
XIIII	Duæ vulpes gallinas vorantes.	Naſcetur guloſus, & auarus.
XV	Vir ſeptem habens capita.	Natus multorum ſenſuum erit.
XVI	Pons vltra aquas.	Natus laborabit ſine fructu.
XVII	Vir ſine manibus ſtans otioſus.	Naſcetur homo nulli rei.
XVIII	Vulpes velociter currens.	Natus ſemper laborabit.
XIX	Ærumnoſus baculum geſtans.	Natus viator erit.
XX	Serpentes tres in terra proſtrati.	Natus ſapiens erit.

☉ *Tertius Decanus* TEPISATOSOA, *Solis: obliuionis, dedignationum, iocandi, cauillandi, ſutilia audiendi.*

XXI	Vir ſedens in equo.	Natus cliens erit.
XXII	Duæ aues colloquium ſimul ſerentes.	Naſcetur auceps.
XXIII	Vir decrepitus innitens baculo.	Naſcetur ærũnoſus, & otioſus.
XXIIII	Duæ mulieres congratulantes, & ſedentes.	Natus erit lætus.
XXV	Vir librũ apertũ manu tenens.	Naſcetur ſtudioſus.
XXVI	Duo canes inuicem mordentes.	Naſcetur litigioſus.
XXVII	Mulier otioſa ſtans & flens.	Natus erit vagabundus.
XXVIII	Duo tauri, alter altero maior.	Naſcetur laborioſus.
XXIX	Canes tres currentes contrario itinere.	Naſcetur venator nobilium.
XXX	Duo viri ſingulòs canes trahentes.	Naſcetur venator Principum.

CANCER.

♀ *Primus Decanus* SOTHIS, *Veneris: alacritatis, communionis, amabilitatis.*

I	Vir & mulier manibus copulatis congratulantes.	Naſcetur lætus, & amabilis.
II	Mulieres duo otioſæ inſtar duarum turrium ſtantes.	Naſcetur otioſus.
III	Duo viri ſtantes coram duabus mulieribus ſedentibus.	Natus alteri ad libitum ſeruiet.
IIII	Virgo ſtans otioſa virum exſpectando.	Naſcetur libidinoſus.
V	Mulier ſtans virũ exſpectando.	Naſcetur luxurioſus.
VI	Vir capram tenens in olla ærea.	Naſcetur fatuus.
VII	Vir Zona capram trahens.	Naſcetur carnifex.
VIII	Mulier ſtans poſt domum ſeſe abſcondens.	Naſcetur piger atque laſciuus.
IX	Mulier dextra fuſum tenens.	Natus laborioſus erit.
X	Vir dextra ciſtam tenens.	Natus laborioſus erit.

☿ *Secundus Decanus* SYTH, *Mercurij: iocoſitatis, confabulationis mulierum, diuitiarum, vbertatis.*

XI	Nauis ſtans in aquis.	Natus piſcator erit.
XII	Vir ſpolium animalis humero portans.	Natus cerdo erit.
XIII	Puer ſedens librum apertum tenens cum calamo.	Natus ſtudioſus erit.
XIIII	Agnus coronã habens auream in capite.	Naſcetur aurifaber.
XV	Rex murium ſuper tecto recubans in nido ſuo.	Natus continebit ſe intra domum.
XVI	Auis pedibus ſerpẽtem tenens.	Natus gaudebit.
XVII	Mulier ſtans otioſa.	Naſcetur piger.
XVIII	Duæ mulieres alea ludentes.	Natus gaudebit.
XIX	Vir cuſpidem dextra, ſiniſtra fiſtulam tenens.	Naſcetur hiſtrio.
XX	Canis ſedens in curru,	Naſcetur piger.

☽ *Tertius Decanus* THVIMIS, *Lunæ: venationis, retrahendi fugitiuos, armis res repetendi, aduerſandi omnibus.*

XXI	Currus ſtans vacuus.	Natus vanis operam dabit.
XXII	Vir ſtans otioſus.	Natus piger erit.
XXIII	Aqua profluens.	Naſcetur inſtabilis.
XXIIII	Equus Equum inſiliens.	Natus ſuper alios euehi volet ad culmen dignitatum.
XXV	Equus liber vagans in campeſtribus.	Natus erit inſtabilis.
XXVI	Aqua fluens ex montibus.	Natus mobilis erit.
XXVII	Equus frenatus.	Natus ſeruiet.
XXVIII	Duo viri ſub arbore ſedentes, auem in arbore aſpicientes.	Naſcetur otioſus.
XXIX	Vir ſuſpenſus in patibulo.	Natus fur erit.
XXX	Nauis fluitans in aquis.	Naſcetur nauta aut piſcator.

LEO.

♄ *Primus Decanus* APHRVIMIS, *Saturni: crudelitatis, maleficiorum, violentiæ, patientiæ laborum, audaciæ, libidinis.*

I	Vir tenẽs dextra caput Leonis.	Natus fortis erit.
II	Nauis vno latere inclinata in aquas.	Natus in aquis infortunatus erit.
III	Vir ſedens in ſcabello triſtis.	Natus erit triſtis.
IIII	Piſcis natans in aquis.	Naſcetur prudens, & aſtutus, magnatibus ſuſpiciendus.
V	Serpens tortuoſe humi iacens.	Naſcetur inuidus.
VI	Vir ſtrictum gladium dextra tenens.	Natus rixoſus erit, aliis aduerſans.
VII	Vir leonem equitans.	Natus erit magnis viribus, & ſapiens.
VIII	Flamma ignis laborans in igne.	Natus opera ignis exercebit.
IX	Vir ornatus & veſtimẽtis cultus	Naſcetur ſuperbus.
X	Mors ſtans, manibus falcem tenens.	Naſcetur homicida.

♃ *Secundus Decanus* SITHACER, *Iouis: rixarum neſciorum, neceſsitatis miſerorum, victoriæ vilium per neſcios, occaſionem enſes diſtringendi, præliorum.*

XI	Mulier ſtans, ventrem denudans.	Naſcetur impudicus.
XII	Mulier bene ornata, & formoſa.	Naſcetur caſtus & pudicus.
XIII	Taurus in paſcuis ſtans,	Naſcetur ſtabilis in factis ſuis.
XIIII	Vir ſtans otioſus.	Natus otioſus erit.
XV	Canis aut leo in gramine iacens.	Natus fortis erit.
XVI	Aſinus frenatus.	Natus indiſciplinabilis erit.
XVII	Camelus ſtans.	Naſcetur animoſus ac fortis.
XVIII	Clauis cellularia.	Natus poteſtatem obtinebit.
XIX	Vir freno equum trahens.	Natus cliens erit.
XX	Manus chartam tenens	Natus nuncius erit.

♂ Tertius

♂ *Tertius Decanus* PHVONISIE, *Martis: amoris, ſocietatis, non decedendi de iure ſuo pro rixis vitandis.*

XXI	Vir manu clauem tenens.	Naſcetur hoſpitalis.
XXII	Vir iacens vt mortuus.	Natus imbecillus erit.
XXIII	Vir biceps.	Natus erit diuerſorũ ſenſuum.
XXIIII	Vir dextra ſerram tenens.	Natus ſapientiam meditabitur.
XXV	Vir natans in aquis.	Natus piſcator erit.
XXVI	Vir ligone operans.	Naſcetur agricola.
XXVII	Vir falcem dextra tenens.	Naſcetur laboris ſtudioſus.
XXVIII	Tres viri ſimul deambulantes.	Natus otioſus erit.
XXIX	Vir & mulier manus copulãtes	Natus amabilis erit.
XXX	Vir in equo ſedens, vt ſeruus.	Natus alienus ſeruiet.

VIRGO.

☉ *Primus Decanus* THVMIS, *Solis: ſeminandi, arandi, herbarum, vrbium condendarum, opum cogendarum, vitæ dirigendæ.*

I	Mulier bene ornata expectans ſpectaculum viri.	Naſcetur amator, aut amatrix.
II	Duæ mulieres otioſæ ſtantes.	Natus otioſus erit & vagabundus.
III	Vir librum rationum tenens manu ſua.	Naſcetur mercator.
IIII	Vir bobus arans.	Naſcetur agricola.
V	Aquila quieſcens.	Natus ſine labore mercator erit.
VI	Mulier bene ornata ſtans otioſa	Natus otioſus erit.
VII	Mulier ſimplex ſtans otioſa.	Naſcetur piger.
VIII	Vir ſub abiete ſedens.	Naſcetur paſtor.
IX	Mulier vultu rubicundo, bene ornata, ſtans otioſa.	Naſcetur iracundus atque otioſus.
X	Vir bene ornatus ſtans otioſus pomum manu tenens.	Natus deambulator erit.

♀ *Secundus Decanus* THOPITVS, *Veneris: quaſtus, opum cogendarum, auaritiæ,*

XI	Equus albus frenatus currens.	Natus velox erit.
XII	Vir nigro vultu, rubris indutus.	Natus malus erit.

XIII Duæ

XIII	Duæ mulieres roſas colligẽtes.	Natus iocoſus erit.
XIIII	Bos ſtans in paſcuis.	Naſcetur laborioſus.
XV	Duæ mulieres ſimul lætæ ſtãtes	Natus iucundus erit.
XVI	Duæ canes ſimul currentes.	Naſcetur venator.
XVII	Caſtrum pulchrum ſepe circundatum.	Natus tutus erit.
XVIII	Arbor frondoſa in gramine.	Natus ſiluis operabitur.
XIX	Vir ſedens in equo vt ſeruus.	Natus cliens & famulator erit.
XX	Auis Talpam aut Murem perſequens.	Natus alterius generis homini aduerſabitur.

☿ *Tertius Decanus* APHVT, *Mercurij: ſenectutis, debilitatis, pigritiæ, læſionis membrorum ex morbo, arbores euellendi, ciuitates deuaſtandi.*

XXI	Vir ſtans, dextra aurum, ſiniſtra argentum tenens.	Naſcetur diues.
XXII	Mulier nuda hircum & agnum humeris baiulans.	Naſcetur impudicus.
XXIII	Vir nauicula nauigans.	Naſcetur nauta.
XXIIII	Anſer collo ad pilam alligatus.	Natus reſtrictus erit ad laborẽ.
XXV	Vir funda lapidem mittens.	Natus litigioſus erit.
XXVI	Duo viri mutuo colloquentes.	Natus diſciplinatus erit.
XXVII	Mulieres duæ otioſæ ſtantes.	Natus otioſus erit.
XXVIII	Aues aliquot in terra, aliæ volantes.	Natus reditus multos habebit.
XXIX	Ros ſiue pluuia cadens ſuper gramen.	Naſcetur religioſus.
XXX	Mutus ſtans quietus.	Naſcetur fatuus.

LIBRA.

☽ *Primus Decanus*, SERVCVTH, *Lunæ: iuſtitiæ, iuris, veritatis, auertendi fortes ab imbecillis, adiuuandiq; miſeros & pauperes.*

I	Vir vtraq. manu ſpiculũ tenẽns.	Naſcetur pugnator.
II	Neocorus cum Thuribulo.	Naſcetur religioſus.
III	Vir manibus & pedibus debilitatis.	Naſcetur miſer & laborioſus.

IIII Vir

IIII	Vir aruum equis arans.	Naſcetur agricola.
V	Auis nigra rubris pedibus & roſtro.	Naſcetur craſſus.
VI	Vir aratrum trahens.	Naſcetur agricola ſine ſenſu.
VII	Vir dextra annulum tenens.	Naſcetur amator aut amatrix.
VIII	Mulier flens ſuper infirmo.	Natus triſtis erit.
IX	Vir dextra ſtrictum gladium in ſublime tenens.	Natus rixoſus erit.
X	Auis nigra roſtro humi inclinato.	Natus totus immundus erit.

♄ *Secundus Decanus* ATERECHINIS, *Saturni: quietis, vbertatis, vitæ bonæ ac ſecuræ.*

XI	Vir nigris vultu, & manibus, pedibus albis.	Naſcetur tardus & inſtabilis.
XII	Mulier ſtans circumſpiciens.	Naſcetur vagabũdus & otioſus
XIII	Vir & mulier a ſe inuicem deſciſcentes.	Natus contentioſus erit, & ab aliis diuiſus.
XIIII	Speculum magnum parieti appenſum.	Natus ſuperbus erit.
XV	Duo corda ſimul pendentia.	Natus mundanus erit.
XVI	Camelus currens.	Naſcetur fortis ac velox.
XVII	Merula dulce canens.	Naſcetur iocoſus.
XVIII	Villa cũ domibus bene ornatis.	Natus dominabitur rure.
XIX	Caſtrum pulchrum monti impoſitum.	Natus nobilis erit.
XX	Ara pulchra, bene inſtructa.	Natus religioſus erit.

♃ *Tertius Decanus* AREPIEN, *Iouis: guloſitatis, concubitus maſculorum, carminum hilarium, affectationis malorum ſaporum.*

XXI	Vir aſinũ aut equum equitans.	Natus eques erit, & ſeruus.
XXII	Equi duo ſellis inſtrati.	Natus multum appetet, parum adipiſcetur.
XXIII	Medicus vrinam per vitrum inſpiciens.	Naſcetur medicus.
XXIIII	Homo inferiori parte equus baculo draconẽ percutiens.	Naſcetur robuſtus.
XXV	Pauo ſtans in gramine.	Naſcetur ſuperbus.

XXVI	Vir leonem baculo percutiens.	Natus victor bello erit.
XXVII	Arbor frondoſa in horto.	Naſcetur olitor.
XXVIII	Vir ligone terram rimans.	Naſcetur laboris patiens.
XXIX	Mulier otioſa ſtans.	Naſcetur otioſus.
XXX	Lepus ex ſilua currens.	Natus inſtabilis erit.

SCORPIVS.

♂ Primus Decanus SENTACER, *Martis: rixarum, triſtitiarum, deceptionum, detractionum, perditionum, inſidiarum.*

I	Vir ſpiculum manu tenens.	Naſcetur fur & nequam.
II	Vir inſidens elephanto.	Naſcetur fortis & ſtabilis.
III	Vir ſtans otioſus.	Naſcetur malus & otioſus.
IIII	Cithara lætitiam ſignans.	Naſcetur iucundus.
V	Vir partibus inferioribus defectus.	Natus inchoabit, & non perficiet.
VI	Aſinus aut Equus frenatus, ſellis inſtratus.	Natus pauca perducet ad effectum.
VII	Vir ſedens marſupium dextra tenens, ſcyphum aureum ſiniſtra.	Naſcetur mercator & diues.
VIII	Gallus Gallinaceus magnus ſtans.	Natus ſcriptor erit.
IX	Puer in tina ſedens.	Natus nō multi intellectus erit.
X	Facies multum diſtorta.	Natus mirabilis opinionis erit.

☉ Secundus Decanus TEPISEVTH, *Solis: deceptionum, detrectationum, nouas inimicitias inter homines ſerendi, & veteres confirmandi.*

XI	Vir cauda ſcorpionem tenens.	Naſcetur inuidus.
XII	Serpentem magnum muſcæ pungentes.	Naſcetur prudens, ſed malus.
XIII	Turris pulchra ac fortis.	Naſcetur robuſtus agricola.
XIIII	Puteus aquis manans.	Naſcetur mente inſtabili.
XV	Mulier pulchra ſtans otioſa.	Naſcetur otioſus.
XVI	Mulier pauperi dans eleemoſynam.	Naſcetur miſericors.
XVII	Lupus in campo currens.	Naſcetur raptor.

XVIII	Mulier poſt ianuam ſeſe abſcondens.	Naſcetur piger atque otioſus.
XIX	Canis rictu & auribus magnis.	Natus nobilis erit.
XX	Vir ſedens in camelo.	Naſcetur fortis.

♀ *Tertius Decanus* SENCINER, *Veneris: bellorum, ebrietatis, violentiarum, ſcortationum cum ira, & præualentia.*

XXI	Equus liber in campo.	Natus ſine iugo erit.
XXII	Aqua magna fluens.	Naſcetur inſtabilis.
XXIII	Riuuli multi ex fontibus manantes.	Naſcetur inſtabilis.
XXIIII	Mulier dextra fuſum tenens.	Naſcetur laborioſus.
XXV	Lupus anſerem ore ferens.	Naſcetur furax & rapax.
XXVI	Vir veſtes humeris baiulans de ſpoliis.	Natus ſpoliator erit.
XXVII	Viri duo ſtantes & vna colloquentes.	Naſcetur iucundus ac ſocialis.
XXVIII	Ædificium aut Templum magnum.	Natus multum orationi operabitur.
XXIX	Magiſter ſedẽs cũ libro aperto.	Naſcetur ſtudioſus.
XXX	Serpens magno capite.	Naſcetur prudens.

SAGITTARIVS.

☿ *Primus Decanus* ERBGBVO, *Mercurij: audaciæ, libertatis, militiæ.*

I	Viri tres ſtantes ſine capitibus.	Naſcetur iuſtus ac religioſus.
II	Vir balliſta ſagittans.	Naſcetur rixoſus omni tẽpore.
III	Vir indutus flammeis in Ariete ſedens.	Naſcetur rixoſus.
IIII	Vir humero ſpiculũ baiulans.	Naſcetur ſpoliator.
V	Mulier dorſo cunas baiulans.	Natus laborioſus erit.
VI	Bos tricornis.	Naſcetur homo multorum intellectuum.
VII	Mulier ſtans otioſa.	Natus otioſus erit.
VIII	Duo viri talis ludẽtes ad mẽſam	Naſcetur aleo.
IX	Strues lignorum ardens.	Natus opera ignis exercebit.
	Portio auri, argenti, & plumbi in terra.	Naſcetur diues.

☽ *Secundus decanus* SAGEN, *Lunæ: timoris, ploratus, dolorum & ſibi ſemper timendi.*

XI	Simia inſidens lupo.	Natus alij dominabitur.
XII	Vir hircum equitans.	Natus omnibus contradicet.
XIII	Vir ſtans ligatis dorſo manibus	Natus vincetur.
XIIII	Magiſter librũ tenens apertum.	Natus doctus erit.
XV	Vir equo ſella inſtrato adambulans.	Naſcetur timidus.
XVI	Currus vacuus.	Naſcetur homo a ratiõe vacuus
XVII	Decrepitus innitens baculo.	Natus multum orabit.
XVIII	Vir altera manu auem cauda tenens, altera facẽ accẽſam.	Naſcetur auceps.
XIX	Domus circundata facibus ardentibus.	Natus laborioſus erit, metu vndique obſeſſus.
XX	Viri tres ambulantes connexis brachiis.	Naſcetur iocoſus ac ſocialis.

♄ *Tertius Decanus* CHENEN, *Saturni: obſtinationis in propoſito, contradictionis, dexteritatis in malo, rixis, & factis abominabilibus.*

XXI	Vir ſtans ornatu Doctoris.	Naſcetur ſapiens.
XXII	Duo viri mutuo ſe gladio perfodientes.	Naſcetur latro, aut homicida.
XXIII	Mulieres duo mutuo ſe pectora cultro transfigentes.	Naſcetur homicida.
XXIIII	Vir ſeſe gladio transfigens.	Natus ſibi ipſe damnũ inferet.
XXV	Vir humo vomens.	Naſcetur crapuloſus & laborioſus.
XXVI	Vir ludens bacillo ligneo.	Natus hiſtrio & iocoſus erit, id eſt geſticulator.
XXVII	Vir pendens manibus.	Naſcetur iocoſus, id eſt geſticulator.
XXVIII	Vir ſedens in Camelo.	Naſcetur fortis.
XXIX	Vir ſe de lecto in lectum reuoluens.	Natus puerilis erit.
XXX	Vir dextra ferreã ſoleam tenens	Naſcetur faber.

CAPRI-

CAPRICORNVS.

♃ Primus Decanus THEMESO, *Iouis: ſpatiandi, gaudendi, lucrandi, perdendi cum debilitate, ac vilitate.*

I	Duo viri in forma ſimiles.	Naſcetur amicabilis ac iucũdus
II	Vir ferens arundinem,	Natus ſine poteſtate erit.
III	Serpens magnus.	Natus ſapiens erit.
IIII	Duo raſtra in campo.	Naſcetur ruſticus.
V	Duæ portæ apertæ.	Naſcetur hoſpitalis.
VI	Vir baiulãs canes humeris ſuis.	Naſcetur rixoſus.
VII	Duo viri cum muliere ſtantes.	Naſcetur iocoſus.
VIII	Manus auem tenens.	Naſcetur auceps.
IX	Vir in terram cadens.	Natus debilis erit.
X	Vir vtraq. manu ſingulas Vpupas ferens.	Natus auceps, aut venator erit.

♂ Secundus Decanus EPIMA, *Martis: quærendi de rebus, quæ ſciri non poſſunt, & ſciſcitandi ea, quæ ad finem perduci non poſſunt.*

XI	Rex coronatus literas accipit a nuncio.	Natus nuncius Principis erit.
XII	Vir velociter currens.	Naſcetùr homo velox.
XIII	Vir humero portans exuuias hirci,	Natus carnifex erit.
XIIII	Manus ſpiculum tenens.	Naſcetur rixoſus.
XV	Vir ingeniculatus.	Natus nobilis erit.
XVI	Vir æquitans equo non frenato	Natus ſine poteſtate erit.
XVII	Vir Cynocephalus.	Naſcetur rixoſus.
XVIII	Vir dimidiatus.	Natus puſillanimus erit.
XIX	Vir quatuor pedes habens ſtans otioſus.	Natus quieſcet tũc, quum operandum erit.
XX	Simia in ſpeculo ſe intuens.	Naſcetur homo ſuperbus.

☉ Tertius decanus HOMOTH, *Solis: cupiditatis ſamiliam gubernandi, non ſufficiendi ſibi, ſuſpicandi.*

XXI	Magiſter librum apertũ tenens	Naſcetur homo doctus.
XXII	Vir ligone terram fodiens.	Natus agricola erit.

XXIIII	Vir mulierem manu trahens.	Natus amator erit.
XXIIIII	Doliarius dolia fabricans.	Natus artifex erit.
XXV	Vir manu auem geſtans.	Natus nobilis erit.
XXVI	Silua pulchris arboribus cõſita.	Natus ſiluis operabitur.
XXVII	Vir in gramine iacens.	Natus debilis erit.
XXVIII	Vir terram ferens capite.	Natus diues erit.
XXIX	Mulier pulchra in ſcabello ſedens.	Natus lætabundus erit.
XXX	Poſteriora piſcis.	Natus res inchoabit, neque abſoluet.

AQVARIVS.

♀ *Tertius Decanus* OROASOER, *Veneris: ærumnarum pro lucro, inquietudinis, laborum, minutionum, paupertatis, vilitatis.*

I	Vir ambabus manibus ſingulas aues tenens.	Natus auceps erit.
II	Vir ambabus manibus caput ſuum tenens.	Natus triſtis erit.
III	Vir vna manu caput ſuũ tenens	Natus dolore plenus erit.
IIII	Vir inequitans theſauro ſuo occluſo.	Natus mercator erit.
V	Mulier præcedẽs viro ſequẽte.	Natus ſollicitus erit.
VI	Vir ligneo bacillo ludens.	Natus iocoſus erit, id eſt geſticulator.
VII	Euaginatus cultellus humi iacens.	Naſcetur bellicoſus.
VIII	Vir manu catenam tenens.	Natus ſe non poſſidebit.
IX	Vir virum a terra eleuans.	Naſcetur otioſus.
X	Vir ſtans ſine capite.	Natus ſine poteſtate erit.

☿ *Secundus Decanus* ASTIRO, *Mercurÿ: formæ, intellectus, manſuetudinis cum modeſtia, bonorum morum, complementi ſuæ figuræ, & liberalitatis.*

XI	Vir armatus ſine capite.	Naſcetur nobilis ſine poteſtate.
XII	Vir armatus regem percutiens.	Natus dominator Regis erit.
XIII	Equites multi armati.	Naſcetur rixoſus, aut raptor.
XIIII	Vir manu ſua pedẽ amputatum tenẽs	Natus triſtis erit.

xv Duo

XV	Duo viri vnicornē equitantes.	Natus rixoſus erit.
XVI	Vir ignem manu tenens.	Natus opera ignis exercebit.
XVII	Mulier ægra in lecto decūbens.	Natus infirmus erit ac otioſus.
XVIII	Noctua magna quieſcens.	Natus inuidus erit.
XIX	Vir caput amputatum manu tenens.	Natus poteſtatem habebit.
XX	Mulier decrepita baculo innitēs	Natus debilis erit.

☽ *Tertius Decanus* TEPISATRAS, *Lunæ: detractionum, & deceptionum.*

XXI	Vir veſtitus ſupine humi decumbens.	Natus infirmus erit.
XXII	Vir ſecuri alterius manus & pedes truncat.	Naſcetur maleficus.
XXIII	Canes duo ſimul currentes.	Naſcetur iocoſus.
XXIIII	Vir plorans manu ſe tergens.	Natus ſemper triſtis erit.
XXV	Vir ſpiculum magnū geſtans.	Naſcetur fur & nequam.
XXVI	Fons fluens ex monte magno.	Natus inſtabilis erit.
XXVII	Domus multis ſepibus circundata.	Natus tutus erit in factis ſuis.
XXVIII	Vir bibens ex vaſculo.	Natus lætus erit.
XXIX	Vir equo inſidens tenens gladium ſtrictum.	Natus rixoſus erit.
XXX	Rex coronatus ſedens.	Natus quiete regnabit.

PISCES.

♄ *Primus Decanus* ARCHATAPIAS, *Saturni: anxietatis, cogitationum multarum, itinerum, migrationis de loco in locum, quærendi opes, & victum.*

I	Duo viri vnum caput habētes.	Naſcetur rixoſus, & inſtabilis.
II	Vir humi ſedens.	Natus ruſticus erit.
III	Vir cuneum edens.	Natus piſtor erit.
IIII	Vnicornis ſupina humi iacens.	Natus ſine poteſtate erit.
V	Duæ virgines inuicē obuerſæ.	Natus iucundus erit.
VI	Auis magna ſtans & edens.	Naſcetur auarus.
VII	Vir manu nolam tenens.	Naſcetur cuſtos templi.
VIII	Vir in tina ſedēs perizoma habens in manu.	Naſcetur balneator.

IX	Vir peregre proficiſcens.	Naſcetur religioſus.
X	Vir piſtillo tundēs in mortario.	Naſcetur laborioſus.

♃ Secundus Decanus, THOPIBVI, *Iouis: gloriationis, animi elati, immiſcendi ſe rebus arduis.*

XI	Vir cum baculo incedens.	Natus vagus erit.
XII	Iuuenis bene ornatus retro reſpiciens.	Natus otioſus erit.
XIII	Vir & mulier equitantes animi cauſſa.	Naſcetur otioſus.
XIIII	Vir ligna ſecans in ſilua.	Naſcetur operarius.
XV	Vir cum cultro euaginato.	Natus ad litem ſe parabit.
XVI	Vir auem aut Gallum gallinaceum manu ferens.	Naſcetur nobilis.
XVII	Vir in aquam ſe mergens.	Natus erit ſine intellectu.
XVIII	Duo equites confligentes.	Natus rixoſus erit.
XIX	Vir gladio ſe tranſuerberans.	Natus cauſſa ſibi ſuæ mortis erit.
XX	Luna noctu lucens.	Natus inſtabilis erit.

♂ Tertius Decanus ATEMBVI, *Martis: ſcortationis, amplexationis, oblectationis cum mulieribus, & otiationis.*

XXI	Duo mutuo ſe confodientes.	Naſcetur homicida.
XXII	Mulier pannis laceris induta.	Naſcetur impudicus.
XXIII	Mulier nauigans.	Natus inſtabilis erit.
XXIIII	Vir & mulier in lecto decumbentes.	Naſcetur laſciuus.
XXV	Vir lapidem funda mittens.	Naſcetur rixoſus.
XXVI	Mulier viro dormienti caput ſecuri amputat.	Naſcetur homicida.
XXVII	Vir nudus mingens.	Natus impudicus erit.
XXVIII	Vir equo adambulans altera manu auem, altera ſerpētem tenens.	Natus miræ ſubtilitatis erit.
XXIX	Piſcis magnus in ſicco.	Natus inſtabilis erit.
XXX	Mulier ſe in ſpeculo cernens.	Naſcetur ſuperbus & incaſtus.

FINIS.

DVODECIM SIGNORVM NOMINA CVM FIGVRIS.

الحمل | טלה Aries. ♈, caput arietinum. κριός.

الثور | שור Taurus. ♉, caput bubulum. ταῦρος.

الجوزا | תאמים Gemini. ♊, duo corpuſcula conſertis brachiolis, & cruſculis. δίδυμοι.

السرطان | סרטן Cancer. ♋, chelæ cancelli. καρκίνος.

الاسد | אריה Leo. ♌, cauda leonina. λέων.

السنبلة وهي العذرى | בתולה Virgo. ♍, ala Virginis. παρθένος.

الميزان | מאזנים Libra. ♎, librile cũ trutina. ζυγὸς. χηλαί.

العقرب | עקרב Scorpius. ♏, Scorpio cauda erecta. σκορπίος.

القوس | קשת Sagittarius. ♐, Sagitta arcui applicata. τοξότης.

الجدي | גדי Capricornus. ♑, cauda Capricorni conuoluta. αἰγόκερως.

الدلو | דלי Aquarius. ♒, Fuſio aquæ, in qua volutari Piſces Manilius putat. ὑδροχόος.

الحوت | דגים Piſces. vel דָּגִים. ♓, Piſces duo aduerſi oppoſitis doſſellis cum vinculo, quod λίνον dicitur. ἰχθύς.

SEPTEM ERRANTIVM NOMINA
EX VETERI GLOSSARIO: ITEM FIGVRÆ, & appellationes diuerſæ ab aliis ſcriptoribus.

القاتل الرحل שַׁבְּתַי שַׁבְּתָא Sabbaticus. χρόνος, Saturnus. Ægypt. φαίνων, ♄, falx Saturni.

المشتري צֶדֶק. iuſtitia. ζεὺς, Iuppiter. Ægyp. φαέθων. ♃, fulmen Iouis.

الاحمر المريخ מַאְדִם מַאֲדִים. πυῤῥός. ἄρης, Mars. Ægypt. πυρόεις. ♂, Haſta Martis cum clipeo. Ouid.

الشمس الافتاب שֶׁמֶשׁ. חַמָּה. Sol, calor. ἥλιος, Sol. ☉, Rota Solis Lucret. δίσκος ἡλίου poet.

الزهرة נוֹגָה.lucida. ἀφροδίτη, Venus. Ægyp. φωσφόρος. ♀, Speculum Veneris.

الكاتب عطارد כּוֹכָב. Stella. ἑρμῆς, Mercurius. Ægypt. στίλβων. ☿, Caduceum Mercurij.

القمر לְבָנָה יָרֵחַ. μήνη, λαλκοθέα. σελήνη, ἴλιος. Luna. ☽, φεγγάεον. Eſt etiam ♄ Moloch Cananæis, item Sicuth. Amos v, 26. vel potius Kiun, ibidem. Nam Aben Ezra ait ita Perſice & Arabice vocari كيوان Rurſus. ♃ Reem-phaam רְעַם–פַּעַם id eſt βροντός. ζεὺς βρονταῖος. Actorum VII, 43, & in Græco Amos. ♀ שְׁפַרְפָּרָא Danieli & Chaldæis.

OMISSA A TYPOGRAPHIS ITEM ADDENDA.

A, ſignificat addenda. O, ea, quæ omiſſa ſunt ab operis.

A 51,36. Ancone. Sic Caſſida pro Caſſide. Propertius:

Cuius vt auratam nudauit caßida frontem. Abſque ope,&c.

A 59,35. non leuiter miramur. Sed vetuſtiores editiones habebant *venter* non *veſper*: quod conuenit verbis Arati. Itaque hoc modo Cicero a culpa liberari poteſt.

A 93,18. Vide quæ in illum locum annotamus. Hæc vero comparatio ad verbum extat apud Apollonium libro primo:

——— *Μακραὶ δ' αἰὲν ἰλδαίνοντο κέλευθοι,*
ἀτραπὸς ὡς χλοεροῖο διειδομένη πεδίοιο.

A 96,23. eo peruenire potuit. *Tarquinio minus*, id eſt excepto Tarquinio. Sic loquitur Statius primo Thebaidos:

Pallades armiſonæ, pharetrataque ora Dianæ
Æqua ferunt terrore minus. ———

excepto terrore, reliqua ſimiles. quem terrorem in Pallade & Diana vocat Statius, hoc ſignantius & conuenientius Græci γοργὸν, & γοργῶπα.

A 97,6. Delphino in ſuperiore. Nam in tripode Phœbi vt plurimum in nummis coruus impoſitus eſt. quod Statius digito indicat libro III Thebaid.

Non comes obſcurus Tripodum, non fulminis ardens
Vector adeſt. — De Cycno & Delphino Martialem,&c.

A ibid. 16. in iuuenilibus Conie&taneis noſtris. Hic vero Manilius alluſit ad veteres ſtatuas Coruini, in quibus ſemper coruus in caſſide ſtatuebatur. Silius vt

Atque hic egregius lingua nomenque ſuperbum
Coruinûs, Phœbea ſedet cui caßide fulua
Oſtentans Ales proauitæ inſignia pugnæ.

A 97,20. quædam Vrbis *παλιγκτισία*. Vnde ait Camillum ſeruando Romam condidiſſe: quod totidem fere verbis de Archimede extulit Silius: ——— *ſeruando condidit vrbem.*

A 106,12. — *ſuſpenſus vterque Orbis* — Feſtus Auienus:

——— *& inſano penderent ſæpe profundo.*

Græcum eſt μετεωρίζεσθ. &c.

A 111,23. poſteritati perſuadere voluerit. Nam & Nicander Theriacis citat de Heſiodo, quæ veteres Grammatici negant in eius ſcriptis extare. ——— εἰ ἐτύμιον τῷ Ἀσκραίῳ. ——— Scholion vetus: ἰστέον, ὅτι ψεύδεται ἐνταῦθα Νίκανδρος. οὐδαμοῦ γὰρ ταῦτα εἶπεν ἐν τοῖς φερομένοις. Sed ſi Nicander vidit aliquod opus Heſiodi παρὰ τὰ φερόμενα, non eſt, quod Grammaticus ille Nicandrum falſi conuincat, neque nos Manilium, ſi alia Heſiodi nomine φερόμενα legit.

A 114. Poſt v. 28, adde v. 31. — *non æthera venti.*] Aut legendum *aera*, aut æthera pro aere vſurpauit.

A 160, 3. Ioui pro Ioue ἀρχαϊκῶς. Val. Flaccus 11.

Hanc demiſſa Ioui non vnquam lædere fluctu Audet hiems. —

A Ibid. 4. & Plautus Ciſtellaria: & Val. Flaccus v. *alipedi* pro alipede. *Atque hanc alipedi pulſantem corpora curru.*

A 195,30. Gloſſæ reddunt. Sed & κακοδαίμων Senecæ redditur maledeus, in Thyeſte: *Quis maledeorum Tantalo vinas domos Oſtendit iterum?* — *maledeorum*, κακοδαιμόνων, κακοδαίμων ergo a veteribus vertitur Malegenius, Maledeus. Inuerſum igitur, &c.

A 203,38. volentes & decernentes. Silius XI:

——— *Clamor turbat diuerſa volentum.*

A 232,6. καταβαίνει. Marius Victorinus: *Degredi enim ex ſuperiore loco deſcendere. Digredi ex aliquo loco diſcedere.* Non erat locus, &c.

Q 255,12. quod plane ante Solis ortum plenilunio accidere ſolet.

A 289,2. ſententia. Hæc doctrina Dodecaeteridon nihil aliud eſt, quam profectio Significatoris, vt vocatur a vulgo Genethliacorum. Duplex igitur, &c.

O 290,23. redit Lunæ hora ad Leonem, quod eſt falſum. Leo quidem redit, non Luna. Quare excuſari non poteſt hic. Duorum autem Planetarum in tutela eſt omnis Geneſis: vt in exemplo noſtro de die Mercurij & hora Lunæ. Tunc dicitur hominem, &c.

O 296,12. ἐπαναφορὰ ἀνατολῆς XXII. ἀπόκλιμα ἀνατολῆς, XXIII.

A 316,10. ——— *& poſtibus arma refigo.* Val. Flaccus III.

Et nunc ille iubas, captiuaque poſtibus ora

Impoſuit ſpolium infelix Diuaque pudenda. —

Quare recte olim, &c.

A 352,5. Manilium interpretantur, vt & illud Senecæ in Hercule

Herculc furente: ——— *quis ſatis Thebas fleat?*

Ferax Deorum terra quem dominum tremit?

A 387,27. Symplegadas. Sane Ennius *ſuperare* vſurpauit in ea notione. *In altiſono cæli clipeo temo ſuperat ſtellas.* Id eſt: Vrſa adigit ſtellas ſuas in meridianum. Sed hæc, &c.

Pag. 388, 37. Salamis dicitur vera. & apud Senec. Troadibus:

Nunquid Aiacis Salamina veram.

Vbi hodie legitur *veri.* Nam profecto hanc noſtram hiſtoriam tangit.

A 400,14. purpureis vinclis, aut vittis. Nam & διαδήματα vincla vocauit Seneca Thyeſte:

Impoſita capiti vincla venerando gere.

quæ valde fauent emendationi noſtræ.

A 413,4. ἀειζώους. item Seneca Hippolyto; Phædra ita Ariadnam abſentem inuocat:

Te te, ſoror, quacunque ſiderei poli

In parte fulges, inuoco ad caſum parem. Quid ſi, &c.

A 438, 4. repelluntur. Sed præter exemplum Plinianum addam aliud nobilius. Quod enim columbæ eiuſmodi cicuratæ & ad iuſſa inſtitutæ non ſolum moſcho delibutæ alias columbas illicerent, ſed etiam vnguentis perfunderentur, delitiarum cauſſa, teſtis eſt Anacreon:

Ἐρασμίη πέλεια
πόθεν πόθεν πέτασαι;
πόθεν μύρων τοσούτων
ἐπ' ἠέρος θέουσα
πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;

Quod autem eadem columba ad iuſſa & epiſtolas perferendas parata eſſet, aliquot interiectis ſubiicit:

ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
διακονῶ τοσαῦτα,
καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
ἐπιστολὰς κομίζω.

Eiuſmodi erat & Muhammedis, &c.

A 442,15. *verberata extuberet.* Tertullianus Apologetico, XII: *Ceruices ponimus ante plumbum. glutinum & gomphoſis capiti ſunt Diis veſtris.* Quaſi diceret: Catomia & ceruices noſtras plumbatis veſtris opponimus. Plumbatis vos cæditis nos in Catomiis vel ceruicibus. Atqui plumbum eſt glutinum & γόμφωσις capitibus Deorum veſtrorum. Plumbo enim capita ſtatuarum ferruminari nemo dubitat. In Tertulliano hodie non eſt locus infelicius acceptus vulgo, quum ita concipiatur. *Ceruices ponimus*

ante plumbum & glutinum, & gomphos ſine capite ſunt Dij veſtri. Imo profectò ſine capite eſt Tertullianus, ſi ita ſcriptum reliquit. Confer cum antecedentibus, & ſequentibus. Male conceptum vulgo, rectè reſtitutum dices. Sic capite XXIX manus plumbatas deorum dixit. Alium ſenſum, &c.

A 459, v 1. *mittet.* Seneca Medea :

Summota Lynceus lumine immiſſo videt. Etiam in &c.

ERRATA TYPOGRAPHICA

SIC CORRIGANTVR.

Pag. 42, lin. 12. defluentem ſecundum quoſdam, inter quos Feſtus Auienus. 46, 38. non minari quod verbum Apuleius. Ibid. 27, & 34. lege *quod ſimile vnctu.* 65, 22. τὰ ἄϲεϱτα cenſemus. 73, 15. Pag. 18, v. 5. *Bubu.* 74, 14. Exemplo Arati. 77, 37. grad. 41, 40. 92, 18. Eius fines. 99, 11. Galaxiæ. 118, 8. ἐξομηϱιϲθεῖϲαν. 124, 12. παρεμπλοκῇ. 125, 27. Amphiſheatri. 163, 19. Sed profectò veriſimile ex iis. 166, 22. Cauarum. 190, 11. ϗατὰ τὰ ϲτοιχεῖα ϲφαιρικά. 191, 2. Victorem ἱερονικῶν. Sic extiſpex. 198, 31. زبنه pag. 207, lin. 23. Sicut tamen. 208, 25. Quoque enim. 213, 31. ἀνομοιομερῶν. 219, 30. ἐπιπεδικῶς excesſum. 220, 7. Eſto igitur Sol in 21, 49′. Leonis. 221, 5. Cæteras. 233, 24. dele vocem *Homerus.* 235, 3. colatur terræ tumore. 243, 28. prioris ſumptus, & ſequentis. 248, 9. vicenas. 251, 4. ſextans trium botarum. 300, 25. nocturni. 302, 6. vorſoriam. 307, 21. *Electaque.* 314, 11. διαϲτρέφεϲ. 342, 10. hanc. In ſplitria. 358, 5. τετραγωνιϲμένω Vitruuio. Vox Sicula. 360, 16. Ptolemæum a Senatu. 362, 27. hic nos docet. pag 391, li. 14, ἄμματα. 416, 38. Puto legendum. *Mittentem ſuos ignes in mille carinas.* Non eſt alius locus emendationi. Dele omnia hæc, quæ irrepſerunt ex litura. 422, 28. Modiolum. Ibid. 29. modula. 424, 7. nil aliud eſt. 425, 9. inſertus. pag. 430, lin. 38. εἰλυϕϲῶϲ. 458, 12. pantomimis. 478, 2. medici erat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITTORIO EMANUELE

Priuilege.

PAR grace ſpeciale, pleine puiſſance & auctorité Royalle, eſt octroyé & permis à Iehan Commelin, marchant reſident en la ville d'Amſtelredam d'Imprimer, ou faire Imprimer en telles marges & characteres que bon luy ſemblera *Manilij Aſtronomicon ad vetuſtum exemplar Gemblacenſe caſtigatum cum Notis* IOSEPHI SCALIGERI. Iceluy mettre & expoſer en vente, & diſtribuer, durant le temps de dix ans à commencer du iour & date qu'il ſera acheué d'Imprimer, defendant à tous Imprimeurs de noſtre Royaulme & à toutes perſonnes de quelque qualité qu'ilz ſoient de ne le faire Imprimer n'y mettre en vente durant ledit temps, ſans le congé & conſentement dudit Commelin. Sur peine de confiſcation, d'amende arbitraire & de tous deſpens dommages & intereſtz enuers luy. Voullant en oultre qu'en mettant ou faiſant par luy mettre au commencement, ou à la fin dudit liure, ceſdites preſentes, ou vn brief extraict d'icelles, qu'elles ſoient tenues pour ſignifiees & venues à la cognoiſſance de tous. Sans ſouffrir ne permettre luy eſtre fait, mais ne donné aucun empeſchement au contraire: non obſtant oppoſitions, ou appellations quelconques. Donné à Fontainebleau le 21 iour de May 1599.

Signé

HENRY

Et plus bas

Par le Roy

Deneufuiles.

Et ſeelées du grand ſeel en cire iaune.

Priuilegie.

OPTEN *tweentwintichſten Iulij anno* XV^c *negenentnegentich hebben de Staten generael den vereenichde Nederlanden gheconſenteert, ende gheoctroyeert, Conſenteren ende Octroyeren by deſen Iohan Commelin, coopman woonende tot Amſtelredam, alleene binnen den tijt van acht Iaeren, naeſtcomende inde voorſeyde vereenichde Nederlanden te moghen drucken, doen drucken, uytgheuen ende vercoopen, tot wat plaetſen, ende in wat formaet dat hem goet duncken ſal*, Manilij Aſtronomicon ad vetuſtum exemplar Gemblacenſe caſtigatum cum Notis IOSEPHI SCALIGERI. *Interdicerende ende verbiedende allen, ende eenyghelijck t'voorſeyde boeck int gheheel oft int deel binnen den voorſeyden tijdt van acht Iaeren na te drucken, oft buyten de vereenichde Nederlanden nagedruckt inde ſelue vuyt te gheuen, oft te vercoopen, ſonder conſent vanden voorſeyden Iohan Commelin, opte verbeurte van ſulcke naghedruckte boeck, ende daerenbouen vande ſommen van hondert Carolus guldens van elcken boeck t'appliceren een derdendeel voor den Officier, een derdendeel voor den armen, ende een derdendeel voor den voorſeyde Iohan Commelin. Aldus ghedaen ende gheoctroyeert ter vergaderinghe vande voorſeyde Heeren Staten generael in S'grauen Hage ten dage ende Iaere als bouen.* E, vander Burch V^t.

Ter ordonnantie vande ſelue Heeren Staten Generael.

C. Aerſens.

LVGD. BATAVORVM EXCVDEBAT
CHRISTOPHORVS RAPHELENGIVS
ACADEMIÆ TYPOGRAPHVS,
Expenſis Ioannis Commelini.
ANNO CIↃ. IↃ. C.

IHS